BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6 D 40 49

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

6.4.D.49

IOANNIS MARIANAE HISPANI, E SOCIETATE IESV,

DE REGE ET REGIS INSTITVTIONE

LIBRI III.

Ad Philippum III. Hiſpaniæ Regem Catholicum.


Eiuſdem de Ponderibus & Menſuris Liber.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Anno 1605.

Cum Priuilegio Sac. Cæſ. Mai.
Et permiſſu Superiorum.

MOGVNTIÆ,
Typis Balthaſaris Lippii, Impenſis Heredum Andreæ VVecheli.



CENSVRA HVIVS OPERIS REGIA AVCTO-*ritate facta.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DIſſertum plane & eruditum virum Ioannem Marianã eſſe, vt alia deſint, tres libri ſatis indicant, quos de Rege & Regis inſtitutione cõfecit elegantes & graues. Eos regia auctoritate diligenter & attente perlegi, iterum & tertio facturus ſi per tempus & otium licuiſſet. ita ſemel lecti placuerunt. In ſimili argumento autores non pauci regni & reip. ſtatũ componunt: noſter Regem à primis annis ſuſceptum iis morib9 informat, iis præceptis inſtruit, quæ eo loco digna ſunt. Quippe in Deum coniectis oculis vt ſapiens architectus ad eam regulã inſtitutæ fabricæ fundamentis molem vniuer-

):(niuer-

niuerſam imponit. Æquum proinde iudico, vt hoc opus typis mandatum in luce & hominũ manibus verſetur, eorum præſertim, qui ad reip. gubernacula ſedent. Qui ſi ad præſcriptam in eo formam actiones & conſilia retulerint, næ magnum atq; incredibile operæ pretiũ exiſtat. Datum in noſtro ſanctæ Mariæ de Mercede redemptionis captiuorum, cœnobio Madriti die trigeſimo menſis Decembris anno milleſimo quingẽteſimo nonageſimo octauo.

Fr. Petrus de Onna
Magiſter prouic.

Sum-

Summa Regii priuilegii.

PHilippi III. Hiſpaniæ & Indiarum Regis Catholici priuilegio cautũ eſt, ne quis hunc librum de Rege & Regis inſtitutione, proximis decem annis, niſi de auctoris voluntate imprimat, aut alibi impreſſum in vniuerſis Caſtellæ regnis vendat. Qui ſecus fecerit, ei præter librorum publicationem mulcta pecuniaria indicitur. *Vti ex ipſis* regiis litteris plenius intelligitur, Madriti datis die quintodecimo Ianuarii, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono.

Facultas imprimendi.

STephanus Hojeda Viſitator Societatis Ieſu in prouincia Toletana, poteſtate ſpeciali facta à noſtro patre Generali Claudio Aquauiua, do facultatem vt imprimantur libri tres quos de Rege & Regis inſtitutione compoſuit P. Ioannes Mariana eiuſdem Societatis, quippe approbatos prius à viris doctis & grauibus ex eodem noſtro ordine. In cuius rei fidem has litteras dedi meo nomine ſubſcriptas, & mei officij ſigillo munitas. Madriti in collegio noſtro quarto Nonas Decembris M. D. Lxxxxviij.

Stephanus Hojeda
Viſitator.

Liber

Liber.

Hic legit vt diſcat: rigido is
me vellicat vngue.
Præſtiteris ſodes, laus ea
maior erit.

DE REGE ET REGIS INSTITVTIONE,

LIBER PRIMVS.

AD PHILIPPVM III. HISPANIÆ Regem Catholicum præfatio.

AD confines Carpetanorum, Vectonum, & veteris Luſitaniæ nobile & lautum municipium ſitum eſt, magnorum ingeniorum parens, quod à Ptolemæo Libora, Ebura Liuio, Gothorum ætate Elbora, noſtro tempore Talauera nominatur. Loco plano in valle quatuor ea parte paſſuum millibus lata, ſuperius latiori, quam plures amnes amœniſſimo riparum veſtitu pinguibus aruis interſecant. inter alios princeps Tagus ab arenis auro micantibus celeberrimus fama, latiſſimo alueo, multiſque receptis aquis ampliſſimus, eius oppidi mœnia ad Auſtrum alluit: quæ ſunt opere firmiſſimo, multis & excelſis turribus horrida ſpecie minaci. De cuius laudibus, quoniam in eo nati ſumus, ſilere prꝫſtat quam pauca dicere. Quod rei prꝫſentis eſt tamen, in vicinis huic oppido locis, qua Abulam itur, mons aſſurgit ferme in metꝫ modum ab aliis Abulenſibus montibus omni ex parte diuulſus, ambitu colligens paſſuum millia viginti quatuor, arduus aſcenſu plerumque prꝫruptus.

Multis circum collucet pagis, ſyluiſque impeditur: aquis gelidis & copioſis irriguus, tenui gleba, non-nulla ea iniuria eſt. In ſummo vertice ad Auſtrum rupibus horridum, difficili aditu antrum viſitur religione plenum, Vincentij & ſororum, quo tempore Elbora profugerunt Datiani metu, latebra nobilis. propeque arx & templum Vincentij nomine, eius fugæ monimentum extabat inclytum olim, nõ religionis modo opinione ſed & amplis poſſeſſionibus locus editus, vnde latiſſimus in omnes partes deſpectus eſt, & intactis quo arboribus amœnus auget maieſtatem. Fama eſt olim Templarijs militibus fuiſſe attributum, nunc Abbatia magis quàm re alia inſigne eſt, quæ in Toletani templi ſacerdotiis numeratur. Alioqui locus vaſtus vix vt parietinæ ſuperſint vetuſti operis veſtigia, gemina lapidea ſepulcra formæ inſolentis & nouæ: nullum præterea vel anguſtum ſacellũ: qua culpa haud facile dixerim ea religio negligatur. Sed ſub ea tamen arce ad ſeptentrionem planicies omni ex parte collibus circũmuenta panditur, annoſis quercubus diſtincta. in qua rudi opere & male materiatum ſacellum extat Virginis matris nomine omnibus circũ populis ſanctum, coniunctum viridarium fonte perenni nitet, multa intus circumq; caſtanea, nuce, pruno, moroq;. Quibus veſtigiis Dianam nemorum tutelarem Diuam (vti finxit antiquitas) cultam fuiſſe lapidis inſcriptio Romana indicio eſt, his verbis.

TOGOTI
L. VIBIVS
PRISCVS
EX VOTO.

Ipſe Toxoti primis litteris legendum putabam, ab arcu

arcu & ſagittis, cognomen haud infrequens Dianæ. Loci temperies, cum in mediis æſtatis caloribus maligni ſideris vi ſubiecti agri & oppida ardent, mirabilis. Noctu atque per diem ſine moleſtia ſine noxa ſub arbore aut ſimplici tecto durare poſſis. Perflant ſuauiſſimæ auræ nullis infectæ vaporibus, nulla terra contagione graues: gelidiſſimę aquæ locis omnibus ſcatent: fontes decurrunt pellucidi, vnde Pelagi nomen loco factum. Lętiſſima cęli, ſoliq; facies eſt. thymum, borraginem, oxalim, pioniã ſponte & copioſe ex ſe terra fundit, ebuli & filicis amplius. *Quales Elyſios* campos beatorũ ſedes antiquitas prædicauit, talis eius montis per æſtatẽ facies eſt cælo data. Rerum ad victum copiam vicina oppida pagiq; ſuppeditant, fructus ſuauiſſimos, vuas, ficus, pira cum optimis comparanda, pernas ſalitas eximia bonitate piſcium, auiũ, carnium affatim, vina nobiliſſima, vt obliuionem patriæ poſſint inducere: mirerq; alioqui in tantis dotibus, ea loca vaſta ædificiis eſſe, & non potius viros copioſos eo frequentes per æſtatem domicilia tranſtuliſſe, ſiue amœnitatem ſiue ſalubritatem, ſiue rerum copiam ſecutos. Sed nimirum amœnitatem honoremq; regionum, ſi prouentu careat, pleriq; inanem arbitrãtur, ſtudia vtilitate metientes. In eum montem Calderonius nobilis in primis Theologus, eruditionis merito canonicus Toletanus, cum fracto laboribus & valetudine corpore æſtiuis locum idoneum quæreret, forte an conſilio delatus, me ſibi, quo familiariter vtebatur, ſocium Toleto euocauit: vt haberet cum quo in ea ſolitudine fallendo tempore ſermones eruditos & familiares miſceret. ꝙ libenter & iucundiſſime faciebamus. reliquum tempus

aut in diuinis precibus diuinaque hoſtia, aut in libris ponebatur: vt veriſsimè dicere poſſim nullos mihi dies illuſtriores iucundioreſque illuxiſſe tanta erat conuictus & rerum omnium ſuauitas. Vna domicilii anguſtia ſordidi, humilis, rimoſi fatigabat. Cui incōmodo vt mederetur vir minime parcus in vicino agro, ſuo ſumptu noſtra ex forma hoſpitium ædificare proxima æſtate aggreſſus eſt. ſtructura modica, tardis incrementis redemptorum culpa: ſed vbi ad culmen peruenerit, cum Regum ſuperbis palatiis comparandum. Ei ſtructuræ eramus intenti cum à Garſia Loaÿſa tuo, Philippe Princeps, magiſtro municipe noſtro litteræ venerunt plenæ humanitatis atque officii: atq; iis litteris adiunctæ diſputationes, quas eo ductore ad D. Laurentii de arte grammatica habueras eruditas & elegantes. Aderat Suaſola vir prudens & doctus, expiatum per confeſſionem conſcientiam noſtram frequenter ad nos ventitare ex proximo oppido Nauamorcundo ſolitus, ingenio facili, morum eximio candore, vt germanum Cantabrum poſſis agnoſcere. Erat in more, vt ſole in occaſum præcipiti proximum iugum occuparemus: vnde ſereno cælo, nullaque offuſcato nebula, Toletana ædificia e tanto interuallo contemplari licet. Quo aſpectu animis tantiſper ex comparatione eius tranquillitatis cum vrbanis æſtibus, recreati, & quoniam perpetuæ auræ eo loco aſpirant ſuauiſſime, nocturnis pſalmis dabamus operam verſus alternis pronunciando. Accidit eo die vt maturiùs penſo abſoluto, ſub annoſa quercu, bifida trunco, patula ramis, procera & opaca lunæ, quæ pernox erat, radiis prohibendis informi ligno, qualia multa per ſyluam iacent,

con[illegible] ventorum aut manu proſtratæ arbores, cō-ſideremus. Ibi vt aſſolet recenti memoria de acceptis litteris & tuis, Princeps, inſtitutoribus mentio incidit Marchione Veladæ, † Garſia Loayſa viris eximiis, quales noſtra ætas paucos tulit. in quorum moribus elucet abſolutiſſimum modeſtiæ ſuauitatis, comitatis, prudentięque & priſcæ grauitatis exemplum (& licet ex eo monte tum Marchioni ſubditos fines, tum gentilitia Loayſæ prædia deſpicere) quibus deligendis dicebamus *Regis prudentia* cæleſti proxima, niſi multis & magnis documentis teſtata eſſet, eo delectu perſpectā omnibus fuiſſe. Omnia quæ in eam ſententiam ſunt dicta, referre pudor prohibet. Sed ſilentio tantiſper facto, Magnum, inquam, noſtro Principe inſtituendo onus ij viri quamuis præclari & nobiles ſuſtinent. quantum enim eſt eius ingenium excolere, formare mores, cuius imperium poſt adiectos certe *proximis* annis Luſitanos, ipſis Oceani & terrarum finibus terminatur? quantum momentum, vt ſe diſciplina dederit neglecta an accurata? & vt eſt ingeniū multitudinis in deterius pronæ, ſi quos progreſſus diligentia fecerint, fortunæ, nobilitati, præclaræ indoli totum adſcribetur: ſi quid in tanta rerum varietate, tanta aulæ licentia offenſum fuerit, eorum inuidia peccabitur. Recte Suaſola ait. ſi quid inſtitutore opus eſſet. patre Rege ſapientiſſimo præſenti, exemplis & præceptis filium Principem, quem pleno iam gradu per ſua ingredientem veſtigia videt, formāte, reliqua omnis induſtria ſuperuacanea ſit. Et alioqui quid Hiſpaniæ Principi litteris opus ſit? An conueniat ſtudiis immori, in

† Obiit Compluti februarij die 22. anni 1599 factus recens Archiepiſcopus Toletanus.

vmbra palleſcere, cui arma cui bella curæ eſſe debent? præſertim cum multos in Hiſpania principes numerare liceat, nullo quamuis cultu litterarum, rerum bello paceque geſtarum gloria excellentes. An Cidus memoria excidit, & recenti memoria Ferdinandus Rex Catholicus, tum alii viri præſtantes nullis munditijs, nullis artibus exculti, ingenti ac militari animo, nobiles de hoſtibus triumphos reportaſſe? Næ tu, inquam, bellus es homo: qui Principem nobis dari bardum, eruditionis omnis expertem velis, truncum nimirum aut lapidem ſine oculis, ſine auribus, ſine ſenſu. Quid enim eſt aliud ſine cultu litterarum, ſine ingenuis artibus homo? Sed nimirum gentis veſtræ ingenium prodis virile vere ac militare. An bella putas geri ſine eruditionis præſidio? Neque enim temere Mineruam tum bellis, tum ſapientiæ ſtudijs eandem præfecit antiquitas, armatam finxit. ſed vt indicaret in armorum præſidio, pacis artes delitеſcere, ſine ſapientiæ ſubſidio haud quaquam prudenter belli adminiſtrari. Licetque pro paucis Hiſpanis ducibus indoctis, innumeros proferre litteris atque eruditione præſtantes. noſtri etiam, quos deſignabas Principes, ſi ad excellentem indolem, cultum ingeniorum adiunxiſſent, multò admirabiliores extitiſſent. O diuine Plato tua ſunt pleraque dicta & cogitata præclarè. Tu dicere ſolebas, tum demum reſpublicas fore beatas, cum eas aut philoſophi cœpiſſent regere, aut qui regerent philoſophari. Ipſæ etiam diuinæ litteræ quantopere Regibus ſapientiæ ſtudium commendent & quàm frequenter, ignorare nemo poteſt. Ad hęc Calderonius paucis, Sūt, inquit, quæ dicis veriſſima, ſi modus adſit: neque enim

nim Principem in litteris omnem ætatem conterere conuenit, vt inanem ab eruditione laudem petat: & vera ſapientia Principum metu numinis, & legis diuinæ cognitione magis quàm alijs artibus continetur. Sapientiæ, inquam, præcipuum munus diuini numinis cultu nititur: ſed ſi aliæ ingenuæ artes acceſſerint, diuinum quid & eximium extabit: ſi via rationeq; procedatur, primis annis, magnos proceſſus habebit, præſertim ea indole ingenij, expeditæ atq; tenacis memoriæ laude, qualem noſtro Principi contigiſſe fama prædicat, & magni viri teſtantur. *cultura* adhibita incredibilis prouentus exſiſtet. neglectus ager quo eſt fœcundior natura, eo amplius ſentibus & noxiis herbis vaſtatur. Verum de litteris plura à me ſunt dicta ea diſputatione, quā de Principis inſtitutione commentabar diebus ſuperioribus. Eam vobis vbi lima acceſſerit, cognoſcendam atque caſtigandam libenter dabo. ſimul etiam de conformandis moribus, quæ præcipua cura eſt, de virtutum ſtudio multa diſputata à nobis videbitis, quam prudenter, veſtrum iudicium erit: etiam ego, ſi me docebitis, quod minus placuerit, commutabo. Imò quādo otium eſt, & de ea diſputatione à te mentio facta eſt, de ſcripto prælegentem, aut ex memoria recitantem hac & ſequentib. noctibus, quæ de grauiſſimo argumento collegiſti, auidiſſimis animis audiemus. Caſtigandi laborem neq; veremur magnopere vt moleſtus ſit: neq; recuſamus tamen, ſi quid inciderit ꝙ ſecus videatur, admonere. Conditionē accipio, ingenuū animum laudo. deliciati. n. ingenii eſt, neq; ſatis amici, librū malle ab amico caſtigatū accipere q̄ facere. Quod ſi tandē vultis & ſi placet, noſtras commentationes

 explica-

explicare aggrediar, ceſſabo cumtempus monuerit, aut ſatietas audiendi. Nobis vero, inquit Calderonius, & vehementer quidem audire placet, vt pro me & ſocio reſpondeam. quid enim iucundius dum cœna paratur, quàm de ratione inſtituendi Principem audire dicentem contingat? iſtoſque tuos conatus præclaros, ſi qua in re opus ſit, pro virili parte adiuuare? Veſtrum iſtum animum, inquam, pro eo ac debeo magnifacio: vellem tamen par veſtræ expectationi, & tam eruditis auribus idonea orationis facultas ineſſet. Quod ſi Socrates præſente Phædro amorem vituperaturus facere id non audet, niſi ſibi prius pallio caput obnuberet: multo magis me verecundari opus eſt coram eruditiſſimo viro, qui diu publicas Compluti Theologicas ſcholas cum magna celebritate explicuit, ludicras noſtras cogitationes depromere: ac præſertim de Principe educando inſtituendoque quî poſſim homo priuatus ſine pudore diſſerere? non audacia ſed temeritas atque impudētia videatur, periculum ne Phormioni ſeni ſimilis iudicer coram Annibale Pœno quali & quanto duce, de arte militari ſcholam explicanti: eiuſque exemplo verendum ne pro laude riſum referam, ſtultitiæque & amentiæ vituperationem incurram. Non eſt quod reprehenſionem metuas, Calderonius ait. ex multa lectione quid prohibet præcepta ſalutaria colligere omnium ſeculorum & gentium approbatione teſtata, magnorum virorum experimentis fixa? Quod poſſis etiam Ariſtotelis & Platonis aliorumque philoſophorum exemplo tueri, qui nulla reipublicæ tractatione, de conſtituenda tamen republica ex ingenio & libris multa ſubtiliter & prudenter diſputarunt. Verum

ſatietas

[illegible]ras, inquam, vitanda eſt. ſimul æſtiuo tempori conſulendum. diſputationem per otium & per partes diebus conſequentibus cognoſcendam vobis tradam. Si quid cenſura dignum videbitur, aut noctibus inter nos conferemus, aut lectione vniuerſa abſoluta, quod viſum erit meis verbis ſine altercatione emendabitur: ne volumen creſcat ſcilicet, ſi de rebus ſingulis diſceptabitur. ſimul quia, vt quidam ait, charta non erubeſcit, pudori noſtro quãuis ſubruſtico conſulemus. Hac lucubratione, ſi videtur, ſuſceptæ diſputationis cauſas explicabo, ſummaque *capita* delibabo, quo paratiores & attẽtiores ad legendum accedatis. Placet ea ratio, vterque ait: præſertim cùm vna opera & votis noſtris ſatisfiat, & tibi diſputandi moleſtia detrahatur, cõtentionem omnem etiam litterariam, vt videtur, à multo tempore recuſanti. Nempe cum ætate ſtudia mutantur. clamores & iurgia iuuenes decent, prouecta viros ætate litteræ amœniores. Sed vt quod ſum pollicitus, & quod vultis, aggrediar explicare: *Superioribus* annis cùm ex Italica noſtra & Gallica peregrinatione redux in patriam Toleti hæſiſſem, quod noſtri homines expetebant, externi importune efflagitabant, hiſtoriam latinam de rebus Hiſpaniæ aliquot annis confeci: quo vno ornamento carere videbamur. In ea hiſtoria, multa & præclara principium virorum exempla conſideraui, quæ ſi dum vniuerſum opus in lucem editur, in vnum corpus colligerem, operæpretium me factum putabam, vt guſtum aliquem tum rerum Hiſpanenſium, tum noſtri laboris lectori darem. Simul Philippi Principis ætate formanda ijs exemplis & præceptis conferre aliquid poſſe videbam

eiuſque magiſtro ſatisfacere: qui demandata ea cura rogarat per litteras monerem, ſi quid in eam rem ex vſu fore obſeruaſſem. Fecit ille humaniter & modeſte ex omnibus partibus etiam infima præſidia petens, ipſe tantis in me meritis amorique niſi reſponderem, ingrati notam ſubirem, quod cupio à noſtris moribus abeſſe. Itaque pro re præſenti pauca reſcripſi: hac diſputatione reliqua adiicere cogitabam. Occaſionem inquit Calderonius, probamus ſcribendi, & alioqui in re omnium maxima voluiſſe vltro iuuare, quis iure vituperarit? nunc quod reliquum eſt, & quod es pollicitus age, priuſquam redeundi tempus adſit. Nam & famulos feſtinare vt nos reuocent, mihi audire videor, Suaſola addit, importuni ſcilicet & graues. Ergo diſputationem in libros tres, ſingulos libros in capita diſtinximus. ne perpetua oratio ſatietatē afferret cogitandum erat. diuiſum iter lapidibus, diuerſorijs ex interuallo diſtinctum, minus eſt moleſtum. In primo libro de origine regiæ poteſtatis, vtilitate, iure hæreditario inter cognatos, agnatoſque diſputatur. tyranni immanitas cum Regis benignitate comparatur, ea conditione tyrannum viuere, vt cum laude poſſit occidi: quod eſt plane miſerum. Regiæ poteſtatis fines quàm late proferantur, & an maior vniuerſa rep. ſit, explicatur magnis in vtramque partem argumentis prolatis. Deſignatis finibus regij principatus Regem à primis annis liber ſecundus formare aggreditur litteris & virtutibus omnifariam: ſed ijs magis quæ Principem ornant præ ceteris, rebus gerendis idoneæ maximè videbantur eſſe pudicitia, clementia, liberalitas, magnitudo animi, gloriæ incenſum ſtudium, religionis ſanctiſ-

ſimæ

ſimæ ſyncerus amor & cultus: qua nihil eſt potentius ad flectendos alliciendoſque multitudinis animos. Poſtremus liber regii muneris partibus explicatis conſumitur: quibus ex recondita philoſophia & magnorum virorum vſu, præceptis deſumptis maiori ætate Princeps informandus eſt, ne inſcitia aut negligenti inſtitutione labatur. Ad R ēp. pace regendā, bello defendendā, atque ſi opus ſit amplificandā, Regis vniuerſa cura refertur. Ita quales magiſtratus eſſe debent iuridicundo: quî bellum adminiſtret, & quibus *præſidiis*, qua arte: vectigaliū *quis modus* ſit, conſideratur: fidei, & iuſtitiæ quantus cultus, quę ratio oblectandi gentem, ac quantopere, ne ſacra vetuſtate fixa temerè moueantur, curandum. religionis neglectu remp. non poſſe conſtare. Quo loco longiſſimę diſputationi finis imponitur. Vos vniuerſam attentè per otium conſiderabitis, certi quo ſeueriores cenſores extiteritis, eo maiorem à nobis habituros gratiam: neque enim *placet eorum ratio*, qui leuis moleſtiæ metu, de amico quid fama locutura ſit, nihil aut parum videtur curare. Ij ſunt medici prudentiores, qui minus ægroto parcunt: indulgentia ſine periculo non cōtingat. His dictis aſſurgimus. famuli Ferrera, Nauarrus reditum vrgere cœperant, ſemel & iterum cœnam paratam dictitantes: neq; expectandum dum mora noſtra gratiam perderet, quam ipſi culpam ſuſtinerent. Ita eandem emenſi viam rurſus verſis veſtigiis terebamus, mula Calderonius propter pedum debilitatē: nos pedibus ex interuallo decliue molliter iter ſabulis fallētibus legebamus: ad ſacellumq; delati, matrem Virginem ante eius ſignum nixi de more genibus ſalutauimus: mox ad cœnam erudi-

eruditis ſermonibus magis quam vlla re gratam, itum eſt. Ad ſomnum labentibus aſtris, lunaque ad occaſum inclinante: cum ſub opaca caſtanea ædi vicina ad multam noctem modeſtis iocis ad captandâ aurâ temperatiſſima ſuſtẽtatum eſſet. Tibi quidem, Philippe Princeps, hoc quidquid laboris eſt, auguſto nomini conſecramus, nulla ambitione, ſed ſtudio ſyncero tibi gratificandi, præclaram iſtã i. genij & virtutum indolem iuuandi, de rep. vniuerſa hoc ipſo conatu bene merendi. Nam etſi in plena ſapientiæ & grauitatis aula educato, inter viros prudentiſſimos verſanti, quod caput eſt, tali ac tanto parente, tam eruditis inſtitutoribus, præcepta philoſophiæ deeſſe non poſſunt: hac noſtra diſputatione tamen per otium conſiderata, ea ipſa cõfirmari amplius poſſe cogitabam, obſeruari alia, quæ ad recte conſtituendam vitam, & remp. prudenter gubernandam, magnam vim mihi quidem habere videbantur. Paruæ plerumque res maximas trahunt: nihilque deſpiciendum quod maioris rei momentum efficiatur. Sed in diſputationis adytu ad vota conuerſus. *Precor Princeps, vt noſtram hanc operam in bonam partem accipias, maiorum nobilitati, tuæ indoli ſatisfacias. Precor Deus, vt noſtris conatibus faueas, tuis muneribus, tantiſq; animi & corporis dotibus perpetuitatem addas. Vt expectationi par prouentus reſpondeat, benignus facito, tuo dono & caſtiſſimæ Virginis matris tuæ precibus exoratus.*

Capvt I.

Homo natura eſt animal ſociabile.

SOLIVAGI initio homines incertis ſedibus ferarum ritu pererrabant: vni ſuſtentandæ vitæ curæ,

turæ, & ſecundum eam, vni procreandæ educandæque prolis libidini ſeruiebant. nullo iure deuincti, nullius rectoris imperio tenebantur, niſi quatenus naturæ inſtinctu & impulſu in quaque familia, ei honor deferebatur maximus, quem ætatis prærogatiua cæteris videbant eſſe prælatum. Et cùm numero augebatur & ſobole; quandam populi formam rudem quamuis & incompoſitam repræſentare videbatur. Sublato rectore, parente aut auo, filij nepoteſque in multas familias mapalium inſtar diſſipati, ex vno pago plures pagos effecere. Ratio viuendi *quieta* erat, nullaque ſolicitudine *grauis*. paruo enim contenti pomis agreſtibus arborum, baccis ſponte natis, lacteque pecoris famē, ſitim, ſi admoneret, aqua profluenti ſedare ſoliti erant. pellibus animantium aduerſus frigoris & æſtus iniurias ſe munire, ſub frondoſa arbore iucundos captare ſomnos, inſtruere agreſtia conuiuia, ludere cum æqualibus, ſermones familiares miſcere. Nullus locus fraudi, nulla mendacia; nulli *potentiores*, quorum ſalutare limina; quibus aſſentari opus *haberent*. nulli ambitus, nulli bellici fragores quietam vitam eorum hominum ſolicitabant. Nōdum rabida & furens auaritia diuina beneficia interceperat, ſibique omnia vendicarat, ſed vt quidam ait

Mallebant tenui contenti viuere cultu:
Ne ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat.

Quibus bonis de felicitate cum cœleſtibus certare potuiſſent, illiſque conuitium facere: niſi multarum rerum indigentia premeret, imbecillitaſque corporis externis iniurijs opportunos faceret. Enimue-

Capvt II.

Vnum reip. præeſſe, quam plures præſtantius eſt.

MAgnam ergo atque admirabilem rationem habent, quæ præpoſtere conſtituta eſſe videbantur. ex imbecill.tate & indigentia hominum ciuilis ſocietas nata eſt, qua nihil eſt neque vſu ſalutarius, neque iucundius ad voluptatem. Adiuncta eſt regia maieſtas quaſi multitudinis cuſtos, vno prælato de quo magna erat ſuſcepta animis opinio probitatis & prudentiæ. quæ nullo principali apparatu terrebat, nullis initio legibus ſepta erat. æquabili iure cum cæteris viuentem rectorem ciuium beneuolentia aduerſus pericula muniebat. ex eius voluntate & arbitratu reſpublica vniuerſa, & priuatæ controuerſiæ cõponebantur: cum nihil eſſet tam graue ꝙ tali Principe auctore poſſe conſequi, modo iuſtũ, tũ ſinguli tũ vniuerſi nõ ſperarẽt. Scribendi leges duplex cauſa extitit. Principis æquitate in ſuſpicionem vocata, ꝙ vnus vir nõ præſtabat, vt pari ſtudio omnes cõplecteretur, ira odioq; vacaret: leges ſunt ꝓmulgatæ, quæ cũ omnibus ſemper, atq; vna voce loquerentur. Eſt enim lex ratio omni perturbatione vacua, à mente diuina hauſta, honeſta & ſalutaria præſcribens, prohibenſque contraria. Deinde hominum exaggerata malitia, armis ſatellitum & maieſtate deterrita, ſeueritate legum, metuq; iudiciorũ illigata eſt: vt dum ſinguli metuebant ſupplicia, ſeſe facilius vniuerſi à flagitio continerent. Illud etiã fit veriſimile, leges initio pauciſſimas extitiſſe, eaſque paucis & apertis verbis nulla ex-

la explicatione eguiſſe. Legum multitudinem tempus & malitia inuexit tantam, vt iam non minus legibus quàm vitiis laboremus: leguleiorum ſtabulis repurgandis nullius Herculis vires & induſtria ſufficiant. Neque nimis aſpera ſupplicia initio ſceleri fuiſſe à legibus ſtatuta credendum eſt: ſed cum vſus declararet maiorē vim habere ſpem vtilitatis, voluptatiſque libidinem ad cupiditatem inflammandam, quam pœnæ metum ad extinguendam, addebant ſemper aliquid ad ſeueritatem, donec ad mortem peruentum eſt. Quam ipſam, quia quidā peſtilentes homines & nefarii præ voluptate contemnebant, maioribus exquiſitiſque tormentis ad terrorem incutiendum illam armarunt. Deinde Reges tuendis finibus magis quàm proferendis intenti, cuique vrbi aut populo ſuus, tot numero cēſebantur quantus erat numerus ciuitatum. Sic in diuinis libris atque profanis ſcriptoribus ſæpe in regione haud latiſſima ſpatiis conſideramus multos Reges extitiſſe. Progrediente vero tempore ſiue plura habendi cupiditate impulſi, ſiue laudis & gloriæ ambitione incitati, nonnunquam etiam iniuriis laceſſiti, gentes liberas ſubiugare, cupiditatem imperandi cauſam belli habere, Reges cæteros ditionibus pellere, & in omnium fortunis ſoli cœperunt dominari, vt Ninus, Cyrus, Alexander, & Cęſar, qui magna conſtituerunt primi & fundarunt imperia, non legitimos fuiſſe Reges, non mōſtra domuiſſe ſublata per terras tyrannide, non vitia vt videri volebant depuliſſe, ſed prædatoriam exercuiſſe videantur, tametſi vulgi opinione immēſis laudibus celebrentur & gloria. Hoc fuit initium, hi progreſſus regię poteſtatis. De qua à magnis viris

ſæpe dubitatum eſt, an præſtet cæteris principatuū generibus, commodiuſq; ſit rebus humanis ciuitatem vnam aut prouinciam ab vno regi, an inter plures diuidi poteſtatem, imperiumque, ſiue pauci hi ſint ex omni multitudine ſelecti, ſiue vniuerſi qui intra eadem mœnia habitant, atque eiſdem legibus viuunt. Suppetuntque magna & multa in vtramque partem argumenta, quæ hoc loco ſumma colligenda ſunt. Primum enim cæteris principatuū generibus regiam eſſe præſtantius declarat, quod naturæ legibus maxime conſentaneum eſt, vniuerſitatis, cælique regimen ad vnum caput reuocantis: quod in cæteris naturæ partibus obſeruamus à corde animantis vitam ſpiritumque diffundi in omnia membra: inter apes regem vnum præeſſe: in concentu muſico cæteras voces ad vnam referri atque ex illa pendere, quaſi dominetur aliis. Quæ gubernandi ratio non ſolum mundi rectioni conſentanea eſt, ſed cum ſuis partibus congruens domo vna, pago, ciuitate: quæ ab vno regi amant, multa capita auerſantur. Hoc primum argumẽtum eſt multis aliis exemplis illuſtre, cuius vim primi homines conſiderantes, qui propius aberant à prima & meliori progenie, eoque facilius rerum naturam intuebantur, vnius imperium amplexi ſunt. quod Ariſtoteles fatetur multis locis, ab vnius principatu ad alias imperii formas ventum eſſe. Et eſt veriſimile, vti antea dictum eſt, multitudinem initio ab iis oppreſſam qui maiores opes habebant, ſocietate cum aliis inita, vnum aliquem ſibi præfeciſſe ducẽ, qui iniurias hoſtiū prohiberet, & vindicaret. Alias principatuum formas tempus inuexit. Vnde illæ voces natæ. *Multos eſſe Principes non eſt bonum: Rex vnicus*

nicus eſto. Deinde ad conſeruandam multitudinis pacem, vnus commodior eſt quam plures, qui ſæpe ſententiis diſcrepant, neque minus negotii, ſuis cõtrouerſiis & diſſidiis exhibent, quàm ipſi habeant priuatorum litibus componendis. Prauæ cupiditatis, per quam mens excæcatur, iuſtitia corrumpitur, respublicæ & priuatæ perturbantur, minus in vno Principe quàm in pluribus eſt, ſiue rerum copia faſtidium faciente, ſeu quia vnum quam multos pręſtare facilius eſt. imminuta cupiditate maior iuſtitiæ locus erit, maior libertati. Poſtremo cum principatus poteſtaſque imperandi vana ſine viribus ſit: eæ vires in vno homine coniunctæ validiores ſunt, maioreſq; impetus dant, quam cum pluribus participatæ, ſiue illæ opes ſint, ſiue au oritas imperandi, ſiue populi ſtudia in vnum coniuncta, plura maioraque efficiunt quam diuiſa inter multos. quod in rebus aliis videmus, virtutis in anguſtum contractę maiorem eſſe efficaciam & poteſtatem quàm ſegregatæ & quaſi multa aqua dilutæ. Res communes melius ab vno quàm à mul is curantur, in pari robore & copiis plura vnus præſtat, quam ſi plures operi admoueantur quod vſus declarat bello gerẽdo fœdera inter multos inita neque eſſe diuturna neque valida Hæc erant in hanc partem argumenta valida atq; præclara. Quis neget? Quis non videat? Sed e contrario plurium principatũ eſſe præferendum multa ſuadent. Prudentia & probitas per quam ſalus publica ſtat: & reſpublicæ feliciter gubernãtur, multorum haud dubium maior eſt quaſi collatis ſymbolis cœna lautior. quod vni deeſt ſuppletur ex aliis. vnius Principis quanta cæcitas, quanta rerum ignorantia, præſertim in palatio qua-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

explicare aggrediar. ceſſabo cum tempus monuerit, aut ſatietas audiendi. Nobis vero, inquit Calderonius, & vehementer quidem audire placet, vt pro me & ſocio reſpondeam. quid enim iucundius dum cœna paratur, quàm de ratione inſtituendi Principem audire dicentem contingat? iſtosque tuos conatus præclaros, ſi qua in re opus ſit, pro virili parte adiuuare? Veſtrum iſtum animum, inquam, pro eo ac debeo magnifacio: vellem tamen par veſtræ expectationi, & tam eruditis auribus idonea orationis facultas ineſſet. Quod ſi Socrates præſente Phædro amorem vituperaturus facere id non audet, niſi ſibi prius pallio caput obnuberet: multo magis me verecundari opus eſt coram eruditiſſimo viro, qui diu publicas Compluti Theologicas ſcholas cum magna celebritate explicuit, ludicras noſtras cogitationes depromere: ac præſertim de Principe educando inſtituendoque quî poſſim homo priuatus ſine pudore diſſerere? non audacia ſed temeritas atque impudétia videatur. periculum ne Phormioni ſeni ſimilis iudicer coram Annibale Pœno quali & quanto duce, de arte militari ſcholam explicanti: eiuſque exemplo verendum ne pro laude riſum referam, ſtultitiæque & amentiæ vituperationem incurram. Non eſt quod reprehenſionem metuas, Calderonius ait. ex multa lectione quid prohibet præcepta ſalutaria colligere omnium ſeculorum & gentium approbatione teſtata, magnorum virorum experimentis fixa? Quod poſſis etiam Ariſtotelis & Platonis aliorumque philoſophorum exemplo tueri, qui nulla reipublicæ tractatione, de conſtituenda tamen republica ex ingenio & libris multa ſubtiliter & prudenter diſputarunt. Verum

ſatietas

tietas, inquam, vitanda eſt. ſimul æſtiuo tempori conſulendum. diſputationem per otium & per partes diebus conſequentibus cognoſcendam vobis tradam. Si quid cenſura dignum videbitur, aut noctibus inter nos conferemus, aut lectione vniuerſa abſoluta, quod viſum erit meis verbis ſine altercatione emendabitur: ne volumen creſcat ſcilicet, ſi de rebus ſingulis diſceptabitur. ſimul quia, vt quidam ait, charta non erubeſcit, pudori noſtro quáuis ſubruſtico conſulemus. Hac lucubratione, ſi videtur, ſuſceptæ diſputationis cauſas explicabo, ſummaque *capita* delibabo, quo paratiores & attétiores ad legendum accedatis. Placet ea ratio, vterque ait: præſertim cùm vna opera & votis noſtris ſatisfiat, & tibi diſputandi moleſtia detrahatur, cótentionem omnem etiam litterariam, vt videtur, à multo tempore recuſanti. Nempe cum ætate ſtudia mutantur. clamores & iurgia iuuenes decent, prouecta viros ætate litteræ amœniores. Sed vt quod ſum pollicitus, & quod vultis, aggrediar explicare: Superioribus annis cùm ex Italica noſtra & Gallica peregrinatione redux in patriam Toleti hæſiſſem, quod noſtri homines expetebant, externi importune efflagitabant, hiſtoriam latinam de rebus Hiſpaniæ aliquot annis confeci: quo vno ornamento carere videbamur. In ea hiſtoria, multa & præclara principium virorum exempla conſideraui, quæ ſi dum vniuerſum opus in lucem editur, in vnum corpus colligerem, operæpretium me facturum putabam, vt guſtum aliquem tum rerum Hiſpanienſium, tum noſtri laboris lectori darem. Simul Philippi Principis ætate formanda ijs exemplis & præceptis conferre aliquid poſſe videbam

eiuſque magiſtro ſatisfacere: qui demandata ea cura rogarat per litteras monerem, ſi quid in eam rem ex vſu fore obſeruaſſem. Fecit ille humaniter & modeſte ex omnibus partibus etiam infima præſidia petens, ipſe tantis in me meritis amorique niſi reſponderem, ingrati notam ſubirem, quod cupio à noſtris moribus abeſſe. Itaque pro re præſenti pauca reſcripſi: hac diſputatione reliqua adiicere cogitabam. Occaſionem inquit Calderonius, probamus ſcribendi, & alioqui in re omnium maxima voluiſſe vltro iuuare, quis iure vituperarit? nunc quod reliquum eſt, & quod es pollicitus age, priuſquam redeundi tempus adſit. Nam & famulos feſtinare vt nos reuocent, mihi audire videor, Suaſola addit, importuni ſcilicet & graues. Ergo diſputationem in libros tres, ſingulos libros in capita diſtinximus. ne perpetua oratio ſatietatē afferret cogitandum erat. diuiſum iter lapidibus, diuerſorijs ex interuallo diſtinctum, minus eſt moleſtum. In primo libro de origine regiæ poteſtatis, vtilitate, iure hæreditario inter cognatos, agnatoſque diſputatur. tyranni immanitas cum Regis benignitate comparatur, ea conditione tyrannum viuere, vt cum laude poſſit occidi: quod eſt plane miſerum. Regiæ poteſtatis fines quàm late proferantur, & an maior vniuerſa rep. ſit, explicatur magnis in vtramque partem argumentis prolatis. Deſignatis finibus regij principatus Regem à primis annis liber ſecundus formare aggreditur litteris & virtutibus omnifariam: ſed ijs magis quæ Principem ornant præ cæteris, rebus gerendis idoneæ maximè videbantur eſſe pudicitia, clementia, liberalitas, magnitudo animi, gloriæ incenſum ſtudium, religionis ſanctiſ-

ſimæ ſyncerus amor & cultus: qua nihil eſt potentius ad flectendos alliciendoſque multitudinis animos. Poſtremus liber regii muneris partibus explicatis conſumitur: quibus ex recondita philoſophia & magnorum virorum vſu, præceptis deſumptis maiori ætate Princeps informandus eſt, ne inſcitia aut negligenti inſtitutione labatur. Ad R ēp. pace regendā, bello defendendā, atque ſi opus ſit amplificandā, Regis vniuerſa cura refertur. Ita quales magiſtratus eſſe debent iuridicundo: quî bellum adminiſtret, & quibus præſidiis, qua arte: vectigaliū quis modus ſit, conſideratur: fidei, & iuſtitiæ quantus cultus, quę ratio oblectandi gentem, ac quantopere, ne ſacra vetuſtate fixa temerè moueantur, curandum. religionis neglectu remp. non poſſe conſtare. Quo loco longiſſimę diſputationi finis imponitur. Vos vniuerſam attentè per otium conſiderabitis, certi quo ſeueriores cenſores extiteritis, eo maiorem à nobis habituros gratiam: neque enim placet eorum ratio, qui leuis moleſtiæ metu, de amico quid fama locutura ſit, nihil aut parum vidētur curare. Ij ſunt medici prudentiores, qui minus ægroto parcunt: indulgentia ſine periculo non cōtingat. His dictis aſſurgimus. famuli Ferrera, Nauarrus reditum vrgere cœperant, ſemel & iterum cœnam paratam dictitantes: neq; expectandum dum mora noſtra gratiam perderet, quam ipſi culpam ſuſtinerent. Ita eandem emenſi viam rurſus verſis veſtigiis terebamus, mula Calderonius propter pedum debilitatē: nos pedibus ex interuallo decliue molliter iter fabulis fallētibus legebamus: ad ſacellumq; delati, matrem Virginem ante eius ſignum nixi de more genibus ſalutauimus: mox ad cœnam

erudi-

eruditis ſermonibus magis quam vlla re gratam, itum eſt. Ad ſomnum labentibus aſtris, lunaqu ead occaſum inclinante: cum ſub opaca caſtanea ædi vicina ad multam noctem modeſtis iocis ad captandâ aurâ temperatiſſima ſuſtẽtatum eſſet. T o quidem, Philippe Princeps, hoc quidquid laboris eſt, auguſto nomini conſecramus. nulla ambitione, ſed ſtudio ſyncero tibi gratificandi, præclaram iſtã i. genij & virtutum indolem iuuandi, de rep. vniuerſa hoc ipſo conatu bene merendi. Nam etſi in plena ſapientiæ & grauitatis aula educato, inter viros prudentiſſimos verſanti, quod caput eſt, tali ac tanto parente, tam eruditis inſtitutoribus, præcepta philoſophiæ deeſſe non poſſunt: hac noſtra diſputatione tamen per otium conſiderata, ea ipſa cõfirmari amplius poſſe cogitabam, obſeruari alia, quæ ad recte conſtituendam vitam, & remp. prudenter gubernandam, magnam vim mihi quidem habere videbantur. Paruæ plerumque res maximas trahunt: nihilque deſpiciendum quod maioris rei momentum efficiatur. Sed in diſputationis aditu ad vota conuerſus. *Precor Princeps, vt noſtram hanc operam in bonam partem accipias, maiorum nobilitati, tuæ indoli ſatisfacias. Precor Deus, vt noſtris conatibus faueas, tuis muneribus, tantiſq; animi & corporis dotibus perpetuitatem addas. Vt expectationi par prouentus reſpondeat, benignus facito, tuo dono & caſtiſſimæ Virginis matris tuæ precibus exoratus.*

Capvt I.

Homo natura eſt animal ſociabile.

Solivagi initio homines incertis ſedibus ferarum ritu pererrabant: vni ſuſtentandæ vitæ curæ,

curæ, & ſecundum eam, vni procreandæ educandæque prolis libidini ſeruiebant. nullo iure deuincti, nullius rectoris imperio tenebantur, niſi quatenus naturæ inſtinctu & impulſu in quaque familia, ei honor deferebatur maximus, quem ætatis prærogatiua cæteris videbant eſſe prælatum. Et cùm numero augebatur & ſobole, quandam populi formam rudem quamuis & incompoſitam repræſentare videbatur. Sublato rectore, parente aut auo, filij nepoteſque in multas familias mapalium inſtar diſſipati, ex vno pago plures pagos effecere. Ratio viuendi *quieta* erat, nullaque ſolicitudine grauis. paruo enim contenti pomis agreſtibus arborum, baccis ſponte natis, lacteque pecoris famē, ſitim, ſi admoneret, aqua profluenti ſedare ſoliti erant. pellibus animantium aduerſus frigoris & æſtus iniurias ſe munire, ſub frondoſa arbore iucundos captare ſomnos, inſtruere agreſtia conuiuia, ludere cum æqualibus, ſermones familiares miſcere. Nullus locus fraudi, nulla mendacia; nulli potentiores, quorum ſalutare limina; quibus aſſentari opus haberent. nulli ambitus, nulli bellici fragores quietam vitam eorum hominum ſolicitabant. Nōdum rabida & furens auaritia diuina beneficia intercceperat, ſibique omnia vendicarat, ſed vt quidam ait

Mallebant tenui contenti viuere cultu:
Ne ſignare quidem, aut partiri limite campum
Fas erat.

Quibus bonis de felicitate cum cœleſtibus certare potuiſſent, illiſque conuitium facere: niſi multarum rerum indigentia premeret, imbecillitaſque corporis externis iniurijs opportunos faceret. Enimue-

nimuero parens humani generis & ſator Deus cùm mutua inter homines caritate,& amicitia nihil pręſtantius eſſe cerneret: neq; ali poſſe excitariq; mutuum inter homines amorem liceret, niſi in vnum locum & ſub eiſdem legibus, multitudine hominũ ſociata:quibus ſermonis facultatem dederat vt cõgregari poſſent, animi ſenſus & conſilia aperire inuicem, quod ipſum amoris magnum incitamentũ eſt, eoſdem vt vellent ac vero neceſſario facerent, multarum rerum indigos, multis periculis maliſq; obnoxios procreauit.quibus ſupplendis & procurandis multorum vires & induſtria ſudaret. Sic qui cæteris animantibus cibos & tegumenta dedit, atq; aduerſus externam vim, alia cornibus, dentibus, vnguibus armauit, aliis, vt ſe periculo eriperent, pedum velocitatem largitus eſt: ſolum hominem nudum & inermẽ, quaſi ex naufragio rebus omnibus amiſſis,in huius vitæ ærumnas eiecit.qui neque materna vbera appetere,neque iniuriam temporis ferre, neque mouere ſe loco, vbi effuſus eſt,pedibus poſſit, nihil aliud quam vitam miſerrimam à fletu & lacrymis auſpicari valens, ad omen certiſſimum videlicet vrgẽtis infelicitatis atque inſtantis. His initiis reliqua vita conſentanea eſt multis rebus indigens, quas neque vnus homo ſibi, neq; pauci præſtare poſſint. Quot enim artificum & quanta induſtria conſumitur lino, lana,bombyce pectendis,nendis,texẽdis, in varia indumenta mutandis? Quot fabris opus habemus domando ferro,conficiendis ex eo omne genus ferramentis,armis teliſq; conflandis, metallis effodiendis, liquandis,in vaſa ornamentaq; formandis quantus labor? Addas licet mercium exportationes inuectioneſq;,culturã

agro-

a grorum, ſationes arborum, ductus aquarum, derivationes fluuiorum caſtigationeſque: agros irriguos, potius opera humana & induſtria factos vaſtis in mare molibus iactis: quorũ omnium pleraq; neceſſaria ſunt, aliis humana vita ornatur & illuſtratur. Pellendis certe morbis quot medicamenta neceſſaria ſunt? quanta remedia dies & vſus, & maior rerum cognitio inuexit, noua idem idem neque ab antiquis inuenta? & cum cæteræ animantes naturali ſagacitate pateat ſibi vitæ ſubſidia, ſi quibus opus habent, latibula, luſtra, cibos in æſtate, naturæ inſtinctu: ad morbos pellendos herbas ſalutares dignoſcant: in tantis tenebris tantaq; rerũ ignoratione verſatur ab ortu ſuo homo, vt niſi longo tempore ſingulas artes didicerit, nihil earũ rerũ, quibus opus habet, efficere poſſit: conficiendis omnibus nullius vita quamuis longæua ſufficiat, niſi obſeruatio multorum prudentiaque accedat multo vſu collecta. Dictamum ad pellendas ſagittas vim habere, quis niſi caprea docuit, ea herba vtens cum iaculis *venatorum* confixa eſt? Chelidoniam oculis caligantibus admouemus ab hirundine admoniti, pullorum ægris oculis ſolita eo remedio lucem inſinuare. Ciconia origano, hedera apri morbis medetur, draco nauſeã ſylueſtris lactucæ ſucco reſtinguit. Quid alia magno numero cõmemorem? cum iis quę dicta ſunt cõpetenter ſit demonſtratũ, egere hominem alieno præſidio & opibus: neq; ſuis viribus poſſe vitæ omnia ſubſidia parare, ne exiguã quidem eorum partem. Acceſſit imbecillitas corporis ad propulſandam externã vim, prohibendam iniuriam. Nam neque vita hominum à feris immanib. quarum erat magnus numerus, nondũ cultu terræ

ſuſce-

ſuſcepto, nondum extirpatis incenſiſque ſyluis, ta erat: & ipſi homines vt quiſque maximè viribus fidebat, beſtiæ inſtar ferocis & ſolitariæ rerum alias, alias timentis, in tenuiorum fortunas & tam nullo prohibente graſſabantur: præſertim cum aliis inita ſocietate, multorum manus in agros, cora & villas irruebant, agentes ferenteſque omnia; ſi quis reſiſtere pararet, in vitam etiam ſæuientes: miſerabilis rerum facies. Vbique latrocinia, direptiones, cædeſque impunè exercebantur: nullus innocentiæ tutus locus, nullus tenuitati. Ergo cum vita omnis externis iniuriis eſſet infeſta, ac ne quidem conſanguinei inter ſe & neceſſarii à mutuis cædibus temperarent manus: qui à potentioribus premebantur, mutuo ſe cum aliis ſocietatis fœdere conſtringere, & ad vnum aliquem iuſtitia fide præſtantem reſpicere cœperunt: cuius præſidio domeſticas externaſque iniurias prohiberent: æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis atq; cum medios æquabili deuinctos iure retinerent. Hinc vrbani cœtus primum regiaque maieſtas orta, quæ non diuitiis & ambitu, ſed moderatione innocentia, perſpectaque virtute olim obtinebatur. Sic ex multarum rerum indigentia, ex metu & conſcientia fragilitatis, iura humanitatis (per quam homines ſumus) & ciuilis ſocietas, qua bene beateque viuitur, nata ſunt. Nam & inter animantes imbecilliores quæque & timidiores congregantur, vt quoniam vires ſingulis deſunt, infirmitatem collatis ſymbolis & inopiam multitudo tueatur. Beſtiæ ſolitariæ verſantur, leones, pantheræ, quoniam robore viribuſque præſtant. Sic factum vt homo ab ortu ſuo rebus omnibus deſtitutus

p

præſidioque & armis carens, ex aliorum ſocietate & induſtria pluribus bonis circũfluat, maiora munimenta habeat ſolus quàm cæteræ omnes animãtes, quæ vtrumque à natura ortuque ſuo habere videbantur. Inepte ergo natura à quibuſdam accuſatur quaſi nouerca humani generis non mater, quæ muta animantia omnibus bonis inſtruxit: hominẽ autem inopem & infirmum in huius lucis vſuram effudit, vt eſſet ludibrio in prædamque cederet. Ineptiùs alij neque ſine impietatis nota, diuinam prouidentiam accuſant, quaſi omnia temere, nulloq; rectore in terris circumferantur, vel eo argumento quod animal nobiliſſimum miſerrimam vitam agat, præſidiis omnibus & ornamentis careat. In quo enim illi naturam vituperant, diuinamque prouidentiam ſugillant, in eo eius vis & diuinitas mirabilius apparet. Si enim homo haberet ad propulſanda pericula vires roburque, neque alienis opibus indigeret: quæ ſocietas eſſet? quæ reuerentia inter homines? quis ordo? quæ fides? quæ humanitas? cum homine per diſciplinam caſtigato, reuocatoque ad modeſtiam, conſtricto legibus, & maiori poteſtate nihil præſtantius ſit, nihil amabilius: quid eodem ſoluto legibus & iudiciorum timore immanius efferaciuſque eſſet? quæ beſtia tantas ſtrages ederet? cum ſit ſæuiſſima iniuſtitia tenens arma. Ita ex imbecillitate ſocietas inter homines diuinũ bonum, humanitas legeſque ſanctiſſimæ natæ ſunt, quibus vita communis ſecurior facta eſt & ornatior: omniſque hominis ratio ex eo maxime pendet, quòd nudus fragiliſque naſcitur, quod alieno præſidio indiget atque alienis opibus adiuuari opus habet.

Digitized by Google

CAPVT II.

Vnum reip. præeſſe, quam plures præſtantius eſt.

MAGNAM ergo atque admirabilem rationem habent, quæ præpoſtere conſtituta eſſe videbantur. ex imbecillitate & indigentia hominum ciuilis ſocietas nata eſt, qua nihil eſt neque vſu ſalutarius, neque iucundius ad voluptatem. Adiuncta eſt regia maieſtas quaſi multitudinis cuſtos; vno prælato de quo magna erat ſuſcepta animis opinio probitatis & prudentiæ, quæ nullo principali apparatu terrebat, nullis initio legibus ſepta erat. æquabili iure cum cæteris viuentem rectorem ciuium beneuolentia aduerſus pericula muniebat. ex eius voluntate & arbitratu reſpublica vniuerſa, & priuatæ controuerſiæ componebantur: cum nihil eſſet tam graue quod tali Principe auctore poſſe conſequi, modo iuſtũ, tũ ſinguli tũ vniuerſi nõ ſperarẽt. Scribendi leges duplex cauſa extitit. Principis æquitate in ſuſpicionem vocata, quod vnus vir nõ præſtabat, vt pari ſtudio omnes cõplecteretur, ira odioq; vacaret: leges ſunt promulgatæ, quæ cũ omnibus ſemper atq; vna voce loquerentur. Eſt enim lex ratio omni perturbatione vacua, à mente diuina hauſta, honeſta & ſalutaria præſcribens, prohibenſque contraria. Deinde hominum exaggerata malitia, armis ſatellitum & maieſtate deterrita, ſeueritate legum, metuq; iudiciorũ illigata eſt: vt dum ſinguli metuebant ſupplicia, ſeſe facilius vniuerſi à flagitio continerent. Illud etiã fit veriſimile, leges initio pauciſſimas extitiſſe, eaſque paucis & apertis verbis nulla ex-

la explicatione eguiſſe. Legum multitudinem tempus & malitia inuexit tantam, vt iam non minus legibus quàm vitiis laboremus: leguleiorum ſtabulis repurgandis nullius Herculis vires & induſtria ſufficiant. Neque nimis aſpera ſupplicia initio ſceleri fuiſſe à legibus ſtatuta credendum eſt: ſed cum vſus declararet maioré vim habere ſpem vtilitatis, voluptatiſque libidinem ad cupiditatem inflammandam, quam pœnæ metum ad extinguendam, addebant ſemper aliquid ad ſeueritatem, donec ad mortem peruentum eſt. Quam ipſam, quia quidã peſtilentes homines & nefarii præ voluptate contemnebant, maioribus exquiſitiſque tormentis ad terrorem incutiendum illam armarunt. Deinde Reges tuendis finibus magis quàm proferendis intenti, cuique vrbi aut populo ſuus, tot numero cẽſebantur quantus erat numerus ciuitatum. Sic in diuinis libris atque profanis ſcriptoribus ſæpe in regione haud latiſſima ſpatiis conſideramus multos Reges extitiſſe. Progrediente vero tempore ſiue plura habendi cupiditate impulſi, ſiue laudis & gloriæ ambitione incitati, nonnunquam etiam iniuriis laceſſiti, gentes liberas ſubiugare, cupiditatem imperandi cauſam belli habere, Reges cæteros ditionibus pellere, & in omnium fortunis ſoli cœperũt dominari, vt Ninus, Cyrus, Alexander, & Cęſar, qui magna conſtituerunt primi & fundarunt imperia, non legitimos fuiſſe Reges, non mõſtra domuiſſe ſublata per terras tyrannide, non vitia vt videri volebant depuliſſe, ſed prædatoriam exercuiſſe videantur, tametſi vulgi opinione immẽſis laudibus celebrentur & gloria. Hoc fuit initium, hi progreſſus regię poteſtatis. De qua à magnis viris

ſæpe dubitatum eſt, an præſtet cæteris principatuũ generibus, commodiuſq; ſit rebus humanis ciuitatem vnam aut prouinciam ab vno regi, an inter plures diuidi poteſtatem, imperiumque, ſiue pauci hi ſint ex omni multitudine ſelecti, ſiue vniuerſi qui intra eadem mœnia habitant, atque eiſdem legibus viuunt. Suppetuntque magna & multa in vtramque partem argumenta, quæ hoc loco ſumma colligenda ſunt. Primum enim cæteris principatuũ generibus regium eſſe præſtantius declarat, quod naturæ legibus maxime conſentaneum eſt, vniuerſitatis, cælique regimen ad vnum caput reuocantis: quod in cæteris naturæ partibus obſeruamus à corde animantis vitam ſpiritumque diffundi in omnia membra: inter apes regem vnum præeſſe: in concentu muſico cæteras voces ad vnam referri atque ex illa pendere, quaſi dominetur aliis. Quæ gubernandi ratio non ſolum mundi rectioni conſentanea eſt, ſed cum ſuis partibus congruens domo vna, pago, ciuitate: quæ ab vno regi amant, multa capita auerſantur. Hoc primum argumẽtum eſt multis aliis exemplis illuſtre, cuius vim primi homines conſiderantes, qui propius aberant à prima & meliori progenie, eoque facilius rerum naturam intuebantur, vnius imperium amplexi ſunt. quòd Ariſtoteles fatetur multis locis, ab vnius principatu ad alias imperii formas ventum eſſe. Et eſt veriſimile, vti antea dictum eſt, multitudinem initio ab iis oppreſſam qui maiores opes habebant, ſocietate cum aliis inita, vnum aliquem ſibi præfeciſſe ducẽ, qui iniurias hoſtiũ prohiberet, & vindicaret. Alias principatuum formas tempus inuexit. Vnde illæ voces natæ. *Multos eſſe Principes non eſt bonum; Rex vnicus*

Digitized by Google

nicus eſto. Deinde ad conſeruandam multitudinis pacem, vnus commodior eſt quam plures, qui ſæpe ſententiis diſcrepant, neque minus negotii, ſuis cõtrouerſiis & diſſidiis exhibent, quàm ipſi habeant priuatorum litibus componendis. Prauæ cupiditatis, per quam mens excæcatur, iuſtitia corrumpitur, respublicæ & priuatæ perturbantur, minus in vno Principe quàm in pluribus eſt, ſiue rerum copia faſtidium faciente, ſeu quia vnum quam multos prçſtare facilius eſt. imminuta cupiditate maior iuſtitiæ locus erit, maior libertati. Poſtremo cum principatus poteſtaſque imperandi vana ſine viribus ſit: eæ vires in vno homine coniunctæ validiores ſunt, maioreſq; impetus dant, quam cum pluribus participatæ, ſiue illæ opes ſint, ſiue auctoritas imperandi, ſiue populi ſtudia in vnum coniuncta, plura maioraque efficiunt quam diuiſa inter multos. quod in rebus aliis videmus, virtutis in anguſtum contractę maiorem eſſe efficaciam & poteſtatem quàm ſegregatæ & quaſi multa aqua dilutæ. Res communes melius ab vno quàm à multis curantur, in pari robore & copiis plura vnus præſtat, quam ſi plures operi admoueantur quod vſus declarat bello gerẽdo fœdera inter multos inita neque eſſe diuturna neque valida. Hæc erant in hanc partem argumenta valida atq; præclara. Quis neget? Quis non videat? Sed e contrario plurium principatũ eſſe præferendum multa ſuadent. Prudentia & probitas per quam ſalus publica ſtat: & reſpublicæ feliciter gubernatur, multorum haud dubium maior eſt quaſi collatis ſymbolis cœna lautior. quod vni deeſt ſuppletur ex aliis. vnius Principis quanta cæcitas, quanta rerum ignorantia, præſertim in palatio quaſi in

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſi in cauea incluſi, neq; ſuis oculis ſingula conſido-rantis? & eſt magna apud Principes omnes penuria veritatis. cui quis locus ſit inter continuos aulicorũ plauſus, inter domeſticorum mendacia & fraudes, omnia ad ſuum commodum referentium? Ea ſublata Principem paſſim offendere quis miretur? aut quis vellet ſine luce, ſine oculis & auribus hominẽ vnum in faſtigio rerum collocare? T. Manlius Torquatus cum conſul eſſet declaratus, excuſat valetudinem oculorum: quod indignum duceret ei rempublicam committi, qui alienis oculis omnia gerere opus haberet. Qui alieno ingenio, aliena prudentia egent, ij ad gubernandos alios idonei videbuntur cæci hallucinanteſque paſſim? Quod Gordianus Imperator grauiſſimis ad Miſitheum ſocerũ litteris conqueritur malum, Principum rationes labefactare. Cui ipſi Reges Perſarum vt mederentur ex parte, miniſtros delectos habebant ſpectata prudentia viros, quos ab officio, Regis oculos aureſq; nominabant. Præclare cum rebus humanis agere-tur, ſi vt in gregibus & inter apes contingit, à præſide vtraque regi naturæ præſtantioris: ita rector populi conditione mortali maior eſſet Heros aliquis, vti primis temporibus factum memorant. Sed quādo id datum non eſt: quod vni deeſſe videmus, vt virtutis & ſapientiæ opibus cæteros vincat, numero ſuppleatur. Deinde nulla maior peſtis iudiciorum eſſe poſſit, quàm ira, odium, amor, cæteriq; affectus animi, quæ præcipua conſtituendarũ legum cauſa fuit: quoniam in vniuerſum loquuntur, neque vlla perturbatione animi deprauantur. conſtat autem huic malo magis obnoxium vnum hominem eſſe, plures difficilius corrũpi, donis, am-

bit-

bitu, amicitia: quemadmodum multam aquā corrumpere, quam exiguam difficilius eſt. Adde multis de republica diſceptantibus, ꝙ ab vno peccatur ab aliis emendari, quorum in pari poteſtate incorruptius iudiciū eſt, vires maiores. Vnius Principis errata quis audeat caſtigare, arma tenentis & in acie linguæ (vti Ariſtoteles monuit) vitam mortemq́; geſtantis? furor non audacia ſit eius voluntati repugnare velle, illumq́; monendo dolorem facere: præſertim cū tam multi ad gratiam loquantur vaniloqui aſſentatoreſque, quorum eſt ſemper magnus *numerus*, certa peſtis quia blanda. Quiſq; etiam in poteſtate ſibi aſſentator eſt, ſibique blanditur. Ad hęc conſtricto legibus principatu nihil eſt melius, ſoluto nulla peſtis grauior, & eſt argumentum oppreſſæ per tyrannidem reipublicæ, cùm cōtemptis legibus ad rectoris nutum vertitur. Quis autem non intelligat, non fateatur vnius poteſtatem & vires, penes quem ſumma reipublicæ ſit, omniaque præſidia, difficillimum eſſe legibus contineri, ne maiora atq; inſolita imperet populis vectigalia, iura regiæ ſucceſſionis inuertat, omnia peſſundet? & cū aliis magiſtratibus creandis inter plures communicetur poteſtas, ſiue ſenatus conſtituēdus ſit, ſiue legendi iudices: quis ferat vt in ſupremo magiſtratu vnus tantum rector præficiatur. cuius muneris grauiſſimæ partes ſunt & variæ, bellum contra hoſtes gerere, ſubditos in pace continere, vniuerſamq; rempublicā domi foriſque præſtare. His argumentis victi quidā manus dant eruditione præſtanti viri, præſertim ex eorū numero ꝗ in liberis ciuitatibus nati ſunt: & eſt inſitū natura, vt aſſuetis ſtare homines malint, niſi quæ vſus manifeſte

 arguit

nimuero parens humani generis & ſator Deus cùm mutua inter homines caritate,& amicitia nihil prę-ſtantius eſſe cerneret: neq; ali poſſe excitariq; mutuum inter homines amorem liceret, niſi in vnum locum & ſub eiſdem legibus, multitudine hominũ ſociata: quibus ſermonis facultatem dederat vt cõgregari poſſent, animi ſenſus & conſilia aperire inuicem, quod ipſum amoris magnum incitamentũ eſt, eoſdem vt vellent ac vero neceſſario facerent, multarum rerum indigos, multis periculis maliſq; obnoxios procreauit. quibus ſupplendis & procurandis multorum vires & induſtria ſudaret. Sic qui cæteris animantibus cibos & tegumenta dedit, atq; aduerſus externam vim, alia cornibus, dentibus, vnguibus armauit, aliis, vt ſe periculo eriperent, pedum velocitatem largitus eſt: ſolum hominem nudum & inermẽ, quaſi ex naufragio rebus omnibus amiſſis, in huius vitæ ærumnas eiecit. qui neque materna vbera appetere, neque iniuriam temporis ferre, neque mouere ſe loco, vbi effuſus eſt, pedibus poſſit, nihil aliud quam vitam miſerrimam à fletu & lacrymis auſpicari valens, ad omen certiſſimum videlicet vrgẽtis infelicitatis atque inſtantis. His initiis reliqua vita conſentanea eſt multis rebus indigens, quas neque vnus homo ſibi, neq; pauci præſtare poſſint. Quot enim artificum & quanta induſtria conſumitur lino, lana, bombyce pectendis, nendis, texẽdis, in varia indumenta mutandis? Quot fabris opus habemus domando ferro, conficiendis ex eo omne genus ferramentis, armis teliſq; conflandis, metallis effodiendis, liquandis, in vaſa ornamentaq; formandis quantus labor? Addas licet mercium exportationes inuectioneſq;, culturã

agro-

agrorum, ſationes arborum, ductus aquarum, determinationes fluuiorum caſtigationeſque: agros irriguos, portus opera humana & induſtria factos vaſtis in mare molibus iactis: quorũ omnium pleraq; neceſſaria ſunt, aliis humana vita ornatur & illuſtratur. Pellendis certe morbis quot medicamenta neceſſaria ſunt? quanta remedia dies & vſus, & maior rerum cognitio inuexit, noua idem idem neque ab antiquis inuenta? & cum cæteræ animantes naturali ſagacitate parent ſibi vitæ ſubſidia, ſi quibus opus habent, latibula, luſtra, cibos in æſtate, naturæ inſtinctu: ad morbos pellendos herbas ſalutares *dignoſcant: in* tantis tenebris tantaq; rerũ ignoratione verſatur ab ortu ſuo homo, vt niſi longo tempore ſingulas artes didicerit, nihil earũ rerũ, quibus opus habet, efficere poſſit: conficiendis omnibus nullius vita quamuis longæua ſufficiat, niſi obſeruatio multorum prudentiaque accedat multo vſu collecta. Dictamum ad pellendas ſagittas vim habere, quis niſi caprea docuit, ea herba vtens cum iaculis *venatorum* confixa eſt? Chelidoniam oculis caligantibus admouemus ab hirundine admoniti, pullorum ægris oculis ſolita eo remedio lucem inſinuare. Ciconia origano, hedera apri morbis medetur, draco nauſeã ſylueſtris lactucæ ſucco reſtinguit. Quid alia magno numero cõmemorem? cum iis quę dicta ſunt cõpetenter ſit demonſtratũ, egere hominem alieno præſidio & opibus: neq; ſuis viribus poſſe vitæ omnia ſubſidia parare, ne exiguã quidem eorum partem. Acceſſit imbecillitas corporis ad propulſandam externã vim, prohibendam iniuriam. Nam neque vita hominum à feris immanib. quarum erat magnus numerus, nondũ cultu terræ

ſuſce-

ſuſcepto, nondum extirpatis incenſiſque ſyluis, tuta erat: & ipſi homines vt quiſque maximè viribus fidebat, beſtiæ inſtar ferocis & ſolitariæ terrentis alias, alias timentis, in tenuiorum fortunas & vitam nullo prohibente graſſabantur: præſertim cum aliis inita ſocietate, multorum manus in agros pecora & villas irruebant, agentes ferentesque omnia, ſi quis reſiſtere pararet, in vitam etiam ſæuientes. miſerabilis rerum facies. Vbique latrocin a, direptiones, cædesque impunè exercebantur: nullus innocentiæ tutus locus, nullus tenuitati. Ergo cùm vita omnis externis iniuriis eſſet infeſta, ac ne ipſi quidem conſanguinei inter ſe & neceſſarii à mutuis cædibus temperarent manus: qui à potentioribus premebantur, mutuo ſe cum aliis ſocietatis fœdere conſtringere, & ad vnum aliquem iuſtitia fideque præſtantem reſpicere cœperunt: cuius præſidio domeſticas externaſque iniurias prohiberent: æquitate conſtituenda, ſummos cum infimis atq; cum his medios æquabili deuinctos iure retinerent. Hinc vrbani cœtus primum regiaque maieſtas orta eſt. quæ non diuitiis & ambitu, ſed moderatione, innocentia, perſpectaque virtute olim obtinebatur. Sic ex multarum rerum indigentia, ex metu & cōſcientia fragilitatis, iura humanitatis (per quam homines ſumus) & ciuilis ſocietas, qua bene beateque viuitur, nata ſunt. Nam & inter animantes alias, imbecilliores quæque & timidiores congregantur, vt quoniam vires ſingulis deſunt, infirmitate quaſi collatis ſymbolis & inopiam multitudo tueatur. Beſtiæ ſolitariæ verſantur, leones, pantheræ, vrſi, quoniam robore viribuſque præſtant. Sic factum vt homo ab ortu ſuo rebus omnibus deſtitutus,

præſi-

by Google

præſidioque & armis carens, ex aliorum ſocietate & induſtria pluribus bonis circũfluat, maiora munimenta habeat ſolus quàm cæteræ omnes animãtes, quæ vtrumque à natura ortuque ſuo habere videbantur. Inepte ergo natura à quibuſdam accuſatur quaſi nouerca humani generis non mater, quæ muta animantia omnibus bonis inſtruxit: hominẽ autem inopem & infirmum in huius lucis vſuram effudit, vt eſſet ludibrio in prædamque cederet. Ineptius alij neque ſine impietatis nota, diuinam prouidentiam accuſant, quaſi omnia temere, nulloq; rectore in terris circumferantur, vel eo argumento quod animal nobiliſſimum miſerrimam vitam agat, præſidiis omnibus & ornamentis careat. In quo enim illi naturam vituperant, diuinamque prouidentiam ſugillant, in eo eius vis & diuinitas mirabilius apparet. Si enim homo haberet ad propulſanda pericula vires roburque, neque alienis opibus indigeret: quæ ſocietas eſſet? quæ reuerentia inter homines? quis ordo? quæ fides? quæ humanitas? & cum homine per diſciplinam caſtigato, reuocatoque ad modeſtiam, conſtricto legibus, & maiori poteſtate nihil præſtantius ſit, nihil amabilius: quid eodem ſoluto legibus & iudiciorum timore immanius efferaciuſque eſſet? quæ beſtia tantas ſtrages daret? cum ſit ſæuiſſima iniuſtitia tenens arma. Ita ex imbecillitate ſocietas inter homines diuinũ bonum, humanitas legeſque ſanctiſſimæ natæ ſunt, quibus vita communis ſecurior facta eſt & ornatior: omniſque hominis ratio ex eo maxime pendet, quòd nudus fragiliſque naſcitur, quod alieno præſidio indiget atque alienis opibus adiuuari opus habet.

Capvt II.

Vnum reip. præeſſe, quam plures præſtantius eſt.

Magnam ergò atque admirabilem rationem habent, quæ præpoſtere conſtituta eſſe videbantur. ex imbecillitate & indigentia hominum ciuilis ſocietas nata eſt, quâ nihil eſt neque vſu ſalutarius, neque iucundius ad voluptatem. Adiuncta eſt regia maieſtas quaſi multitudinis cuſtos; vno prælato de quo magna erat ſuſcepta animis opinio probitatis & prudentiæ, quæ nullo principali apparatu terrebat, nullis initio legibus ſcripta erat. æquabili iure cum cæteris viuentem rectorem ciuium beneuolentia aduerſus pericula muniebat. ex eius voluntate & arbitratu reſpublica vniuerſa, & priuatæ controuerſiæ cõponebantur: cum nihil eſſet tam graue ꝙ tali Principe auctore poſſe conſequi modo iuſtũ, tũ ſinguli tũ vniuerſi nõ ſperarẽt. Scribendi leges duplex cauſa extitit. Principis æquitate in ſuſpicionem vocata, ꝙ vnus vir nõ præſtabat, vt pari ſtudio omnes cõplecteretur, ira odioq; vacaret: leges ſunt ꝓmulgatæ, quæ cũ omnibus ſemper atq; vna voce loquerentur. Eſt enim lex ratio omni perturbatione vacua, à mente diuina hauſta, honeſta & ſalutaria præſcribens, prohibenſque contraria. Deinde hominum exaggerata malitia, armis ſatellitum & maieſtate deterrita, ſeueritate legum, metuq; iudiciorũ illigata eſt: vt dum ſinguli metuebant ſupplicia, ſeſe facilius vniuerſi à flagitio continerent. Illud etiã fit veriſimile, leges initio pauciſſimas extitiſſe, eaſque paucis & apertis verbis nulla ex-

la explicatione eguiſſe. Legum multitudinem tempus & malitia inuexit tantam, vt iam non minus legibus quàm vitiis laboremus: leguleiorum ſtabulis repurgandis nullius Herculis vires & induſtria ſufficiant. Neque nimis aſpera ſupplicia initio ſceleri fuiſſe à legibus ſtatuta credendum eſt: ſed cum vſus declararet maiorē vim habere ſpem vtilitatis, voluptatiſque libidinem ad cupiditatem inflammandam, quam pœnæ metum ad extinguendam, addebant ſemper aliquid ad ſeueritatem, donec ad mortem peruentum eſt. Quam ipſam, quia quidā peſtilentes homines & nefarii præ voluptate contemnebant, maioribus exquiſitiſque tormentis ad terrorem incutiendum illam armarunt. Deinde Reges tuendis finibus magis quàm proferendis intenti, cuique vrbi aut populo ſuus, tot numero cēſebantur quantus erat numerus ciuitatum. Sic in diuinis libris atque profanis ſcriptoribus ſæpe in regione haud latiſſima ſpatiis conſideramus multos Reges extitiſſe. Progrediente vero tempore ſiue plura habendi cupiditate impulſi, ſiue laudis & gloriæ ambitione incitati, nonnunquam etiam iniuriis laceſſiti, gentes liberas ſubiugare, cupiditatem imperandi cauſam belli habere, Reges cæteros ditionibus pellere, & in omnium fortunis ſoli cœperunt dominari, vt Ninus, Cyrus, Alexander, & Cęſar, qui magna conſtituerunt primi & fundarunt imperia, non legitimos fuiſſe Reges, non mōſtra domuiſſe ſublata per terras tyrannide, non vitia vt videri volebant depuliſſe, ſed prædatoriam exercuiſſe videantur, tametſi vulgi opinione immēſis laudibus celebrentur & gloria. Hoc fuit initium, hi progreſſus regię poteſtatis. De qua à magnis viris

ſæpe dubitatum eſt, an præſtet cæteris principatuũ generibus, commodiuſq; ſit rebus humanis ciuitatem vnam aut prouinciam ab vno regi, an inter plures diuidi poteſtatem, imperiumque, ſiue pauci hi ſint ex omni multitudine ſelecti, ſiue vniuerſi qui intra eadem mœnia habitant, atque eiſdem legibus viuunt. Suppetuntque magna & multa in vtramque partem argumenta, quæ hoc loco ſumma colligenda ſunt. Primum enim cæteris principatuũ generibus regium eſſe præſtantius declarat, quod naturæ legibus maxime conſentaneum eſt, vniuerſitatis, cælique regimen ad vnum caput reuocantis: quod in cæteris naturæ partibus obſeruamus à corde animantis vitam ſpiritumque diffundi in omnia membra: inter apes regem vnum præeſſe: in concentu muſico cæteras voces ad vnam referri atque ex illa pendere, quaſi dominetur aliis. Quæ gubernandi ratio non ſolum mundi rectioni conſentanea eſt, ſed cum ſuis partibus congruens domo vna, pago, ciuitate: quæ ab vno regi amant, multa capita auerſantur. Hoc primum argumẽtum eſt multis aliis exemplis illuſtre, cuius vim primi homines conſiderantes, qui propius aberant à prima & meliori progenie, eoque facilius rerum naturam intuebantur, vnius imperium amplexi ſunt. quod Ariſtoteles fatetur multis locis, ab vnius principatu ad alias imperii formas ventum eſſe. Et eſt veriſimile, vti antea dictum eſt, multitudinem initio ab iis oppreſſam qui maiores opes habebant, ſocietate cum aliis inita, vnum aliquem ſibi præfeciſſe ducẽ, qui iniurias hoſtiũ prohiberet, & vindicaret. Alias principatuum formas tempus inuexit. Vnde illæ voces natæ. *Multos eſſe Principes non eſt bonum; Rex vnicus*

nicus eſto. Deinde ad conſeruandam multitudinis pacem, vnus commodior eſt quam plures, qui ſæpe ſententiis diſcrepant, neque minus negotii, ſuis cõtrouerſiis & diſſidiis exhibent, quàm ipſi habeant priuatorum litibus componendis. Prauæ cupiditatis, per quam mens excæcatur, iuſtitia corrumpitur, res publicæ & priuatæ perturbantur, minus in vno Principe quàm in pluribus eſt, ſiue rerum copia faſtidium faciente, ſeu quia vnum quam multos præſtare facilius eſt. imminuta cupiditate maior iuſtitiæ locus erit, maior libertati. Poſtremo cum principatus poteſtaſque imperandi vana ſine viribus ſit: eæ vires in vno homine coniunctæ validiores ſunt, maioreſq; impetus dant, quam cum pluribus participatæ, ſiue illæ opes ſint, ſiue au oritas imperandi, ſiue populi ſtudia in vnum coniuncta, plura maioraque efficiunt quam diuiſa inter multos. quod in rebus aliis videmus, virtutis in anguſtum contractę maiorem eſſe efficaciam & poteſtatem quàm ſegregatæ & quaſi multa aqua dilutæ. Res communes melius ab vno quàm à multis curantur, in pari robore & copiis plura vnus præſtat, quam ſi plures operi admoueantur quod vſus declarat bello gerẽdo fœdera inter multos inita neque eſſe diuturna neque valida Hæc erant in hanc partem argumenta valida atq; præclara. Quis neget? Quis non videat? Sed e contrario plurium principatũ eſſe præferendum multa ſuadent. Prudentia & probitas per quam ſalus publica ſtat: & reſpublicæ feliciter gubernãtur, multorum haud dubium maior eſt quaſi collatis ſymbolis cœna lautior. quod vni deeſt ſuppletur ex aliis. vnius Principis quanta cæcitas, quanta rerum ignorantia, præſertim in palatio qua-

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ſi in cauea incluſi, neq; ſuis oculis ſingula conſido-rantis? & eſt magna apud Principes omnes penuria veritatis. cui quis locus ſit inter continuos aulicorũ plauſus, inter domeſticorum mendacia & fraudes, omnia ad ſuum commodum referentium? Ea ſublata Principem paſſim offendere quis miretur? aut quis vellet ſine luce, ſine oculis & auribus hominẽ vnum in faſtigio rerum collocare? T. Manlius Torquatus cum conſul eſſet declaratus, excuſat valetudinem oculorum: quod indignum duceret ei rem-publicam committi, qui alienis oculis omnia gerere opus haberet. Qui alieno ingenio, aliena prudentia egent, ij ad gubernandos alios idonei videbuntur cæci hallucinanteſque paſſim? Quod Gordianus Imperator grauiſſimis ad Miſitheum ſocerũ litteris conqueritur malum, Principum rationes labefactare. Cui ipſi Reges Perſarum vt mederentur ex parte, miniſtros delectos habebant ſpectata prudentia viros, quos ab officio, Regis oculos aureſq; nominabant. Præclare cum rebus humanis ageretur, ſi vt in gregibus & inter apes contingit, à præſide vtraque regi naturæ præſtantioris: ita rector populi conditione mortali maior eſſet Heros aliquis, vti primis temporibus factum memorant. Sed quãdo id datum non eſt: quod vni deeſſe videmus, vt virtutis & ſapientiæ opibus cæteros vincat, numero ſuppleatur. Deinde nulla maior peſtis iudiciorum eſſe poſſit, quàm ira, odium, amor, cæteriq; affectus animi, quæ præcipua conſtituendarũ legum cauſa fuit: quoniam in vniuerſum loquuntur, neque vlla perturbatione animi deprauantur, conſtat autem huic malo magis obnoxium vnum hominem eſſe, plures difficilius corrũpi, donis, ambiti-

bitu, amicitia: quemadmodum multam aquã corrumpere, quam exiguam difficilius eſt. Adde multis de republica diſceptantibus, ꝙ ab vno peccatur ab aliis emendari, quorum in pari poteſtate incorruptius iudiciũ eſt, vires maiores. Vnius Principis errata quis audeat caſtigare, arma tenentis & in acie linguæ (vti Ariſtoteles monuit) vitam mortemq; geſtantis? furor non audacia ſit eius voluntati repugnare velle, illumq; monendo dolorem facere: præſertim cũ tam multi ad gratiam loquantur vaniloqui aſſentatoreſque, quorum eſt ſemper magnus *numerus*, certa peſtis quia blanda. Quiſq; etiam in poteſtate ſibi aſſentator eſt, ſibique blanditur. Ad hęc conſtricto legibus principatu nihil eſt melius, ſoluto nulla peſtis grauior, & eſt argumentum oppreſſæ per tyrannidem reipublicæ, cùm cõtemptis legibus ad rectoris nutum vertitur. Quis autem non intelligat, non fateatur vnius poteſtatem & vires, penes quem ſumma reipublicæ ſit, omniaque *præſidia*, difficillimum eſſe legibus contineri, ne maiora atq; inſolita imperet populis vectigalia, iura regiæ ſucceſſionis inuertat, omnia peſſundet? & cũ aliis magiſtratibus creandis inter plures communicetur poteſtas, ſiue ſenatus conſtituẽdus ſit, ſiue legendi iudices: quis ferat vt in ſupremo magiſtratu vnus tantum rector præficiatur, cuius muneris grauiſſimæ partes ſunt & variæ, bellum contra hoſtes gerere, ſubditos in pace continere, vniuerſamq; rempublicã domi foriſque præſtare. His argumentis victi quidã manus dant eruditione præſtanti viri, præſertim ex eorũ numero q̃ in liberis ciuitatibus nati ſunt: & eſt inſitũ natura, vt aſſuetis ſtare homines malint, niſi quæ vſus manifeſte

 arguit

arguit: neque periculo vacabat patria inſtituta mouere, contraria quamuis ſentientes, quod maximis philoſophis video contigiſſe, vt regiæ poteſtati ſe minus æquos præbuerint. Ariſtoteles certe cum regiam poteſtatem probet maximè eius viri, qui cæteros omnes populares probitatis & prudentiæ opibus vnus vincat, in quem omnes animi & corporis dotes, quaſi ſecum ipſa certans natura congeſſerit larga manu, quod vix aliquando contingat: cæteris ciuitatibus vbi plures viuunt, ingenio & prudentia præſtantes, à pluribus gubernari ſatius fore arbitratur: iniquumque videri, qui nullas maiores opes ingenii, prudentiæ, probitatis ad rempublicam attulerit, ſummam eum rerum ad ſe trahere, ſupremamq; poteſtatem occupare excluſis omnibus aliis. Ipſi etiam diuini libri regiæ poteſtati parum fauent iudicibus initio conſtitutis, qui Iudæorum rempublicam gubernarent. Quam reipublicæ formam ad ciuilem ſpectaſſe declarat, quod ad eam honorem electione, atque ex omnibus tribubus qui videbantur idonei, ſumebantur, nulla præterea facultate leges gentis aut mores mutandi: vti illa Gedeonis verba declarant. *Non dominabor ego neq; filius meus, ſed dominabitur veſtri Dominus.* Regiã poteſtatem in eam gentem tempus inuexit, & malitia atque improbitate. Heli primum, deinde Samuelis filiorum irritati populares Regem ſibi dari exorſerunt, multum quamuis reclamante Samuele, atque imminentes ex eo calamitates ſeuera denunciatione prædicente: foreq; vt accepta poteſtate Reges abuterentur ad tyrannidem. Quo argumento efficitur, aut regiam poteſtatem ciuili præſtantiorem non eſſe, aut illius certe populi moribus,

bus, atque eo præſertim tempore non ſatis fuiſſe accommodatam. Quod enim in aliis rerum generibus contingit, vt quæ præſtantiora ſunt & elegãtiora non omnibus conueniant, veſtes, calcei, domicilia: idem in reipublicæ forma contingere arbitror, vt quæ præſtantiſſima ſit, eam non omnium populorum mores & inſtituta recipiant. In non diſpari enim argumentorum pondere, & ea ſententiarum varietate animus inclinabat vt crederem, ac vero pro certo ponerem, vnius principatum cæteris omnibus reipublicæ formis eſſe præferendum. Quem ego quidem non negabo magnis periculis eſſe obnoxium, ſæpe etiam degenerare in tyrannidem: ſed ea incommoda maioribus bonis video compenſari: neque alios principatus ſuis vitiis carere, & periculis multo grauioribus quiſquam negabit, & vt ſunt res humanæ fluxæ inconſtanteſque, prudentis viri partes ſunt, nõ omnia incommoda, ſed maiora vitare, perſequi quæ maiores opportunitates afferre videantur. ac præſertim concordia inter ciues retinenda, (ſine qua quid eſſet reſpublica?) aptiſſimum eſſe vnius principatum nemo dubitabit. qua conſeruanda alia mala & pericula diſſimulari ſatius arbitror. Quid enim pace præſtantius, per quam ciuitates ornantur, illuſtrantur, fortunæ publicæ & priuatæ ſtant? Quid bello exitialius, quo euertuntur, vruntur, intereuntq; vniuerſa? Concordia parua imperia augentur: diſſidiis maxima concidunt. Deinde cum in omni populi parte improborum numerus ſit multo maximus, ſi rerũ poteſtas penes plures fuerit, in omni deliberatione pars ſanior à peiori ſuperabitur: neque enim ſuffragia ponderantur, ſed numerãtur, ac ne fieri qui-

 dem

dem aliter poteſt, quod in vnius principatu non cõtingat: cùm Princeps probitate & prudentia perſpecta ſit, quod non parum ſæpe continget, & ipſe quod optimum factu erit ſequetur, & pro iure acceptæ poteſtatis prudentiores ſecutus, populi leuitati, improborum temeritati reſiſtet. Calamitates motuſq; graues in Hiſpania, quo tempore indulgentia paterna in plures filios diuiſus eſt principatus, vti à Sãctio Rege Vaſconum, qui Maior eſt dictus, & à filio eius Ferdinando factum ſcimus, documento eſſe debent, imperium indiuiduum eſſe debere: naturã poteſtatis eſſe incommunicabilem: ambitionem imperandi impotens malum eſſe, impium, inquietum, ſuſpicioſum, fallax: nulloque amicitiæ neque propinquitatis reſpectu frenari, quominus omnia permiſceat atque peſſundet. Debilitari vires inter plures partita cura, illud argumento eſt: quod non alia cauſa quàm ditione inter plures tributa, contentionibuſque inteſtinis ex eo natis factum eſt, vt Maurorum gens ſteterit ea tempeſtate diuiſa & ipſa in plures regulos, eoque opportuna maximè exitio. quod ipſum multis aliis temporibus accidit. Quod ſi in vnius prouinciæ partibus plures Principes eſſe debent, quamuis diſcreti finibus, multo minus in eadem parte, imperio inter plures communicato. Verum ita vnius principatum præferendum iudicamus, ſi optimos quoſque ciues in conſilium adhibeat, atque ſenatu conuocato ex eorum ſententia res publicas & priuatas adminiſtret. ſic enim priuatis affectibus medebitur & imprudentiæ. ſic cum regia maieſtate coniunget optimates, quam Ariſtocratiam dixere veteres: ſic ciuitate vniuerſa aut prouincia curſum

tenen-

tenente, optatum fœlicitatis portum occupabit. Rege priuatis affectibus ſeruiente, aut ex ſuo aulicorumue iudicio ſubditos gubernante res publicas aut priuatas, nulla peſtis grauior excogitari poteſt: quod magnorum imperiorum miſerabiles caſus declarant, cladesque ab omni memoria graues. cùm enim relicta Regis beneuolentia in eo tyrannum induat cum eius nomine regnent aulici: vniuerſas reipublicæ partes euertat neceſſe eſt, ſubditoſque eius fidei creditos in grauiſſimas calamitates præcipites det. Eſtque natura ita comparatum, optima quæque, ſi corrumpantur, in peiora & teriora mala deſinere. Neque leue argumentum eſt regiam poteſtatem cæteris eſſe præſtantiorem, cum eadem labefactata atque in contrarium verſa, deſinat in tyrannidem omnium peſſimam atque peſtilentiſſimam formam gubernandi. Optimo enim peſſimum opponatur neceſſe eſt, maxime peſtilentem ſaluberrimo principatui.

CAPVT III.

Num principatus hæreditarius eſſe debeat.

VNIVS principatum, quem monarchiã Græci dixerunt, cæteris omnibus præſtare explicatum eſt: eius præſertim qui ciues omnes prudentiæ, probitatis & iuſtitiæ opibus vnus ſuperet, nulli cedat: quem ſubditi quaſi de cœlo dilapſum hominem ſupra conditionem mortalem intueantur, admirenturque. Ea namque gubernandi ratio mũdi rectioni conſentanea eſt, cum natura rerum cõſentiens, & aliarum animantiũ gubernatione, Deo amica:

amica: cùm reſpublica per eum modum Deo ſimilior euadat, qui maximè vnus eſt. Dei autem ſimilitudine, quoad natura humana recipit: tum ſinguli tum vniuerſi felices efficiantur. Ad hæc bonum & vnum ita inter ſe apta & connexa ſunt, vt boni ratio vnius rationem conſequatur (vti acuti philoſophi diſputant, & res ipſa indicat.) Conſtat autem rempublicam vnius imperio conſtrictam, magis quàm plurium vniri inter ſe & cum ſuis partibus; atque adeo meliorem, perfectioremque fore, quàm ſi plura habeat capita fateamur neceſſe eſt. His argumentis ad ſuperiora adiunctis, quæ proximo capite ſunt poſita multa atque illuſtria, ſatis arbitror confirmari regiam poteſtatem excellentiorem eſſe ea reipublicæ forma, vbi dominantur multi, ſiue proceres ſiue populares. Debet quidem vir prudens meminiſſe temporum & reipublicæ in qua natus eſt, neque nouarum rerum ſtudio incitari: meliora tantum voto expetere, atque cogitare, vix imperia & reſpublicas niſi in peius mutari. ſi tamen optio detur, ſi hominum & reipubliæ, in qua viuit, conditio patiatur, præſtantiſſimam reipublicæ formã pro virili parte fundabit, modo ſine motu tumultuque ad vnius imperium directam vnius conſtrictam poteſtate. His ita conſtitutis quæſtio ſequitur neque minus grauis neque minori difficultate implicita. Conueniat vno Principe ſublato per mortem, principatum eſſe hæreditarium: an ſucceſſorem ex omnibus dari præſtet, vti in pleriſq; gentibus obſeruatum ſcimus cura, ne regia poteſtas data ad ſalutem, diuturnitate imperandi certaq; ſucceſſione in tyrannidem degeneraret. & filios ſæpe paterna indulgentia, copia voluptatum corrumpi,

& paren-

& parentibus eſſe diſſimiles nõ ignorabant. ea culpa breui imperia cõcidiſſe. Quid autem exitialius, quid tetrius, quàm fortunæ temeritati rempublicam permittere? iuuenem prauis moribus, aut puerum ſæpe in cunis vagientem, & quod deterius eſt fœminam imperio præfici, exercitus, prouincias, copias, ex vxoris ſinu dari accipique temere nullo delectu? & quod virtutibus erat debitum, nullis iam meritis, contra malis artibus obtineri gentis principatum: rempublicamque vnius reſpectu grauiſſimis procellis exagitari? & quidem (vt alias gentes miſſas faciamus) ex diuinis libris ſatis perſpicitur, *Idumæorum* Reges electione, rerum ſummæ fuiſſe præfectos, nec parentibus ſucceſſiſſe filios. In Hiſpania tandiu Principes omnibus imperaturi ex omnibus eligebantur, quandiu in ea Gotthorum imperium ſtetit: imperio & legibus commutatis hæreditariam ſucceſſionem tempus inuexit. nimia Regum potentia, populiſque Principum voluntati blandientibus hæreditaria ſucceſſio inuecta eſt. Neque deerant viri prudentes, qui magnis in ſpeciem argumentis iuri id atque æquitati conſonum eſſe diſputarent, priorum Principum beneficijs deuincti & in aſſentationem effuſi: aut quia ita ſentiebant. Principum filios ex nobiliſſimo ſanguine procreatos, & in plena ſanctitatis atque prudentiæ domo educatos, ſimiles fore maioribus affirmabãt. Ex priuatis factos Principes ſuperbos atque arrogantes euadere: vti videmus pauperibus contingere cùm repentè facti ſunt diuites, honores adepti ſunt, graues intolerandoſque exiſtere. in magiſtratu, omniumque rerum licentia mores commutari aut apparere indolem vitiorum, naturæ peruerſitatem,

tatem, quæ priuatæ fortunæ humilitate tegebatur non ſecus ac quaſſati vaſis vitium humore infuſo perſpicitur. Nouo Principe deſignando (quod ſuperius eſt indicatum) improbos vincere, quorum eſt in omni multitudine ſemper numerus maior. Romani imperii opes & potentiam corruiſſe nulla re magis, quam Principum electione à prætorianis occupata. magno ſæpe dedecore maieſtatis, viliſſimi plerumque homines magno rempublicam licentes in rerum imperii faſtigio collocati ſunt. Sed & in Hiſpania ex minoribus principatibus licet de ſumma diſputationis iudicare. Erant in Caſtella vlteriori ante annos ducentos oppida nō pauca, quibus, ducta ab antiquo conſuetudine, dominos deſignare liberum erat. Quædam ex vniuerſa gente eum Principem iubebant, quem ſuis rationibus opportunum maximè iudicarent: alia ex vna tantum familia. Vtraque ab ea libertate Behetriæ vulgò vocabantur, tanta ex ea re legum & iudiciorum perturbatione, vt ea voce paſsim vtantur Hiſpani, cum rem maximè perturbatam ſignificare volunt: vbi nihil ratione agitur, ſed vis, clamor atque libido dominatur. Quæ mala omni ratione vitanda ſunt, & in non minori periculo hæreditas retinenda eſt in principatu: meliuſque ſperandum de Principum filiis, quam in priori diſputatione ponebatur. Sed & ſi ſpes fefellerit concepta popularium animis, vti non parum ſæpe accidit, id incommodum maioribus commodis compenſari cōſtat. Reuerentiam exhiberi maiorem iis, qui ex Regibus auis atque atauis nati ſunt, non à ciuibus modò ſed ab externis ipſiſque publicis hoſtibus. Imperii maieſtas quid aliud quam ſalutis tutela reipublicæ ſalus eſt

lus eſt

is eſt? quod Iacobus Abēiucephus bis apertè declarauit, ſemel Zaharæ Alfonſo Regi cognomento Sapienti, qui ad eum ſupplex acceſſerat, altiori ſede data: qui honos hoſpiti eſt habitus, & quoniã Alfonſus ex Regum progenie ortus, & in regni ſpẽ à prima ætate educatus, dignitate maior erat. Iterũ cum Cæſariano, quàm vrbem in Bætica ſextũ iam mẽſem obſidebat cum numeroſis Afrorum copiis, repente mutato conſilio, raptimque tranſmiſſo Lethi diſceſſit, veritus ne ſi cum Sanctio Rege Alfonſi filio, qui proximis locis tendebat contractis raptim copiis, ventum eſſet ad manus, in pugna vinceretur, neque diſſimulauit timoris cauſam. roganti enim, eccur fugæ conſilium cepiſſet, *Hoſtis, inquit, quadraginta nihilominus Regibus ortus tanto ſeptus præſidio pugnaret ante oculos verſantibus nobis ad terrorem, illis ad fiduciam: cùm ego in nouam familiam Barramedæ primus regni maieſtatem intulerim.* Tanti refert in Principe maioribus Principibus eſſe natum. nobilitas enim inſtar lucis eſt, multitudinis ſed & procerum oculos perſtringentis frænantiſque temeritatem. Et eſt natura datum vt res communes & imperia magis opinione hominum quam rebus ipſis gubernentur. Pereunte obſequio imperium etiam intercidit: feruntque æquiori homines animo, quem Princeps infeliciter genuit, quàm qui electus eſt non male. Ad hæc principatu facto hæreditario, perpetui quodammodo Principes perpetuæ reipublicæ dantur, quod ſaluberrimum eſt: ſic enim inter regni turbulentæ tempeſtates motuſq; graues, quaſi principatu cõtinuato, magnæ de ſucceſſione contentiones, ſimultateſq; vitantur, quas exiſtere neceſſe eſt ſublata in principatu hæreditate.

Demum

Demum res communes diligentius quaſi propr
curantur ab eo, qui poſteris relictus eſt q̃ iam a
ceperit poteſtatem: negliguntur ab aliis, qui ex
guo vitæ incertoq; tempore circumſcriptum prir
cipatum habent. Præſertim cum quiſque vereat
ne ſucceſſor, vt ſunt homines, eorumq; iudicia v
ria, eius præclara cœpta conſiliaque aut inchoa
relinquat, aut vertat in contrarium: vti continge
videmus, vbicunque principatus, populi aut proc
rum ſuffragiis demandantur. Equidem non neg
bo Ariſtoteli, quali & quanto philoſopho? non
bari vt filii parentibus ſine diſcrimine ſuccedat
lib. Polit. tertio, cap. vndecimo. Conſtat præter
filios ſæpe à paternis virtutibus degenerare. vete
hiſtoriæ teſtantur ſacræ atque profanæ: innume
exempla proferri poſſunt calamitatum, quas re
publicæ intulerunt Principes à maiorum virtutib
degeneres. Nimirum exoleſcente indole probitat
non ſecus ac in ſatis & pecudibus ſemina cælo, te
taque, tempore maxime mutantur. Sic ardēs Prir
cipum ingenium copia voluptatum aut prava edu
catione extinguitur. vtque ſinguli morituri naſci
mur, ita miramur dolemuſque indolem ſtirpium,
ſatorum, animantium atque familiarum ſuos velu
ti natales incrementaque habere, ac tandem con
ſeneſcere interireque: quod in poſtremis Caſtellæ
Regibus conſiderare licet. Fuit in Henrico eo qui
Petrum Regem fratrem ſuum interfecit, famili
conditore viuidum ingenium & ſupra ortus con
ditionem animus maior. In Ioanne filio felicita
multo minor, neque par induſtria vigorque rebu
gerendis domi foriſque. In Henrico nepote igne
mens, animus orbis terrarum ac cæli capax; ſed im
becil-

becilla valetudine, breuique ætate diu præſtare nõ potuit quales promiſerat virtutes. Ioannes eo nomine ſecundus ingenio fuit erudito magis litteris, quam rebus gerendis idoneo. in quo & eius filio Henrico conſenuit maiorum gloria, atque in ludibrium verſa eſt: induſtriaque & virtus aliena ſibi viã ad eorum regnum muniuit, ambiguo tunc iure, publico deinde commodo. Quæ quidem omnia eô pertinent, vt intelligatur filios non parum ſæpe parentibus diſſimiles exiſtere ingenio, natura, moribus. Sed neque negare poſſumus, Principes neque minus ignauos, neque minore prauitate morum, ac ne minori quidem numero per electionem extitiſſe quàm poſt ſuſceptam hæreditatem. Excute veteres annales, atque memoriam antiquitatis repete, illas imperii Romani fæces, monſtraq; Claudium, Othonem, Vitellium, Heliogabalum, alios conſidera. num alia ratione euectos ad imperium putas, quàm ſuffragatione militari? Mitto externa. An erit aliquis tanta cõfidentia qui audeat, aut tam ignarus rerum noſtrarum, qui non confiteatur in Hiſpania rerum potientibus Gotthis, quo tempore eligebantur ex omnibus Principes, multo peiores Reges quàm tempore conſequenti extitiſſe? An Witiza Rodericuſque memoria exciderũt poſtremi Gotthorum Reges, quorum ſcelera funeſtã cladem vniuerſæ Hiſpaniæ attulerunt? Præclare cum rebus humanis ageretur, ſi quæ à ſano initio ſuſcipiuntur eadem perſeuerarent, poſtremaque cum primis connexa aptaq; eſſent. verum ignauia malitiaque hominum, tempuſque cuncta deprauat. ea eſt humanæ vitæ conditio. Nos ſtulti atque inepti rerum æſtimatores, qui alterius partis vitia accu-

ſantes nolumus conſiderare in quæ incommoda antiquis temporib. diuerſa ratione ſuſcepta incurreretur. quæ videbimus vitia auerſamur, præterita præſentibus potiora fuiſſe, foreque exiſtimantes, vnde malorum orbis recurrat. Quę tamen ſi minora antiquis temporibus extitiſſent, comitiorum æſtus, ambitionis terræ incommoda, qua alia ratione, niſi hæreditate ſuſcepta poſſint procurari. Porrò ad domeſticam tranquillitatem retinendam nulla cõmodior ratio ſit, quàm lege ſucceſſore deſignato, ne ſtudiis populorum aut cupiditati Principum locus ſit, ſublata omni contentionis facultate. Sic commodius fore cogitabam hæreditariũ eſſe principatum. Et vitia Principis præſertim in tenera ætate, recta inſtitutione caſtigari poſſunt: qua ſæpe deprauatæ naturæ frænantur, vertunturque in cõtrarium. ꝙ ſi ſecus contingat, neq; votis & diligentiæ par ſucceſſus fuerit, diſſimulandum cenſeo quatenus ſalus publica patiatur, priuatimque corruptis moribus Princeps contingat. alioquin ſi rempublicam in periculum vocat, ſi patriæ religionis contẽptor exiſtit, neque medicinam vllam recipit, abdicandum iudico, aliumque ſubſtituendum: quod in Hiſpania non ſemel fuiſſe factum ſcimus. quaſi fera irritata omnium telis peti debet, cum humanitate abdicata tyrannum induat. Sic Petro Rege ob immanitatem deiecto publice, Henricus eius frater, quamuis ex impari matre, regnum obtinuit. ſic Henrico huius abnepote ob ignauiã prauoſq; mores abdicato procerũ ſuffragiis, primùm Alfonſus eius frater, recte an ſecus non diſputo, ſed tamẽ in tenera ætate Rex eſt proclamatus: deinde defuncto Alfonſo, Eliſabetha eius ſoror Henrico inuito

inuito rerum ſummam ad ſe traxit regio tantum nomine abſtinẽs dum ille vixit. Quibus temporib. multa deprauate fuiſſe facta fatemur. Verũ omne magnum exemplum habeat aliquid de iniquo ꝑpemodũ neceſſe eſt:& quod priuatim peccatur, publica ſalute deiectaq; prauitate cõpenſatur. Neque vni tantum familiæ principatum tribuendum cenſeo iure hæreditario: ſed etiã cùm multi filij Principis extiterint, deſignandũ lege, quis in defuncti patris locum & opes reponatur. ne quoad fieri poſſit ſtudiis populi locus relinquatur, vnde publica trãquillitas perturbetur, cuius prima cura eſſe debet. neq;.n.in principatu probamus quod Plato faciendum cenſuit in hæreditate priuata, vt cæteris excluſis vni filio relinqueretur vniuerſa, ſed voluntate patris prælato, certaque ſententia: quo filios obſequentiores parẽtibus faceret ſcilicet. quod fere inſtitutum in Hiſpania Aragonii ſequuntur. Verum ex priuatis hæreditatibus nullum periculum imminet: ex principatu graues contentiones exiſtere neceſſe eſt, niſi lege definita ſit ſucceſſio. quales inter Mauros Principes in Africa atq; Hiſpania extitiſſe ſæpe conſidero, bella exitialia, pulſos occiſosque Reges non tantũ ingenio gentis ad mutandos Principes pronæ, ſed etiã quod certa lege & more, quis inter filios ſuccederet, fixum non erat. Porro moribus nationum video ſuſceptum, vt maiores natu filij cæteris præferantur, fœminis mares: tameſi Dauidem videmus Salomoni minimo omnium filio regnũ de manu dediſſe, maiori abdicato. quod non negabo ab aliis Regibus fuiſſe in ea gente factitatũ Dauidis exemplo. Et primis temporibus cõſtat Iacobum Patriarchã iura primogeniti Rubeno ablata

in Ioſephum tranſtuliſſe, vti diuini libri teſtantur. Verum Rubeni flagitium impietaſque grauis eo ſupplicio eſt vindicata. Dauidem non ſine diuino inſtinctu & inflatu crediderim id exemplum reliquiſſe, quod Principes alii aliquando imitati ſunt: noſtri etiam imitentur, cum aut maior natu filius fædus flagitio eſt, neque recipit ſanitatem omnibus remediis tentatis, aut minor natu excellenti præ cæteris virtute eſt, nõ arbitror iniquum aliquando fore, ſi fratribus maioribus præferatur, modò ſine motu contingat contentioneque: pater Princeps hærede inſtituendo non priuatis affectibus ducatur, ſed publicam ſalutem reſpiciat. quod auorum memoria Ioannes Aragonius Rex fecit, noſtra pater tuus, capto vterque Carolo filio ſuo maiori. nimirum Ferdinando Catholico Hiſpaniæ imperiũ ſuperi tunc deſtinabant, nunc tibi ataui & maiorũ laudes veris virtutibus æquaturo: quod iſta indoles ingenii & præclara inſtitutio pollicetur, & nos votis noſtris libenter fauemus. Sed quoniam diuini hominis eſt affectibus priuatis reſiſtere, vixque tantum virtutis ſplendorem noſtri mores, recipiunt, retinendam fore conſuetudinem arbitror: neque pro Regis arbitrio ſucceſſionem etiam inter filios mutandam videri. præſertim cùm leges ſucceſſionis mutare non eius, ſed reipublicæ ſit, quæ imperium dedit iis legibus conſtrictum, ordinum conſenſu id faciat opus eſt. De fœmina an nulla proле virili ſuſcepta, aut defunctis fratribus debeat rebus præfici, dubitari ſolet. & moribus multarũ prouinciarum fixum eſt: ne fœmina imperii hæres ſit: quid enim mulierem præficiant ad res gerendas ineptam, cõſilii inopem, quæ ſi domi præſideret ma-
gna

gna perturbatio eſſet, an eam vniuerſæ reipublicæ præfici patiemur? pacis belliquè conſilia ab ea prodibunt? Et quidem in Hiſpania non vnus mos fuit, neque ratio eadem. In Aragonia ſæpe fœminæ ad regni hæreditatem admiſſæ ſunt, ſæpe excluſæ. Verum cum in diuinis libris legamus Deborã Iudęorum rempublicam tenuiſſe, cùm multò plures prouinciæ id ſequantur, vt fœminis deferatur imperiũ nulla virili prole: ac in Caſtella profecto, quæ nobiliſſima Hiſpaniæ pars & prouincia eſt, exterarum nulli cedit, in Vaſconibus item id videamus à primis temporibus ſuſceptum, vt ſexum in imperio non diſcernant: non putamus noſtrum morem vituperari iure poſſe. & alioqui multas commoditates habet: hæreditatem cum electione cõiungi fœminæ hæredi ex omnibus viro delecto, qui cæteris præſtet. Imperia per coniugia amplificari: quod aliis prouinciis non contingat. Hiſpanas res ſcimus in hanc imperii amplitudinem veniſſe, non magis armis & virtute, quàm per varia Principum coniugia iunctis multis prouinciis principatibuſq;.

CAPVT IV.

De iure regiæ ſucceſſionis inter agnatos.

GRAVES de ſucceſſione rixæ, exitiales contentiones vitantur ſucceſſore in omne tempus per legem deſignato, neque relicto in cuiuſquam arbitrio, defuncto aliquo Rege quis in eius locum ſubſtituatur: ne patri quidem Regi poteſtate permiſſa ex filiorum numero hęredem principatus, quem maxime voluerit deſignandi. In quo publicæ tranquillitati conſulitur, qua in rebus humanis

nihil eſt ſalutarius. Leges, quibus conſtricta eſt ſucceſſio, mutare nemini licet ſine populi voluntate, à quo pendent iura regnandi. Eæ leges pars in æs inciſæ in tabulaſque relatæ, pars moribus inſtitutiſq; ſingularum prouinciarum conſeruantur. Sed de ſcriptis legibus, quomodo intelligendæ ſint, dubitari poteſt: conſuetudines ſæpe pro rerum conditione mutantur. Inde totius controuerſiæ difficultas exiſtit: quam ſcribentium diuerſitas & altercatio magis etiam obſcurauit. Filos patribus in regno ſuccedere moribus populorũ receptum eſt, ac ferme virili ſexu, natuq; maximos, vti paulo ante dictum eſt. ſed vbi ſuperſtite patre Principe è pluribus filijs maior natu deceſſit prole relicta, nepos a quo defuncto an eius patruus præferri debeant, dubitatum ſæpe eſt: illuſtriaque in vtramque partem exempla extant: tum in Hiſpania tum in cæteris prouinciis patrui nepotibus prætermiſſis regnum obtinuerunt: nonnunquam econtrario nepotes ad regnum vocati ſunt decedentibus auis. Quod æquitati eſſe atque legibus magis conſentaneũ pleriſque viſum eſt, in auiti regni ſpem natos atque educatos non eſſe ea ſpe, eoq; iure ſpoliandos: acerbumque videri patris obitum noua cumulari calamitate filiorum. Illud maiori ſententiarum varietate diſputatur: omnibus liberis ſublatis, aut nulla à Principe prole ſuſcepta, ex agnatis quis debeat ad ſceptra vocari, Regeq; defuncto ſucceſſor dari. Finge illi fratres ſororeſque antea fuiſſe, extinctoſque iam eſſe: an nati ex ſororib. an ex fratribus; an ſtirps conſideranda, ſi ex maribus ſi ex fœminis ſint prognati: an ſingulorũ agnatorũ capita, non ſecus ac ſi filii eſſent cõparanda, ſexus atque ætatis inter ipſos

mode

modo diſcrimine perſpecto. Præterea an gradu remotiori præferédus ſit, vt nepos maioris fratris patruo, aut amitæ. Omnino in cæteris bonis, quæ hęreditario iure proueniunt, vtroque modo contingit: legeq; imperatoria, quæ lex eſt de hæreditate ab inteſtato proueniente ſcitum eſt, quo cum patruis nepotes ex filio defuncto ſuccedere, in ſtirpem tamen relatos: vt nihil amplius obueniat omnibus quam parens, ſi ſuperſtes eſſet: de hæreditate participaret. idem ſancitum cum defuncto fratri inteſtato frater ſuccedit, filios ex fratre alio in ſtirpem relatos cum patruo ipſorum, defuncti fratre hæreditatem capere. nam ſi cum patruo nepotes aut filij fratrum non ſuccedunt, ſed aut hi inter ſe cõparati, qui patruiue hęreditatem adeunt, aut qui remotiori gradu propinquitatis, defunctum attingunt: in capita vt referantur, & æquas ſinguli portiones accipiant neceſſe erit. Ergo in priori hæredum genere repræſentatio ſuſcipitur, excluditur in poſteriori. Vtrũ horũ in regno obſeruari debeat cũ deſcẽdẽtibus ſublatis omnibus filiis nepotibuſq; ꝓpinqui à latere ad imperiũ ſceptraq; vocantur, magna quæſtio eſt incredibili ſententiarũ varietate inter iureconſultos exagitata dubiaq;. Numero tamẽ & eruditione potiores capitũ rationẽ haberi iubẽt, negãt ſtirpis: ꝙ iure ſanguinis regnum obueniat. dicuntur autem ſanguini dari, quæ more, inſtituto, lege, aut priuati cuiuſpiã volũtate vni cuipiã familiæ deſtinata capiũtur, nõ iudicio & volũtate vltimi poſſeſſoris: vti alia quæ hæreditario iure ꝓuenientia pro volũtate mutãtur. Eoq; in pari ꝓpinquitate iubent, niſi lege prouinciali ſecus ſancitũ ſit, præſtantiſſimũ ſexu, ætate, prudentia ex ea familia cognatorumque

numero ad regni ſucceſſionem vocandum. Quod fœminis, quas ipſa natura ab imperio ſeiunctas voluit, puериſque ætate minoribus, & curis grauioribus impari, diuerſa ſententia aditum ad regnũ patefaciat, quæ magna pernicies eſt, omnibuſq; piaculis procuranda: reiicienda repræſentatio quaſi iuris figmentum, neque extendenda ad ea, quæ expreſſa legibus inſtitutiſve populorũ non ſunt. Quid enim, an commentis fictionibuſque ſuſceptis rempublicam præſtanti rectore ſpoliabimus, permittemus inepto, cui tutore & gubernatore opus ſit? atque in manifeſta pericula incommodaq; ſcientes prudenteſque præcipitabimus, vanaſque cogitationes & argumenta multorum ſalute potiora iudicabimus? Apage tantum probrum tantumque malũ. At parentes omnia ſua vt bona ſic iura cum generatione transfundunt in poſteros, verũ in iure quæſito: in futuro ſi ſuperſtites ij eſſent, non item. At in minoribus principatibus hæredes reuocantur ad ſtirpem, & ex parentum conditione non ſecus ac ſi ij viuerent de filiorum iure, an propinqui defuncti adeant hęreditatem iudicatur: fœminaque modo ex viro nata præfertur mari, cui ex matre ius ſucceſſionis quæritur. Negant id quidam. deinde ſi cõcedatur, non continuo verum eſt tantundem in regni ſucceſſione ſeruari debere: vbi multa propria ſunt ab aliis omnibus hęreditatibus ſeiuncta: minor repræſentationi locus, ſi reipublicæ incolumitas procuranda eſt. Sed vt in pauca diſputationem conferamus. Sint ex iuſtis nuptiis modò iuſti filij quorum honor principatuſque diſceptat, imperijq; ſanctitas ad coniugij ſanctitatem adiungatur, in pari propinquitate eorum qui defuncti ſceptra ambiunt,

biunt, qui ætate, ſexu, virtutibus præſtantior eſt, ei regnum deferatur: niſi priuatis prouinciæ legibus aut more ſecus ſancitum ſit: quibus ſtandum putabamus. Noſtra diſputatio ex ipſis naturæ principiis procedebat & iure communi: quæ ratio Hiſpanorum moribus conſentanea eſt. Conſtat etiam iura regnandi in armis plerumque homines ponere malis artibus ambitioſos atque væcordes: & qui minus iure, plus viribus ſæpe poteſt: ſilent enim inter arma leges. nemoque eſt qui oblatam facultatē regnandi, legum arbitrio permittat. Neque negamus iure ſucceſſionis controuerſo eam ſequi partē rempublicam poſſe, modo voluntate certoq; iudicio, quæ rebus & tempori maximè accommodata videatur: vnde varia in vtramq; partem atque illuſtria exempla manarunt, tum in aliis Chriſtiani orbis partibus, tum præſertim in Hiſpania. Henrico eo nomine primo Caſtellæ Rege in tenera ætate ſine prole defuncto è duabus ſororibus Berengaria prælata eſt Ferdinandi Regis mater, eius cui vitæ probitas Sancti cognomen adiunxit, Blanca Galliæ Regina prætermiſſa eſt Ludouici itidē Sancti Galliæ Regis mater, quæ maior natu erat. tametſi in eo proceres ſecuti videntur, ne externi in Hiſpania imperarent. Conſilium proculdubio ſalutare, vti perpetua felicitas Ferdinandi, vitæq; innocentia, morum ſanctitas declarauit. Alfonſi Regis cognomēto Sapientis Sanctius minor filius, quia iudoles inerat, periculoſum tenenti arma quod ambiebat denegare, nepotibus ex maiori filio prælatus eſt. Verum omiſſis veteribus recentiora proferātur. Henricus re & cognomento Nothus fratrem Regem, quia imperio ad perniciem multorum abutebatur,

ſua ipſe manu interemit, eiuſque filias paterna hæreditate ſpoliauit regno occupato. quod niſi iure factum eſt, priores in Caſtella Reges iniuria regnaſſe fateamur oportet. Conſequentibus annis Ioannem Auiſij Magiſtrũ Luſitaniæ Regem iuſſit, iure an iniuria non diſputamus: ſed certè obſcuri natales, Caſtellæ arma deturbare eum, aut poſteros nõ potuerunt, quominus ad noſtram ætatem imperium ab eo conſtitutum bonis omnibus & felicitate cõſpicuum ſteterit. Neque multo poſt duæ Ioannis Aragoniæ Regis filiæ à paterno regno depulſæ ſunt; Martinuſque Ioannis frater eo defuncto ex Sicilia ad imperii ſceptra euocatus, quoniam rationes publicæ conturbatæ id poſtulare videbantur. Quod Petronilla olim Regina Ramiri Monachi filia ſecuta ſub ipſum partum facto teſtamento ventrem hęredem ſcripſit, ſi maſcula proles eſſet, ſi filia Raymundum Barcinonenſem virum ſuum ſubſtituebat hæredem exemplo memorabili: quod filius Alfonſus retractauit ad regni hæreditatem, contra quam mater fecerat, filiabus reſtitutis. Sic iura regnandi ex Principum voluntate mutantur, vſq; eo vt in ea prouincia inueniamus aliquando excluſis à regno filiabus, nepotibus ex iis relictam ſuccedẽdi facultatem & ius. Mitto Ferdinandum in Martini Regis defuncti locum ad imperium Aragonium veniſſe è Caſtella: vbi res communes pro puero Rege Ioanne ſecundo procurabat. Gloria rerum geſtarum præclaraque virtus imperium dedit, magis quàm quod iure alios æmulos ſuperaret. Nimirum quod publicæ ſalutis cauſa, & communi conſenſu ſtatutum eſt, eadem multitudinis voluntate rebus exigentibus immutari quid obſtet? certe iure inter

multos

multos controuerſo, quis amplecti vetet conſilium ſalutarius? An iniqui iudices iu cauſa omnium grauiſſima eſſe velimus? præſertim cum iura regnandi hæreditaria fere ſint facta magis diſſimulãte populo, & priorum Principum voluntati repugnare nõ auſo, quam certa voluntate, liberoq; omnium ordinum conſenſu: vti fore opus videbatur.

CAPVT V.

Diſcrimen Regis & tyranni.

SEx ſunt genera principatuum formæq; reſpublicas gubernandi, ſumma hoc loco deſignanda, priuſquam quid inter Regis beneuolentiam & tyranni væcordiam interſit, explicamus. Regia poteſtas, vni homini delata rerum omniũ ſumma atque vnius arbitrio conſtituitur. Optimatum quam Græci Ariſtocratiam dixere, ſancitur, eadem poteſtate inter paucos virtute præſtantes tributa. Nam quę reſpublica proprio nomine dicitur, tum exiſtit, cum vniuerſi populares imperii participes ſunt, eo temperamento, vt maiores honores & magiſtratus melioribus commendentur, minores aliis, vt cuiuſque dignitas aut meritũ eſt. in populari enim principatu, quę Democratia vocatur, honos promiſcuè atq; ſine delectu, maioribus, minoribus, medijs cõmunicatur; quæ magna peruerſio eſt, velle comparare quos natura ſeu vis altior fecerat inæquales. Ita popularis gubernatio reipublicæ opponitur, quẽadmodum paucorum principatus, quæ Græcè Oligarchia eſt, optimatum regimini. nam quãuis vtrobiq; ad paucos quoſdã rerũ poteſtas deferatur, in illis pręficiendis virtus, in paucorũ principatu diuitię

conſiderantur: & vt quiſque cenſu ſuperior eſt, ita maximè præfertur aliis. Tyrannus, quæ poſtrema ac peſſima gubernandi ratio eſt, regiæ oppoſita, grauem in ſubditos exercet poteſtatem plerumque per vim occupatam: certè à ſano initio profecta in vitia deſinit, ac præſertim auaritiam, libidinē, crudelitatem. Et cum Regis veri partes ſint, tueri innocentiam, coercere improbitatem, dare ſalutē, rempublicam bonis omnibus atque felicitate amplificare: tyrannus contra maximam potentiam in libidinis infinitæ licentia atq; fructu conſtituit, nullū ſcelus ſibi dedecori fore putat, nullum eſt tantum facinus quod non aggrediatur. potentium fortunas euertit, per vim labem caſtis infert, bonis vitam eripit, nullumque eſt probri genus, quod non in omni vita ſuſcipiat. Præterea Rex mitem & tractabilem ſe præbet, aditus faciles habet, æquo cum cæteris iure viuit. Tyrannus quia ciuibus diffidit, quos timet, terrere conſueuit principali apparatu moleque fortunæ ſuæ, ſeueritate morum, iudiciorum immanitate. Ergo de Rege & tyranno quomodo differant paulo plura dicenda ſunt, atque vtriuſque principatus initia, media, progreſſus conſiderandi. Rex quam à ſubditis accepit poteſtatem ſingulari modeſtia exercet, nulli grauis, moleſtus nulli præterquam improbitati & væcordiæ. qui in aliorum fortunas & vitam temere graſſantur, in hos ſeueritatem exercet: aliis omnibus paternā exhibet charitatem: ſeuerique iudicis perſonam, quam ad tempus nefarii homines imponunt, eorum ſceleribus vindicatis libenter exuit, ſeque in omni vitæ parte facilem omnibus præbet. nullius inopia, nullius ſolitudo, non modo populari acceſſu, ſed ne regiæ

qui-

quidem & conclaui excluditur. Omnium querelis aures patent. toto denique imperio nihil acerbum eſt. nihil crudele: contra multa exempla clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Sic fit, vt ſubditis non tanquam ſeruis dominetur, quod faciunt tyranni, ſed tanquam liberis præſit: & quia à populo poteſtatem accepit: id inprimis curæ habet, vt per totam vitam volentibus imperet, atque ſubditorum beneuolentiam præcipuè bonorum, laudemque bonis artibus factus popularis colligat. Qua populi caritate munitus, neq; ſatellitibus magnopere opus habet ad tuendam ſalutem, neque aduerſus externos hoſtes milite conductitio & mercenario: quippe pro cuius dignitate & ſalute ſubditi pugnare parati ſunt, ſanguinem vitamque profundere non ſecus ac pro liberis, coniugibus & patria, in ferrum flãmamque irruere, ſi res feret, rapidi, ferotes, formidabiles. Sic neque arma equoſque detrahet ciuibus, neque otio & ignauia marceſcere patietur, quod faciunt tyranni ſedentariis artibus populum, proceresque voluptatum copia & lenociniis, & vino debilitantes: ſed exerceri curabit lucta, pugna, ſaltu equeſtres pedeſtreſque, inermes tectoſque ferro: in eorumque virtute maius præſidium ponet quàm in malis artibus & fraude. An æquum ſit filiis in periculo arma detrahere, dare ſeruis? nos autem ſub Rege iuſto & moderato ciues ſe felices arbitrari atque omnibus bonis circumfluere ponimus: quod eſt magnum erga Principem beneuolentiæ amoriſque incitamentum. ſic nec maieſtatis apparatu, neque bello gerendo ingentes ſumptus facere opus habebit, cum virtutum choro & bonorum ciuium comitatu ſepiatur, clariſſimuſque euadat:

dat. publicas & priuatas opes bello defendendo aut etiam inferendo, ſi opus erit, ad manum habeat cunctis ordinibus vltro ſuppeditantibus. Qua ratione in Hiſpania conſideramus exiguo cenſu Reges multa & magna bella præſertim aduerſus Mauros inuicta virtute geſſiſſe: qua fundamenta imperii ponebantur, quale hodie cernimus, ampliſſimi, ipſis fere orbis terrarum finibus deſcripti. Ergo neque vectigalia magna & inſolita imperare populis opus habebit: & ſi quando res aduerſæ, aut bellum illatũ coget, eorũ conſenſu vt opus eſt faciet. quem neq; terrorib. neq; minis exprimet, ne fraude quidem ſuorũ (qualis.n.conſenſus is eſſet?) ſed explicatione periculi, belliq; inſtãtis, ærarij extenuati. Neque enim ſe Princeps reipublicæ & ſingulorũ dominum arbitrabitur, quamuis aſſentatoribus id in aurẽ inſuſurrantibus, ſed rectorẽ mercede à ciuib. deſignata: quã augere niſi ipſis volentibus nefas exiſtimabit. Et tamen theſauros conſtruet, publicum ærarium ditabit ſine ſubditorũ gemitu: tũ ex hoſtiũ ſpoliis, quod fecit Romæ Paulus. Omni enim Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus tantum pecuniæ in ærariũ intulit, vt vnius Imperatoris prędа finem attulerit tributorum: tum cura regiorum vectigalium, ne aulicis aut miniſtris aliis prædę ſint, cauere debet. & quantum de regio cenſu detrahit peculatus? quantum decerpit fraus? Præterea modeſtia aulæ, quæ magna Principum laus eſt, inſtar magnorum vectigalium bello paceque ſufficientium. Eæ veræ opes ſunt, quæ innoxiæ & ſine inuidia paratæ. Qua ratione Henricus eo nomine tertius Caſtellæ Rex ærarii iniuria temporum exhauſti inopiam ſuppleuit, theſaurosq; moriens ingentes filio

filio reliquit ſine fraude, ſine gemitu & dolore ſubditorum congeſtos. Eius enim illa vox fuit. Populi ſe execrationes amplius quàm hoſtium arma formidare. Quod caput eſt Rex vitæ & modeſtiæ exẽplo magis quàm præceptis ciues officij admonebit. Longũ enim iter per verba eſt, vt quidã ait, breue & efficax per exẽpla: atq; vtinam ô vtinam tam multi bene facerent, quàm multi loquuntur benè. Quod ab aliis exigit, omnes probitatis partes præſtabit ipſe, modeſtiæ, æquitatis, pudicitiæ. Neq; in quemquam impetium ſeuerius exercebit quàm in ſe & familiam ſuam. Facilius id continget, primum ſi in omni actione & deliberatione ſpem occultandi quicquam à ſe penitus remouebit: perſuaſum etiã habebit, ſi Deum homineſq; latere aut fallere poſſet, nihil tamen auare, nihil iniuſte intemperanterue eſſe faciendum. nõ ſi Gygis anulum, vt eſt in fabulis, haberet, plus ſibi licere quàm ſi in omnium oculis verſaretur. Neq; enim aut ſimulatio eſſe diuturna poteſt, aut Principis facta latere. Lucis inſtat maieſtas eſt: malefacta & benefacta in oculis & cõſpectu ponit, neq; latere ſinit. Deinde ſi aſſentatores aula exiget, genus hominum peſtilentiſſimum: cùm Principis ingenium acriter inſpiciẽtes, ea laudent quæ vituperanda ſunt, accuſent contraria, in eam ſe partem vertentes quæ Principi magis placeat: quæ peſſima ars nimium multorum proſperis ſucceſſibus creuit. Porro pulſis aſſentatoribus viros optimos ex omni prouincia aduocabit: quibus vt oculis & auribus, ſed ſynceris nulloque vitio infectis vtetur. Faciat ijs poteſtatem renunciandi non vera modo, ſed quæcumque de eo dicentur, inanes etiam vulgi rumores & vanos. dolorẽ ex ijs rumo-

rumoribus eaque libertate conceptum animo, vtilitatis publicæ ratio & ſalus vniuerſæ prouinciæ compenſabit. Et ſunt veritatis radices amaræ, fructus ſuauiſſimi. Ac mihi quidem huc omnia à Principe referenda eſſe videntur, vt in ſubditorum animis beneuolentiā alat: iique ſub eius imperio quàm beatiſſimi habeantur & ſint. & eſt non modo eius qui ciuibus ſed etiam mutis pecudibus præeſt, eorum quibus præſit commodis, vtilitatique ſeruire. Hæ ſunt regię virtutes. hac via ad immortalitatem contenditur. Quibus ſumma explicatis de tyranno pronunciare promptum eſt, cùm omnibus turpitudinum maculis fœdatus diuerſa via ac prorſus cōtraria ad reipublicæ euerſionem ingrediatur. Primum enim ſupremam poteſtatem in populo aut per vim ipſe occupauit nullis meritis datam, ſed diuitiis ambitu & armis: aut volente populo acceptā violenter exercet, metiturque nō vtilitate publica, ſed ſuis commodis, voluptatibus, vitiorum licentia. Et quidem initio mitis arridenſque omnibus, aut æquo cum cæteris iure viuens, ſpecie lenitatis & clementiæ fallit, dum vires confirmat, ſeque opibus & præſidiis munit. Quod Domitius Nero fecit quinquennio commodiſſimus Princeps etiam Traiani teſtimonio. Confirmato principatu in cōtrarium prorſus vertitur: inſitam immanitatem diu diſſimulare non valens, quaſi beſtia indomita & immanis in omnes ordines graſſatur: ſingulorum opes vt perdat rapit, ex contrariis vitiis libidine, auaritia, crudelitate compoſitus & fraude. Qualia illa monſtra fuerunt fabularum tegumentis priſcis temporibus inuoluta, Geryones tricorpores in Hiſpania, Antæus in Libya, Hydria in Bœotia, Chimæra

mæra in Lycia: quibus pellendis liberandisq; miſera ſeruitute populis magnorum heroum induſtria, virtusq; ſudauit. Omnibus iniuriam facere, omnes proſternere tyranni quidem contendunt: ſed præcipue in diuites & probos homines tota ditione impetum faciunt: bonos quàm malos ſuſpectiores habent, ſemperque his aliena virtus formidoloſa eſt. Et cum medici è corpore noxia excernãt ſuccis ſalutaribus, illis meliores è republica pellere certum eſt. Vox enim tyranni eſt: Quidquid excelſum eſt in regno cadat. quod aperta vi faciunt, aut induſtria ſecretisque criminationibus. Reliquos omnes exhauriunt, ne ſe commouere poſſint, noua indies vectigalia imperando, ſerendo lites inter ciues, bella ex bellis nectendo. Præterea magna opera moles ingentes ſubditorum ſumptu & gemitu extruunt. Vnde Pyramides in Ægypto natæ ſunt, Olympi ſubſtructiones in Theſalia, vti Ariſtoteles eſt auctor. Et in diuinis libris Nembrotus, qui primus tyrannidem in terris occupauit, eoq; robuſtus venator dicitur, vt ſe muniret ſubditisque extenuaret excelſam turrim magnis molib. & cæmentis ædificare Babylone eſt aggreſſus. Vnde Græcorum fabula nata creditur. olim Gigantes, vt Iouem è cælo præcipitem deturbarent, in Macedoniæ campo, cui Phlegra nomen eſt, montes montibus impoſuiſſe. auctor Philaſter. Mitto Pharaonis fraude gentem Hebraicam, ne ad libertatem aſpiraret, malis domitam coactamq; ſuo ſudore vrbes in Ægypto ædificare. Metuat tyrannus neceſſe eſt quos terret: & quos ſeruorum loco habet, ab ijs ne exitium cõparetur, diligenter caueat, ſublatis præſidijs omnibus, detractis armis, ne permiſſis quidem ſuis vllas

ingenuas artes, libero homine dignas exercere, aut militaribus ſtudiis robur corporis, confidentiam animi confirmare. Timet quidem tyrannus, timet Rex: ſed Rex ſubditis, ille ſibi ſubditoſque: ne videlicet quos hoſtium loco ducit, ij opes & principatum eripiant. Sic ciues congregari in vnum, in conuentus & collegia coire vetat, & omnino de republica loqui per inquiſitiones occultas adempta loquendi libere, audiendique facultate, quod ſupremum in ſeruitute eſt. ne gemitum quidem in tantis malis liberum eſſe permittit. Sic cum ciuibus diſſidat, in fraude præſidium ponit: amicitiam cum externis Principibus diligenter ambit, vt ad omnes caſus paratus ſit: ſatellites externos aduocat, quibus quaſi barbaris fidit: mercenarium militem alit ciuibus diffiſus, quæ magna calamitas eſt. Domitio Nerone Imperatore volitabant per domos, rura quoque & proxima municipiorum pedites equiteſq; permixti Germanis, quibus fidebat Princeps quaſi externis, (ipſa Taciti verba retuli.) Tarquinius Superbus Romæ primus Regum, vt traditur, morem de omnibus conſulendi ſenatũ ſuſtulit: domeſticis conſiliis rempublicam adminiſtrauit: bellum, pacem, fœdera, ſocietateſque per ſe ipſe cum quibus voluit iniuſſu populi ac ſenatus fecit diremitque. Latinorum ſibi gentem maxime conciliabat, vt peregrinis quoq; opibus tutior inter ciues eſſet. ſic Liuius ait libro primo. Quin & primores Patrum interfeciſſe affirmat, in eorum locum nullos legiſſe, quò contemptior paucitate is ordo eſſet: cognitiones rerum capitalium ſine conſiliis per ſe ſolum exercuiſſe. quæ ſunt omnia tyranni propriæ notæ. Poſtremo rempublicam o-

mnem

mnem inuertit, prædæ miſeris modis habet nulla curalegum, quibus ſe ſolutum arbitratur. & cum publicæ ſaluti conſulere præ ſe ferat, id agit vt ciues omnibus malis oppreſſi miſerrimam vitam agant: ſingulos, vniuerſos patriis poſſeſſionibus iniuria pellit, vt in omnium fortunis ſolus dominetur. Plebe bonis omnibus euerſa, nihil mali cogitari poteſt, quod non ſit in ciuium calamitate.

CAPVT VI.

An tyrannum opprimere fas ſit.

TAle eſt tyranni ingenium moresque cœlo æque ac hominibus inuiſi, vt maxime felix eſſe videatur, flagitia in ſupplicium vertuntur. vt corpora verberibus, ita ſæuitia, libidine, metu prauus animus & conſcientia laceratur. Quos cœleſtis vindicta premit, in exitium vrget, mentem, conſiliumque eripit. Irritatæ multitudinis odio Principis quantæ ſint vires, populi inuidiam rectoris exitium eſſe, multis exemplis tum antiquis tum recentibus explicare promptum eſt. Nuperque in Gallia monimentum nobile eſt conſtitutum: quo perſpicitur quanti referat popularium animos pacatos eſſe, quibus non perinde ac corporibus imperatur, inſigne ad memoriam atque miſerabile. Henricus eo nomine tertius Galliæ Rex iacet manu monachi peremptus, medicato cultro in viſcera adacto. fœdum ſpectaculum in paucis memorabile. ſed quo Principes doceantur, impios auſus haud impune cadere. Principum potentiam imbecillem eſſe: ſi reuerentia ab animis ſubditorum ſemel abſceſſerit. Parabat

ille, quoniam prole carebat, ſororio Henrico Vindomienſi regnum relinquere, quamuis à tenera ætate prauis de religione opinionibus infecto, eoq; tempore diris deuoto à Pontificibus Romanis, iureq; ſucceſſionis ſpoliato: nunc, quod laudandum in primis, mente mutata, Chriſtianiſſimo Galliæ Regi. Conſilio indicato magna pars procerum re cum alijs Principibus cõmunicata, tum Gallis tum externis, pro ſalute patriæ, pro religione ſumunt arma, vndiq; auxilia conquirunt. Princeps Guiſius, in cuius & familiæ virtute ſpes & fortunæ Galliæ hac tempeſtate ſitæ erant. Regum voluntates in eo quod propoſuerunt inuictæ ſunt. Procerum conatus Henricus vindicare parans, Guiſium perimendi certus Lutetiam aduocat: & cùm conſilium non proceſſiſſet furente populo atque ad arma concitato ex ea vrbe raptim diſcedens haud magno interuallo ſimulat ſe ad meliora conſilia traductum publicè de communi ſalute deliberare velle. Bleſis, quæ vrbs Ligeri alluitur, cunctis ordinibus eius accitu conuenientibus, Guiſium & Cardinalem eius fratrem ſecuros per fidem conuentus in regia perimit: confictis tamen poſt cædem maieſtatis criminibus, vt iure factum videretur accuſati nullo defendente, decretumq; vt lege maieſtatis punirentur. capit alios, in his Borbonium Cardinalem, cui in affecta quamuis ætate, proxima imperandi ſpes poſt Henricum deſtinabatur iure ſanguinis. Commouit ea res magnæ Galliæ partis animos: multæque ciuitates Henrico abdicato, pro communi ſalute publicè rebellarunt. Princeps Lutetia, cui opibus, amplitudine, ſapientiæ ſtudijs nulla in Europa comparatur. Verùm motus plebis ad inſtar

torrentis eſt, ad breue tempus inflatur. Reſidente multitudinis impetu, atque Henrico ad quartum ab vrbe lapidem caſtra habente non ſine ſpe eius vrbis vindicandæ, res propemodum deploratas, vnius iuuenis audacia ad tempus breue certè recreauit. Iacobus Clemens nomine, in Heduis natus pago ignobili Serbona, in ſui ordinis Dominicano collegio Theologiæ operam dabat; cum cognito à Theologis, quos erat ſciſcitatus, tyrannum iure interimi poſſe, tum acceptis litteris ab ijs, quos ab Henrico voto in vrbe aut palã ſtare odoratus erat, ſuppreſſo conſilio, certus Regis perimendi in caſtra abijt pridie Kalend. Auguſti ſalutis anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo nono. Nec mora, quaſi arcana ciuium communicaturus ad Regem continuo admiſſus, redditis quas afferebat, litteris in diem proximum ſuſtentare iubetur. Ergo ipſis Auguſti Kal. qui dies Petri Apoſtoli vinculis ſacer eſt, ſacris operatus ad Regem è lecto ſurgentem nondum planè veſtitum eo aduocante ingreditur. Sermonibus vltro citroq; habitis, cum prope acceſſiſſet, ſpecie alias litteras in manus tradendi, cultro, quem herbis noxijs medicatum manu tegebat, ſupra veſicam altum vulnus inflixit: inſignem animi confidentiam, facinus memorabile. Dolore Rex percitus, eodem cultro interfectoris oculum & pectus ferit, proditorem, parricidam inclamans. Irrumpunt aulici re inſolita commoti: proſtrato atq; exanimi pleraque vulnera feritate & ſæuitia imponunt, nihil elocuto ac læto potius, vti ex vultu apparebat, quod re patrata cruciatus alios euaderet, quibus vt par eſſet veritus erat. ſimul ſuo ſanguine patriæ communis & gentis libertatem re-

demptam, inter ictus & vulnera impenſe lætabatur ſcilicet. Cæſo Rege ingens ſibi nomen fecit. cæde cędes expiata, ac manibus Guiſij Ducis perfide perempti regio ſanguine eſt parentatum. Sic Clemens ille periit, viginti quatuor natus annos, ſimplici iuuenis ingenio, neque robuſto corpore: ſed maior vis vires & animum confirmabat. Rex nocte proxima in magna ſpe ſalutis, eoq; nullis ſacris procuratus, ſecunda hora poſt mediam noctem in illa Dauidis verba, Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea, extremum ſpiritum edidit: felix futurus, ſi cum primis vltima contexuiſſet, talemq; ſe Principem præſtitiſſet, qualis ſub Carolo fratre Rege fuiſſe credebatur aduerſus perduelliones copiarum belliq́ue dux: qui illi gradus ad regnum Poloniæ fuit procerum eius gentis ſuffragio. Sed ceſſerunt prima poſtremis, bonaq; iuuentæ maior ætas flagitio obliterauit. Defuncto fratre reuocatus in patriam, Rexq́ue Galliæ renunciatus, omnia in ludibrium vertit: vt non alia cauſa videatur ad rerum faſtigium ſublatus, niſi vt grauiori caſu præcipitaret. Sic fortuna ſeu vis maior ludit in rebus humanis. De facto monachi non vna opinio fuit. multis laudantibus atq; immortalitate dignum iudicantibus: vituperant alij prudentiæ & eruditionis laude præſtantes, fas eſſe negantes cuiquam priuata auctoritate Regem conſenſu populi renunciatum, ſacroq; oleo de more delibutum ſanctumq́ue adeò perimere, ſit ille quamuis perditis moribus, atque in tyrannidem degenerarit. Quod multis argumentis exempliſq́ue confirmant. Quanta, inquiunt, Saulis Regis Iudæorum, antiquis temporibus prauitas

uitas fuit, vitæque & morum conditio quàm profligata? cuius mens malis incurſibus agitata, ſcelerum pœnis agentibus ſcilicet per interualla titubabat: eoque abdicato, Deo auctore, iura regni cum myſtica vnctione in Dauidem translata erant. Iniuria tamen regnantem atque ad amentiam prolapſum & ſcelera, Dauid æmulus redactum in poteſtatem ſemel & iterum, violare auſus non eſt: cum iure poſſe facere videretur, ſiue vt imperium vindicaret, ſiue vt tueretur ſalutem: quam is nullis prouocatus iniuriis & vitam auferre modis omnibus moliebatur, veſtigiis innocentis inſiſtens in quamcumq; partem ſe daret. Neque ipſe tantum inimico pepercit, ſed Amalechitem adoleſcentem, qui victum in prælio & gladio proprio incumbentem, eius iuſſu quamuis, peremiſſe nunciauit, ferro interfecit quaſi impium & temerarium: qui Principem Deo ſacrum (id enim inunctionis cæremonia ſignificat) violare auſus eſſet. Imperatorum Romanorum, tempore naſcentis eccleſiæ immanitatem, cum exagitanda piorum natione ſæuam carnificinam per prouincias exercerent, omneſque cruciatus in eorum corporibus conſumerentur, quis vnquam ferro vindicandam coercendamque fore iudicauit: ac non potius patientia cum crudelitate, obſequio cum maleficio certandum? præſertim cùm Paulus admoneret, Dei voluntati reſiſtere, quicumque magiſtratui reſiſtit. Quod ſi Prætori quamuis iniquo temereque in aliquem irruenti, manus afferre non liceat, quanto minus Reges violare, ſint quamuis perditis moribus: quos Deus & reſpublica in rerum faſtigio collocauit,

cauit, vt numinis inſtar à ſubditis haberentur, maiores conditione mortali. Deinde qui Principes mutare tentant, magnum ſæpe malum reipublicæ accerſunt: neque euertitur principatus ſine graui motu, ipſis plerumque oppreſſis auctoribus. Plenæ ſunt exemplis hiſtoriæ, referta vita communis. Quid enim Sichimitis profuit facta in Abimelechum coniuratio ſtudio vindicandi, vt videri volebant, ſeptuaginta fratres, quos is impie & immaniter peremerat ex impari quamuis matre natus, imperandi ambitione mala inductus, qua nullum eſt tetrius malum? niſi vt vrbe æternùm euerſa (quod ſal ſeminatus ſignificabat) cuncti vno impetu perirent. Et vt antiquiſſima mittantur, quid Domitio Nerone ſublato ciues Romæ profecerunt, niſi vt Othonem & Vitellium attraherent non minores reipublicæ peſtes? nam vt minores ſtrages eſſent, breuitate imperii factum eſt. Itaque conſulunt, æquum atque iniquum Principem ferendum eſſe, obſequio mitigandum imperium. Regum ducumque clementiam non in ipſorum modo, ſed etiam in ſubditorum ingeniis ſitam eſſe. Quod nó pauci exiſtimant Petro Caſtellæ Rege contigiſſe, Crudelisq́; cognomentum vulgò factum non tam ipſius culpa, quàm quod proceres intemperantes in omne fas nefasque auidi vindicandi iniurias, coercendi audaciam, neceſſitatem impoſuiſſent. Sed ea eſt conditio rerum humanarum. Virtus modo infelix in vitio ponitur, ex euentis conſilia ponderamus. Qui autem reuerentia erga Principes (ſine qua quid eſt imperium?) conſtabit, ſi fuerit populis perſuaſum fas eſſe ſubditis Principum peccata vindicare? veris ſæpe aut aſſimulatis cauſis reipu-

blicæ

blicæ tranquillitas, qua nihil eſt præſtantius, turbabitur. Omneſque calamitates ſeditione facta incurrent parte populi in partem armata. quæ mala qui non exiſtimabit eſſe omni ratione vitanda, ferreus ſit, communi aliorum hominum ſenſu defectus. Sic diſputant qui tyranni partes tuentur. Populi patroni non pauciora neque minora præſidia habent. Certe à republica, vnde ortum habet regia poteſtas, rebus exigentibus Regem in ius vocari poſſe, etſi ſanitaté reſpuat principatu ſpoliari. neq; ita in Principem iura poteſtatis tranſtulit, vt non ſibi maiorem reſeruarit poteſtatem: quod vectigalibus imperandis, legibus in omne tempus conſtituendis conſideramus, rempublicam ſemper retinuiſſe, vt niſi eius voluntate mutari ab antiquo nihil poſſit. de conſenſu, qualis eſſe debeat, non diſputamus: ſed populis tamen volentibus tributa noua imperantur, leges conſtituuntur: & quod eſt amplius, populi ſacraměto, iura imperandi quamuis hæreditaria ſucceſſori confirmantur. Præterea ab omni memoria conſideramus, in magna laude fuiſſe quicumque tyrannos perimere aggreſſi ſunt. Quid enim Thraſibuli nomen gloria ad cœlum euexit, niſi graui triginta tyrannorum dominatu patriam liberaſſe? Quid Harmodium & Ariſtogitonem dicam? quid vtrumque Brutum? quorum laus gratiſſima memoria poſteritatis incluſa, & publica auctoritate teſtata eſt. Multi in Domitium Neronem conſpirarunt conatu infelici, ſine reprehenſione tamen, ac potius cum laude omniũ ſeculorum. Sic Caius Cheręę coniuratione perijt monſtrum horrendum & graue: Domitianus Stephani: Caracalla Martialis

 ferro

ferro occubuit. Prætoriani Heliogabalum peremerunt, prodigium & dedecus imperij ipſiuſmet ſanguine expiatum piaculum. Quorum audaciam quis vnquam vituperauit, ac non potius ſummis laudibus dignam duxit? Et eſt communis ſenſus quaſi quædam naturæ vox mentibus noſtris indita, auribus inſonans lex, qua à turpi honeſtum ſecernimus. Addas licet tyrannum beſtiæ inſtar eſſe ferocis & immanis, qui quamcũq; in partẽ ſe dederit, omnia vaſtat, diripit, incendit, miſerabiles ſtrages edit vnguibus, dentibus, cornu. An diſſimulandum iudices? & nõ potius laudes, ſi quis vitæ ſuę periculo publicam incolumitatẽ redimat? Omnium telis exagitandũ ſtatuas quaſi crudele monſtrũ terris incubans, neq; lanienæ modũ, dum vixerit, facturũ? Matrem cariſſimã aut vxorem ſi in cõſpectu vexari videas, neq; ſuccurras cũ poſſis, crudelis ſis ignauięque & impietatis reprehenſionem incurras: patriã cui amplius quàm parentibus debemus, vexandã, exagitandam pro libidine tyranno relinquas? Apage tantum nefas, tantaque ignauia. Si vita, ſi laus, ſi fortunæ periclitandæ ſint, patriam tamen periculo, patriam exitio liberabimus. Hæc ſunt vtriuſque partis præſidia, quibus attente conſideratis, quid de propoſita quæſtione ſtatuendum ſit, explicare nõ erit difficile. Equidẽ in eo conſentire tũ philoſophos tum Theologos video, eum Principẽ qui vi & armis rempublicã occupauit, nullo pręterea iure, nullo publico ciuiũ conſenſu, perimi à quocũque, vita & principatu ſpoliari poſſe. cum hoſtis publicus ſit, malisq; omnibus patriã opprimat, vereq; & proprie tyranni nomen & ingenium induat: amoueatur quacumq; ratione, exuatque quam violenter

olenter occupauit poteſtatem. Quo merito Aiod muneribus in Eglonis Moabitarum Regis gratiam inſinuatus eum peremit pugione in ventre cõfixo: popularesque ſuos dura ſeruitute eripuit, qua iam decem & octo annis premebantur. Nam ſi Princeps populi conſenſu aut iure hæreditario imperiũ tenet, eius vitia & libidines ferendæ ſunt eatenus, quoad eas leges honeſtatis & pudicitiæ, quibus eſt aſtrictus, negligat. Neque enim facile Principes mutandi ſunt, ne in maiora mala incurratur, grauesq; motus exiſtant, vti initio diſputationis ponebatur. Si vero rempublicã peſſundat, publicas priuatasq; fortunas prædæ habet, leges publicas & ſacroſanctam religionem contemptui: virtutem in ſuperbia ponit in audacia atque aduerſus ſuperos impietate, diſſimulandum non eſt. Attente tamen cogitandum quæ ratio eius Principis abdicandi teneri debeat, ne malum malo cumuletur, ſcelus vindicetur ſcelere. Atque ea expedita maxime & tuta via eſt, ſi publici conuentus facultas detur, communi conſenſu quid ſtatuendum ſit deliberare: fixum ratumque habere quod communi ſententia ſteterit. In quo his gradibus procedatur. Monendus in primis Princeps erit atq; ad ſanitatem reuocandus. qui ſi morem geſſerit, ſi reipublicæ ſatisfecerit, peccataque correxerit vitæ ſuperioris, reſiſtendum arbitror, neq; acerbiora remedia tentanda. Si medicinã reſpuat, neq; ſpes vlla ſanitatis relinquatur, ſententia pronunciata licebit reipublicæ eius imperium detrectare primùm. & quoniam bellum neceſſario concitabitur, eius defendendi conſilia explicare, expedire arma, pecunias in belli ſumptus imperare populis: etſi res feret, neque aliter ſe

reſpu-

reſpublica tueri poſſit, eodem defenſionis iure ac vero potiori auctoritate & propria, Principem publicum hoſtẽ declaratum ferro perimere. Eademque facultas eſto cuicumq; priuato, qui ſpe impunitatis abiecta, neglecta ſalute in conatum iuuandi rempublicam ingredi voluerit. Roges quid faciendum, ſi publici conuentus facultas erat ſublata: quod ſæpe poteſt contingere. Par profecto, mea quidem ſententia, iudicium erit, cùm Principis tyrannide oppreſſa republica: ſublata ciuibus inter ſe conueniendi facultate voluntas non deſit delendæ tyrannidis, ſcelera Principis manifeſta modo & intoleranda vindicandi, exitiales conatus comprimendi: vt ſi ſacra patria peſſundet, publicoſq; hoſtes in prouinciam attrahat: qui votis publicis fauens eum perimere tentarit, haudquaquam inique eum feciſſe exiſtimabo. Quod ſatis iis argumentis confirmatur, quæ poſteriori loco aduerſus tyrannum in hac diſputatione ſunt poſita. Ita facti quæſtio in controuerſia eſt, quis merito tyrannus habeatur: iuris in aperto, fas fore tyrannum perimere. Neq; eſt periculum vt multi eo exemplo in Principum vitam ſæuiant quaſi tyranni ſint. neque enim id in cuiuſquã priuati arbitrio ponimus: non in multorum, niſi publica vox populi adſit, viri eruditi & graues in conſilium adhibeantur. Præclarè cum rebus humanis ageretur, ſi multi homines forti pectore inuenirentur pro libertate patriæ, vitæ contemptores & ſalutis: ſed pleroſque incolumitatis cupiditas retinet magnis ſæpe conatib. aduerſa. Itaque ex tanto numero tyrannorum, quales antiquis temporibus extiterunt, paucos quoſdã numerare licet ferro ſuorum periiſſe: in Hiſpania

vix

vix vnum aut alterum. quamuis id ſubditorum fidei tribui debet, Principum clementiæ, qui imperium optimo iure acceptum modeſte atque humaniter exercuerunt. Eſt tamen ſalutaris cogitatio, vt ſit Principibus perſuaſum, ſi rempublicam oppreſſerint, ſi vitiis & fœditate intolerandi erunt, ea conditione viuere vt non iure tantum, ſed cum laude & gloria perimi poſſint. Fortaſſis is metus aliquem retardabit, ne ſe penitus vitiis atque adulatoribus corrumpendũ tradat: frænos inijciet furori. Quod caput eſt, ſit Principi perſuaſum totius reipublicæ maiorem, quam ipſius vnius auctoritatem eſſe: neque peſſimis hominibus credat diuerſum affirmãtibus gratificandi ſtudio: quæ magna pernicies eſt. Dauidi (quod obijciebatur) interficiendi Saulem Regem idonea ſatis cauſa non erat, cum fuga tueri ſalutẽ poſſet: qua ratione Regem præſertim à Deo conſtitutum ſi perimeret cauſa tuendi ſe, impietas non reipublicæ amor fuiſſet. Neq; enim tanta morum prauitate Saul fuit, vt ſubditos tyrannide opprimeret, diuinas & humanas leges inuerteret, ciues prædæ haberet. Iura regni in Dauidẽ translata ſunt quidem, vt defuncto ſuccederet, non tamẽ vt viuo imperium vitamque eriperet. Quid præterea, quod Auguſtinus contra Adiman, cap. ſeptimodecimo noluiſſe ait occidere Saulem, licuiſſe tamen. De Imperatoribus Romanis laborare non eſt neceſſe. piorum ſanguine & patientia eccleſiæ amplitudinis fundamenta ponebantur ipſis orbis terrarum finibus deſcriptæ: eo maiori miraculo quod oppreſſa creſcebat, imminuta numero maiora capiebat indies incrementa. neque vero eius rationibus eo tempore expediebat, ne hoc quidem omni

omnia facere quæ iure & legibus erant conceſſa. Itaque nobilis hiſtoricus Sozom. lib. ſexto, cap. ſecundo, militem, ſi quis forte Iulianum Imperatorem occidiſſet, vti eo tempore quidam accuſabant, iure & cum laude feciſſe ait. Denique motus reipublicæ vitandos iudicamus. ne lætitia ob depulſum tyrannum breui luxuriet vanaq; euadat, prouidendum: atq; omnia remedia ad ſanandũ Principem tentanda, priuſquam ad extremum illud & grauiſſimum perueniatur. Quod ſi omnis ſpes eſt ſublata, in periculum ſalus publica, religionis ſanctitas vocatur: quis erit tam inops conſilii, qui non confiteatur tyrannidem excutere fas fore, iure, legibus, & armis? Moueat fortaſſis ad extremum, quod à Patribus concilii Conſtantienſis ſeſſione quintadecima reprobatum eſt, *Tyrannũ poſſe & debere occidi à quocumq; ſubdito non aperta vi modo, ſed etiam per inſidias, & fraude.* Verum id decretum Romano Pontifici Martino quinto probatum non inuenio, non Eugenio aut ſucceſſoribus, quorum cõſenſu conciliorum eccleſiaſticorum ſanctitas ſtat: eius præſertim quod non ſine eccleſiæ motu, tricipiti Pontificũ diſſidio de ſummo pontificatu contendentium celebratum fuiſſe ſcimus. Et erat Patribus propoſitum Huſſitarum licentiam frænare, reprobare placita exiſtimantium, quocumq; Principes crimine admiſſo, principatu cadere: poſſeq; poteſtate, quam iniuria occupabant, à quocumq; impune ſpoliari. Ac proprie Ioannis Parui Pariſienſis Theologi vanitatem improbare animus erat, Ludouici Aurelianenſis cædem à Ioanne Burgundo Lutetiæ factam, eo commento excuſantis, quaſi tyrannum opprimere fas ſit priuata auctoritate.

Quod

Quod non licet præſertim violato iuramento, vti ille fecit, neque expectata ſententia ſuperioris, ſi facultas ſuppetat videlicet: ſic enim patres loquũtur. Hæc noſtra ſententia eſt à ſyncero animo certè profecta, in qua cum falli poſſim vt humanus, ſi quis meliora attulerit, gratias habeam. Quam diſputationem verbis concludere placet Tribuni Flauij, qui conſpirationis conuictus aduerſus Domitium Neronem, interrogatusq́; cur ſacramenti ad obliuionem proceſſiſſet, *Oderam te, inquit, nec quiſquam tibi fidelior militum fuit, dum amari meruiſti. Odiſſe cœpi poſtquam parricida matris & vxoris, auriga & hiſtrio & incendiarius extitiſti.* Animum militarem & validum. auctor Tacitus libro quintodecimo.

CAPVT VII.

An liceat tyrannum veneno occidere.

HAbet mens ſcelerata, neſcio quos internos carnifices: aut ipſa ſibi conſcientia tyranni carnificina eſt, etiam ſi nullus exterius aduerſarius accedat acerbam omnem iucunditatem & vitæ licentiam eſſe, ipſa vitæ & morum prauitas facit. Quæ enim vitæ conditio & quam miſera, barbam & capillum carbonibus incenſis adurere tonſoris metu, quod Dionyſius tyrannus faciebat? Quæ voluptas erat ei qui ſerpentis in morem in arcam ſe condebat quietis & ſomni tempore, vti Clearchus Ponticus tyrannus facere conſueuit? Quis fructus imperij Argiuo Ariſtodemo: qui penſili porta ſcalis additis detractisq́; ſe abdebat in cœnaculum? An maior infelicitas eſſe poſſit quam nulli

fidere,

Digitized by Google

fidere, ne amicis quidem & familiaribus? ad quemuis ſtrepitum vmbramque pauere, quaſi tumultu concitato omniumq; animis in eum irritatis? Miſeram plane vitam, cuius ea conditio eſt vt qui occiderit, in magnam cum gratia, tum laude futurus ſit. Hoc omne genus beſtiarum & exitiale ex hominũ communitate exterminare glorioſum eſt. Enimuero membra quædam ſecantur ſi putrida ſunt, ne reliquum corpus inficiant: ſic iſta in hominis ſpecie beſtiæ immanitas, à republica tanquam à corpore amoueri debet, ferroq; exſcindi. Timeat videlicet neceſſe eſt, qui terret: neque maior ſit terror incuſſus quam metus ſuſceptus. Non tantum præſidij in viribus, armis & copiis eſt quantum periculi in inuidia populari, vnde exitium imminet. teterrimis nequitiæ atque ignauiæ ſordibus nobile portentũ cuncti ordines amouere ſatagunt: auctiſque indies odiis aut in apertam vim prorumpitur ſeditione facta, armiſque publice ſumptis (ſpiritum quem naturæ debemus patriæ reddere præclarum, quomodo non pauci tyranni perierunt aperta vi) aut maiori cautione, fraude & ex inſidiis pereunt, vno aut paucis in eius caput occulte coniuratis, ſuoque periculo reipublicæ incolumitatem redimere ſatagẽtibus. Quod ſi euaſerint, inſtar magnorum Heroum in omni vita ſuſcipiuntur: ſi ſecus accidat, grata ſuperis, grata hominibus hoſtia cadunt, nobili conatu ad omnem poſteritatis memoriam illuſtrati. Itaque aperta vi & armis poſſe occidi tyrannum, ſiue impetu in regiam facto, ſiue commiſſa pugna in confeſſo eſt. Sed & dolo atque inſidiis exceptum: quod fecit Aiod datis muneribus conuictoque diuino reſponſo propius accedens, remotis arbitris

Eglo-

Eglonem Moabitarum Regem peremit. Eſt quidē maioris virtutis & animi ſimultatem aperte exercere, palam in hoſtem reipublicæ irruere: ſed non minoris prudentiæ, fraudi & inſidiis locum captare, quod ſine motu contingat minori certe periculo publico atque priuato. Laudoque Lacedæmonū inſtitutum Marti bellorum præſidi (vti deluſa antiquitas exiſtimabat) gallo candido ſacrificantium quidem, cum collatis vexillis victoria parta erat. cum autem ex inſidiis aut aſtu hoſtes vincebantur, opimum taurum mactabant. quaſi prudentia & ratione, qua homines ſumus, hoſtes vincere, exercitium incolumem ſeruaſſe præſtantius ſit, quàm viribus & robore, quibus à beſtiis ſuperamur: multo præterea effuſo ſuorum ſanguine. Quæſtionem tamen habet, an par facultas ſit veneno herbiſque lethalibus hoſtem publicum tyrannumque (idem enim iudicium eſt) occidendi. quod ex me annis ſuperioribus Princeps quidam in Sicilia rogauit quo tempore in ea inſula Theologiæ ſcholas explicuimus. Et ſæpe factum ſcimus: neque putamus fore aliquem, qui certus perimendi, oblatam eius cædis facultatem negligens theologorum id arbitrio permittat, & ferro graſſari malit: præſertim minori periculo maiori ſpe impunitatis: quò nihil de publica lætitia minuatur hoſte peremto, conſeruatoq; auctore & architecto publicæ libertatis. Nos tamen non quid facturi ſint homines, ſed quid per naturæ leges conceſſum ſit, deſpicimus. & ſane quid intereſt ferro aut veneno perimas? præſertim conceſſa dolo & fraude agendi facultate. extantq; multa exempla antiqua & recenti memoria hoſtium peremptorum eo mortis ge-

nere. Eſt quidem difficile Principi venenum temperare, aulæ miniſterijs ſepto, præterea epulas explorare guſtu ſolito. regiæ fortunę molem arcemq́; perrumpere arduum. Sed ſi occaſio opportuna offeratur: quis erit tam acuto ingenio, tam perſpicaci, vt inter vtrumque genus mortis diſcrepare contendat? Equidem non negabo his argumentis magnam vim ineſſe: foreq́ue qui iis inducti rationibus id genus mortis approbent quaſi iuri & æquitati conſonum, ijs quæ dicta ſunt conſentaneum: ſummiſſo non modo ſicario, ſed etiam venenario tyrãnum ſeu publicum hoſtem iure opprimi. Nos tamen de noſtris moribus ſublatum videmus, quod Athenis atque Romæ frequens antiquis temporibus fuit, rerum capitalium conuictos noxio medicamento tollere. Nimirum crudele exiſtimarunt, atque à Chriſtianis moribus alienum, quantumuis flagitiis coopertũ eò adigere hominem, vt ſibi ipſi manus afferat pugione in viſcere adacto, aut lethali veneno in cibo aut potu temperato. perinde enim eſt, neque minus humanitatis legibus, iuriq́ue naturæ contrarium: quo in vitam ſuam ſæuire vetatur omnibus. Negamus ergo hoſtem, quem fraude dedimus perimi poſſe, veneno interfici iure. Quid enim refert prudenti an ignaro propinetur: cum interfector non poſſit ignorare quo mortis genere vtatur nimirum naturæ legibus contrario, ad auctorem redit ſceleris per ignorantiam commiſſi culpa. Quid Labano profuit Iacobo genero pro Rachele, quam duxerat, Liam ignaro quamuis ſubſtituiſſe? quid alijs ad innocentiam imprudentia eorum qui ipſorum fraude decepti peccarunt? Et eſt naturæ vox communis hominum

ſenſus

ſenſus vituperantiũ ſi quis in alios quãtũuis hoſtes veneno graſſetur. quo nomine Carolus Vaſconum Rex cognomento Crudelis paſſim accuſatur quaſi veneno multorũ Principũ ſaluté appetiuiſſet, ſummiſſis adeo venenarijs, Regis Galli, Ducũ Burgundi, Bituricenſiſq;, atq; Fuxenſis Comitis. Quæ ſiue vera ſiue ſimulata, ꝙ magis credere iuuat, in vulgus iactata inſanũ, quantã illi apud vtramq; genté Gallos atq; Hiſpanos inuidiã conflarunt, quantã infamiam? Apud ſcriptores Romanos reperio Tiberio imperitãte lectas in ſenatu litteras Adgãdeſtrij Principis Chattorum, quibus morté Arminij hoſtis ꝓmittebat, ſi patrãdę neci venenũ mitteretur: reſpõſumq;, nõ fraude neq; occultis artibus, ſed palã & armatum populũ Rom. hoſtes ſuos vlciſci. In quo gloriã priſci tẽporis æquarũt, cũ venenũ in Pyrrhũ Regẽ vetuerũt, ꝓdiderũtq;. Tacit⁹ auctor. Ergo me auctore neq; noxiũ medicamentũ hoſti detur, neq; lethale venenũ in cibo & potu tẽpetur in eius pniciẽ. Hoc tamẽ tẽperamẽto vti in hac qdẽ diſputatione licebit, ſi nõ ipſe q pimitur venenũ haurire cogitur, quo intimis medullis cõcepto peat: ſed exterius ab alio adhibeatur nihil adiuuãte eo q perimẽdus eſt. nimirũ cùm tanta vis eſt veneni, vt ſella eo aut veſte delibuta vim interficiẽdi habeat. Qua arte à Mauris Regibus inuenio ſæpe alios Principes miſſis donis veſte pretioſa, linteis, armis, ephippiis fuiſſe oppreſſos: famaq; frequẽti vulgatũ eſt Henrico Caſtellę Regi Valetudinario, malo fuiſſe ocreas elegantes à duce quodã Mauro dono oblatas. Ex quo enim eas induit, pedibus veneno infectis ſcilicet, ad finẽ vitæ aduerſa valetudine afflictus eſt. Sic à Phutenſi Rege veſtis miſſa purpura auroque rigens Iucepho Granatæ Regi, intra trigeſimum diẽ

necem attulit. fides confirmata noxio veneno veſtem eam fuiſſe infectam, cùm membra præ ſanie dilapſa carne diffluerent. Quod Mahomadi Guidixenti ſcilicet, Regi Granatenſi, tempore Henrici tertij Caſtellæ Regis contigiſſe fama tenuit: interula medicata periiſſe. Ferdinandus Garſia abiurata ſuperſtitione Maurica noſter omnia hæc ad Ferdinandū Principem conſcripſit, eum qui poſtmodum Aragonius Rex fuit, litteris admonens in donis Mauricis magni pretij à Iucepho Granatenſi Rege ad eū miſſis, caueret inſidias, metueret Mauros ſpecie amicitiæ plerumque fallaces. Male faciunt profectò qui ſpecie beneuolentiæ fallunt, perniciemque comparant nullo maleficio prouocati, aut poſt inimicitias reconciliata gratia, fœdere ſyncere facto. Sed tyrannus tamen ciues niſi mutanti reconciliatos ſperare non debet, metuere etiam ferentes dona: in eius vitam graſſari quacunque arte conceſſum, ne cogatur tantum ſciens aut imprudens ſibi conſcire mortem: quod eſſe nefas iudicamus veneno in potu aut cibo quod hauriat qui perimendus eſt, aut ſimili alia re temperato. de quo erat ſuſcepta diſputatio.

CAPVT IIX.

Reipublicæ an Regis maior poteſtas ſit.

GRauis diſputatio ſequitur multiplex, impedita: eo maioris laboris & moleſtiæ, ꝙ nullis veſtigiis tritam ingredimur viam. Ea eſt, Regis ne maior auctoritas ſit, quàm vniuerſæ reipublicæ cui præficitur. Locus lubricus & periculum ne aſſentari Principibus voluiſſe, aut offendere non eſſe veritos

ritos videamur, eos penes quos vitæ & necis poteſtas eſt: pari vtrumq; vitio pro alterutra parte ſententia pronunciata, exigua ſpes proficiendi. Frangas enim citius quàm corrigas quæ tempore induruerunt. næuos noſtros & cicatrices amamus, amareque alios cupimus. Leuis animi & ambitioſi alterum eſſet: in altero nota temeritatis & dementiæ. Tentandum eſt tamen, quoniam nulla re grauius in rempublicam peccatur, quàm agenda minuendáue Principis auctoritate. Maximam quidem partem conſtituenda republica, legibus promulgandis quaſi ſuo iure fortuna ſibi vendicat: populus ſæpe non delectu aliquo & ſapientia ducitur, ſed impetu animorum & quadam temeritate. quo circa ſapientes ea quę populus feciſſet ferenda, non ſæpe laudanda, iudicarunt. Me tamen auctore, quando Regia poteſtas, ſi legitima eſt, à ciuibus ortum habet, iis cōcedentibus primi Reges in quaque republica in rerum faſtigio collocati ſunt: eam legibus & ſanctionibus circumſcribent ne ſeſe nimia efferat, luxuriet in ſubditorum perniciem, degeneretque in tyrannidem Quod inter Græcos olim Lacedæmones fecerunt Regi tantummodo dantes belli curam, atque ſacrorum procurationē. auctor Ariſtoteles. Idem recentiori memoria in Hiſpania Aragonij præſtiterunt, ſtudio tuendæ libertatis acres & incitati, neque ignari à paruis ini ijs multum imminui iura libertatis. Medium itaque magiſtratum crearunt, tribunitiæ poteſtatis ad inſtar (vulgò hoc tempore Aragoniæ Iuſtitia dicitur) qui legibus, auctoritate & populi ſtudiis armatus regiam poteſtatem certis hactenus finibus incluſam tenuit. ac proceribus præſertim erat datum vt

fraudi non eſſet, ſi quando inter ſe conſilio communicato per cauſam tuendarum legum, defendendæ libertatis, inſcio Rege conuentus haberent. In iis gentibus & ſi quæ ſunt ſimiles, maiorem reipublicæ quam Regum auctoritatem eſſe nemo dubitabit. alioqui quomodo niſi maior eſſet, frænare eorum potentiam poſſet, obſiſtere voluntati? In aliis prouinciis, vbi minor populi auctoritas eſt, Regum maior: an idem iudicium ſit, & an rebus communibus id expediat, conſiderandum eſt. Plerique omnes Regem rectorem reipublicæ & caput eſſe concedunt, rebus gerendis ſupremam & maximam auctoritatem habere, ſiue bellum hoſtibus indicendum ſit, ſiue iura ſubditis in pace danda. neque dubitant maiorem vnius quàm ſingulorum tum ciuium tum populorum imperandi poteſtatē eſſe. Ijdem tamen ſi reſpublica vniuerſa aut qui eius partes gerunt, viri primarij ex omnibus ordinibus delecti in vnum locum ſententiamq; conueniant, negant pari iubendi auctoritate Regem fore. Quod experimento comprobatur in Hiſpania, vectigalia imperare Regem non poſſe populo diſſentiente. Vtetur quidem ille arte, præmia ciuibus oſtentabit, nonnunquam terrores pertrahendis cæteris in ſuam ſententiam: ſolicitabit verbis, ſpe, promiſſis (quod an recte fiat non diſputamus) ſed ſi reſtiterint tamen, eorum potius iudicio quàm Regis voluntati ſtabitur. Idem de legum ſanctione iudicium eſto: quæ auctore Auguſtino. d. quarta c. in iſtis, tunc inſtituuntur cum promulgatur, firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Neque aliud fortaſſis ſentiendum, cum ſucceſſor ordinum ſacramento deſignandus eſt: præſertim ſi nulla

nulla Principis prole, nulliſq; cognatis, ex alia familia ſumendus ſit, ciuium eæ partes erunt, non Principis tantum. Præterea Regem prauis moribus rempublicam vexantem, atque in apertam tyrannidem degenerantem comprimere eadem reſpublica quî poſſet, principatu & vita, ſi op⁹ ſit, ſpoliare, niſi maiori poteſtate penes ſe retenta, cũ Regi ſuas partes delegauit? Neq; ſit veriſimile ſua ſe ciues vniuerſos penitus auctoritate ſpoliare voluiſſe, transferre in alium ſine exceptione, ſine conſilio, rationeque: quod neceſſe non erat, effeciſſe, vt Princeps corruptioni obnoxius & prauitati, maiorem vniuerſis haberet poteſtatem: fœtus parente, riuus origine eſſet præſtantior. Et quis ſentiat reipublicæ cui maiores vires ſunt, maioreſque copiæ quam Principis quantauis poteſtate nitatur, nõ etiam maiorem ſi diſſentiat, auctoritatem fore. Video tamen non deeſſe viros eruditionis opinione præſtantes, qui ſecus ſtatuant: Regem non ſingulis modo ciuibus, ſed etiam vniuerſis maiorẽ eſſe, *his* argumentis. Quoniam alioqui regius principatus popularis potius eſſet: quando ſumma rerum penes multos atq; adeò penes omnes ciues manet. Quod ea ſententia ſuſcepta, liceret à Regis ſententia ad rempublicam prouocare. quæ libertas ſi ſuſcipitur, magna eſſet rerum omnium confuſio, magna iudiciorum perturbatio. neque eſt exiſtimandum minorem habere Regem in prouincia poteſtatem, quam habeat paterfamilias in domo, Regis ad inſtar vniuerſæ familiæ præpoſitus, vt Ariſtoteles ait. Idem ſentiendum de ſingulis regulis ſi cum ſubditis ſibi populis comparentur: de Epiſcopis nõ ſingulis in diœceſi, ſed vniuerſis præſtare au-

ctoritate, viribus, maieſtate. licetque multis exemplis aliis rem hanc illuſtrare quamlibet copioſe: ſed genus ipſum apparet. Præterea cùm negare nemo poſſit, quin reſpublica ſupremam & maximam poteſtatem poſſit ſine exceptione Principi deferre: quid prohibet id factum concedere, quo maior eſſet auctoritas imperandi, maior populis obſequij neceſſitas, minor rebellandi facultas: qua re ſalus omnium & tranquillitas publica continetur? Maieſtas imperii quid aliud quam ſalutis vniuerſorum tutela eſt? Sic diſputant qui regiam poteſtatem amplificare volunt: neque vllis finibus circumſcribi permittunt. Eſt autem perſpicuum, id inſtitutum in quibuſdam gentibus vigere, vbi nullus eſt publicus conſenſus, numquam populus aut proceres de republica deliberaturi conueniunt: obtemperandi tantum neceſſitas vrget, ſiue æquum ſiue iniquũ Regis imperium ſit. poteſtas nimia proculdubio, proximeque ad tyrannidem vergens, qualem inter gentes barbaras vigere Ariſtoteles affirmatum reliquit. Nec mirum cum robore corporis ſine conſilio, ſine prudentia ad ſeruitutem nati ſint quidam: Principum imperium quamuis graue volentes nolentes ferunt. Nos hoc loco non de barbaris, ſed de principatu qui in noſtra gente viget & vigere æquũ eſt, deque optima & ſaluberrima imperandi forma diſputamus. Ac primùm libenter dabo, regiam poteſtatem ſupremã in regno eſſe iis rebus omnibus, quæ more gentis, inſtituto, ac certa lege Principis arbitrio ſunt permiſſæ: ſiue bellum gerendũ ſit, ſiue ius dicendum ſubditis, ſiue duces magiſtratuſque creandi: maiorem nõ ſingulis modo, ſed vniuerſis habebit poteſtatem, nullo qui reſiſtat aut facti ra-

cti rationem exigat. Quod moribus populorum ferme omnium fixum videmus, ne à Rege conſtituta retractare cuiquam liceat, aut de illis diſceptare. Credam tamen, in diuerſo quamuis genere, maiorem reipublicæ quàm Principis eſſe auctoritatē, modo vniuerſæ in vnam conſpirantis ſententiam. Certè ad tributa imperanda, abrogandasue leges, ac præſertim quæ de ſucceſſione in regno ſunt, mutandas, reſiſtente multitudine impar vnius Principis auctoritas ſit, & ſi quæ alia gentis moribus vniuerſitati reſeruata haudquaquam Principis in arbitrio poſita ſunt. Poſtremo, quod caput eſt, Principis malo coercendi poteſtatem in republica reſidere: ſi vitiis & improbitate infectus ſit, ignoranſque verum iter gloriæ, metui à ciuibus quàm amari malit: metuque pauentibus & perculſis imperare, iniuriam facere pergat factus tyrannus. Appellatio ad rempublicam ſublata eſt (quod tamen ius ab Aragoniis retinetur) duplici de cauſa. quod Regis ſuprema poteſtas ſit priuatis litibus dijudicandis: ratioque excogitanda erat, ſceleribus vindicandis, finiendis litibus. ne ſine modo immenſum progrederentur. Quis vero populare imperium effici dicat republica prælata, cùm ad res gerendas nulla poteſtas populo relicta ſit, nulla proceribus? De patrefamilias, regulis, Epiſcopis laborare non attinet. de primo, quoniam ſubditis vt ſeruis principatu deſpotico præeſt. Rex ciuibus ciuili atque libero principatu. duos alios ſubditis præferre vniuerſis nihil impedit, cùm maior poteſtas in republica, nempe Regis aut Pontificis Romani ſit: qua, ſi quid illi peccauerint, meliori cenſura corrigatur. Regem ſanare quis poſſet, ſi reſpublica penitus in ordinem

tedigatur. Et quoniam de Romano Pontifice mẽtio incidit, ne eius quidem auctoritas quamuis diuinæ proxima (quo alii argumento vtuntur) moueat, vt Regibus in vniuerſam rempublicã auctoritas maxima ſine exceptione detur, multi enim viri prudentes & graues eruditione maxima, Pontifices Romanos eccleſiæ vniuerſæ ſubijciunt in conuentu generali de religione & moribus deliberanti certe, iure aut iniuria non diſputo, ſed ſubijciunt tamen, regię poteſtatis adinſtar. qui ſecus faciunt & iudicant, pontificiam poteſtatem vniuerſis præferentes, eorum ſententia cum è regię poteſtatis conditione impugnatur reip. ſubiectę, facto diſcrimine euadunt: regiam poteſtatem à republica ortam illi iure ſubdi: pontificiam Deo, quem vnum auctorẽ habet à Chriſto, dum eſſet in terris, Petro & ſucceſſoribus delegata ſacra iuriſdictione in totum orbem terrarum: ſiue mores populorum caſtigandi ſint, ſiue ſtatuendum quid de religione rebusq; diuinis ſentiamus. Ex qua reſponſione efficitur plane in Pontificum auctoritate diſſidentes in regia conſpirare, minorem reip. poteſtate eſſe. Quod ſi pergas curioſe rogare, ſit ne in arbitrio reip. plenam ſine exceptione poteſtatem, de qua diſceptatio eſt, ſibi auferre, Principi dare? Equidem nõ magnopere contendam, neque in magno ponam diſcrimine vtrouis modo ſentiatur: modo illud concedatur imprudenter facturam rempubl. ſi dederit: Principem temerarie accepturũ, per quod ſubditi è liberis ſerui euadant, principatus ad ſalutẽ datus, degeneret in tyrannidem. Qui tum demum regius eſt, ſi intra modeſtiæ & mediocritatis fines ſe contineat, exceſſu poteſtatis, quam imprudentes in dies augere

augere ſatagunt, minuitur penitusq; corrumpitur. Nos ſtulti maioris potentiæ ſpecie decepti dilabimur in contrarium, nõ ſatis conſiderantes eam demum tutam eſſe potentiam, quæ viribus modum imponit. Neque enim in diuitiis, quo amplius augẽtur, eo locupletiores euadimus, ita in regio principatu contingit, ſed contrarium. cum Princeps volentibus debeat imperare, ciuium beneuolentiam colligere, eorum commodis ſeruire: imperio exacerbato & Regis beneuolentiam exuet, & poteſtatẽ imbecillitate mutabit. Recte & ſapienter Theopompus Lacedæmonum Rex recens ad frænandã Regum licentiã Ephoris conſtitutis in ea vrbe Tribunorum adinſtar, domum inter populi plauſus reductus vxori conuito expoſtulanti, dicentique, *Tuo facto imminutum imperium filiis relinques: Minus, inquit, ſed magis ſtabile.* Principes enim felicitati frænos imponentes ſe, illam, ſubditos facilius regunt, obliti humanitatis & modeſtiæ, quo altius conſcẽdunt, grauiori caſu præcipitant. Hoc maiores noſtri prouidentes viri prudentes periculum, vt Reges continerent intra modeſtiæ & mediocritatis fines, ne ſe nimia poteſtate efferrent, vnde publica pernicies exiſteret, multa ſapienter ſanxerunt atque præclare. In his quam prudenter, quod nihil maioris rei ſine voluntate procerum & populi ſanctum eſſe voluerunt: eoque conſilio delectos ex omnib. ordinibus ad conuentus regni, Pontifices tota ditione, proceres, & procuratores ciuitatum euocare moris erat. ꝙ hoc tempore in Aragonia alijsq; prouincijs retentũ, vellem noſtri Principes reponerent. Cur n. maiori ex parte antiquatum in noſtra gente eſt excluſis procerib. & Epiſcopis, niſi vt ſublato cõmuni

con-

ſitmiſſimum ea patte Mauricæ ditionis propugnaculum. Pecunia in ſtipendium non erat, eoq; commeatus inopia. Rex Burgos feſtinat. In gentis conuentibus petit, vt quoniam populus vectigalibus feſſus eſſet, bello ſuſtentando ingenua conditione homines per capita quinos marauedinos aureos in regium ætarium inferrent. Delendi nominis Maurici opportunitatem non eſſe prætermittendam. Auctor conſilij Dieghus Harus Cantabriæ regulus. ijs conatibus Petrus Laræ Comes obſiſtit: contractataque nobiliũ manu è conuentu diſcedit armis tueri paratus partam armis & virtute à maioribus immunitatem: neque paſſurum affirmans nobilitatis opptimendæ atq; nouis vectigalibus vexandæ ab eo aditu initium fieri. Mauros opprimere non eſſe tanti, vt grauiori ſeruitute rẽp. implicati ſinant. Rex periculo permotus ab ea cogitatione deſtitit. Petrum nobiles conſilio communicato quotannis conuiuio accipere decreuerunt, ipſum & poſteros, nauatæ operæ mercedem, rei geſtę bonæ poſteritati monimentum, documentumq;, ne quauis occaſione ius libertatis imminui patiantur. Sit ergo fixum reip. ſaluti conſulere, Principum auctoritati, qui regium principatum in ordine retinent certis finibus cancellisque deſcriptum: labefactare vtraque quicunq; ſine modo volunt efferri vaniloqui, aſſentatores, fallaces: quorum in aulis Principum magnus numerus viſitur, opibus, gratia & auctoritate pollens. Quæ peſtis ſemper accuſabitur, & ſemper erit.

Capvt IX.

Princeps non eſt ſolutus legibus.

Magna

MAgna atque excellenti Principes poteſtate intra modeſtię fines continere ardua res eſt: ſuadere difficile, ne bonorum affluentia corrupti & vanis aulicorum ſermonibus inflati, ad dignitatis ſuæ ſtatum, maieſtatis amplificationem pertinere putent augere opes & potentiam, neque imperio cuiuſquam obnoxios ſe eſſe videri. Cum contra res habeat. nihil enim regias opes magis confirmat quam modeſtia: ſi fixum fuerit animo atque intimis medullis impreſſum, ita Principes imperare vt ſeruiant, conſiliorum & vitæ poſituri rationem, primum Deo, cuius nutu ſola terrarum gubernantur, imperia ſtabiliuntur caduntque: deinde pudori atque honeſtati: quibus bonis & diuinum præſidiũ promeremur, & hominum beneuolentia conciliatur iis, penes quos rerum arbitrium eſt. populari etiam ciuium opinioni ſeruiendum eſt, ac frequenter cogitandum, quia fama poſt ſexcentos nempe annos locutura ſit. & eſt magni animi ſecundum cœleſtia ad immortalitatem nominis aſpirare. Cõtemptu famæ contemnuntur virtutes: optimaque ingenia altiſſima cupiunt: humili homines animo, quia diffidunt, præſentibus contenti de futuro nõ curant. Quod intelligentes primi mortales, Principes fato functos, quorum præclara in remp. merita extabant, cœlo adſcribere ſoliti erant, dicare tẽplis. ſtulte, inquis, & inaniter. quis id negat? præſertim cum id inſtitutũ non ab inſano initio ſuſceptũ in eã amentiã degenerarit, vt perditis luxu & vitijs Principib. diuinitatem ẽt darent mortuis, viuentib. ſed in ea tñ prauitate ſatis elucet, ad excitãdos ad virtutẽ poſteros, laudes priorũ valere multũ: amore famę virtutes ali, æquitatis ſtudiũ. Poſtremo ſit Principi per-

perſuaſum, leges ſacroſanctas, quibus publica ſalus ſtat, tum demum fore ſtabiles, ſi ſuo ipſe eas exemplo ſanciat. Ita ergo vitam inſtituat, vt neque quemquã alium plus legibus valere patiatur. Cùm enim fas iusque legibus contineatur in omni vitæ parte, qui leges violat ab æquitate diſcedat, & à probitate neceſſe eſt. quod nulli conceditur, Regi multo minus: cuius cura & poteſtas æquitate ſancienda, vindicanda prauitate conſumitur: eoque curæ imperandi & cogitationes referendæ ſunt. Licebit quidem Regibus, rebus exigentibus, nouas leges rogare, interpretari veteres atque emollire: ſupplere ſi quis euentus lege comprehenſus non eſt. pro ſuo tamen arbitratu leges inuertere, ad ſuam libidinem & cõmodum referre quæ agit omnia, nulla moris patrij inſtitutorumúe reuerentia, proprium tyrannorum eſſe vitium credat: neq; in legitimos Principes cadere ita ſe gerere, vt legibus ſolutam poteſtatem obtinere & exercere videantur. Iam quantum illud eſt, ſubditos velle obſequentes habere, probitate conſpicuos: ipſum vitæ licentia impudicitiam improbitatemq; ſancire: credunt enim homines magis exemplis quàm legibus, & genus obſequii putatur Principum ſtudia imitari, ſiue praua illa ſint, ſiue ſalutaria. Ineptus Princeps qui edicta ſua, maiorum leges verbis figit modo, vitiorum licentia deſtruit, funditusque conuellit. Quid vero quod Princeps non maiorem poteſtatem habet quam vniuerſus populus, ſi principatus popularis eſſet, aut quam viri primarii, ſi poteſtas vniuerſa ad eos eſſet deuoluta: quam principatus formam Ariſtocratiam Græci dixere. non ergo ſe magis liberum putet à ſuis legibus, quam ſinguli populares

aut

aut proceres ab iis eſſent exempti, quas pro iure arreptæ poteſtatis ipſi ſanxiſſent. Præſertim cum plures leges non à Principe latæ ſint, ſed vniuerſæ reip. voluntate conſtitutæ: cuius maior auctoritas iubendi vetandiq; eſt maius imperium quam Principis, ſi vera ſunt quæ ſuperiori diſputatione poſuimus. Atque iis legibus non modo obedire Princeps debet, ſed neque eas mutare licebit, niſi vniuerſitatis conſenſu certaque ſententia. quales ſunt leges de ſucceſſione inter Principes, de vectigalibus, de religionis forma. Non ſe Zaleucus Locrenſis, non Charondas Tyrius legibus ſolutos putabant. quorum prior quidem adulterio à filio patrato, remittentibus quamuis pœnam ciuibus, qua adulteri luminibus priuabantur, ſuo prius, deinde filij oculo eruto, nobili temperamento humanitati & procerib. ſatisfaciens, legum auctoritatem ſanxit. Charondas autem cùm legem tuliſſet, ne quis cum ferro in conuentum ingrederetur, cùmque ex agro veniens repentè concione aduocata gladium non depoſuiſſet, legis admonitus in diſtrictum ferrum incubuit. His præceptis & exemplis imbutus Princeps, omnibus præſtet probitatis & modeſtiæ ſpecimen: & quam à ſubditis obedientiam exigit, legibus ipſe exhibeat: patriæ mores amet & inſtituta: haudquaquam in externos ritus & inſolentes degeneret. patrio cultu, veſtituq; & vocibus delectetur: quod eſt regiæ grauitatis & conſtantiæ. deinde amoris in patriam certiſſimum argumentum: neque ſibi licere quidquam putet, quod ſi populares imitarentur, legum & patriæ conſequeretur interitus. Aulicorum voces certiſſimam peſtem arbitretur, qui placendi ſtudio Regem prædicant le-

gibus & patria maiorem poteſtatem habere: quæcumque publice &priuatim à ſubditis poſſidentur vnum eorum dominum eſſe: ex eius arbitratu pendere vniuerſa,in eoq; ius omne verſari, vt Principis voluntati ſeruiatur. Quod Thraſymachus Chalcedonius affirmabat Principum vtilitate & libidine, ius æquitatemq; definiens. Magorum pudendam vanitatem auerſetur, eorum qui Cambyſi Perſæ ſororē,quam perdite amabat,ſibi connubio iungere volenti,quærentiq; ex eis, vtrum legibus id facere liceret: negarunt primum communi apud Perſas eſſe iure conceſſum : extare tamen legem quæ decerneret, Regibus licere quicquid liberet: ea lege matrimonij illius licentiam Regi permitti,quę erat aliis omnino pręciſa.O homines ad ſeruitutem natos. Ne Anaxarchum quidem audiat, Alexandrū, cum interfecto Clito in ſummo luctu iaceret, his verbis erigentem. Num ignoras ô Rex, Themim atque iuſtitiam aſſidere Ioui, vt quidquid illi cordi fuerit,confeſtim ſanciant.nimirum Regibus,interpretabatur, ius & fas eſſe quod facere collibuiſſet. neque alio Romanus ſenatus populusque reſpexit, cum Auguſtum decreto ſanciuit legibus ſolutum fore. Nam armis & potentia Cæſaris oppreſſa reſp. nihil aliud quàm timere, diſſimulare, aſſentari valens, quid nimirū ſi omnis multitudo inſolito metu preſſa in vnius adulationem conceſſit ? Sed ita tamen legibus Principem ſoluit, vt eodem decreto tyrannum eſſe decerneret. Fuit ille quidem natura clemens atq; benignus:qui tamen tyrannum fuiſſe negauerit, mente careat neceſſe eſt. Tyrannus eſt enim qui imperat inuitis, qui armis reip. libertatem opprimit, qui non populi vtilitati præcipue ſeruit,

ſed

ſed ſuum emolumentum & arrepti imperij amplificationem reſpicit : quæ in Cæſarem, Auguſtumque conuenire omnia, quis erit tam cæcus qui non intelligat? At ridiculum eſſe ais, qui opibus & potentia cæteris præſtat, eum legibus velle ſubiicere, iure exæquare alijs : nam lex æqualitatem ſancit: quid enim aliud eſt æquitas? inter eos ergo qui omni ex parte ſunt inęquales habere locum non poteſt. Quam ob cauſam Athenis ſuſceptum erat, vt viros præ cæteris excellentes exilio mulctarent, quem Oſtraciſmum dixere. Iniquum nimirum exiſtimabant legibus eos cum cæteris exæquare : exitiale reip. ſi eſſent in ea, qui plus priuatim quàm publice leges poſſent. Deinde ineptum videri ais, illigare legibus quem metu ſupplicij & iudiciorũ coercere non poſſis, arma nimirum tenentem, omnib. præſidijs ſeptum. fruſtra enim leges ſint, niſi maioris poteſtatis metu ſtabiliantur. Poſtremo multæ ſunt leges quæ ita multitudinem conſtringunt, vt in Principem non conueniant: certè quę ſumptibus modum ponunt, cultus modeſtiam, veſtium genus præſcribunt, arma detrahunt popularibus. Verum id eſt : neque ita amentes ſumus, vt Reges in faſtigio collocatos de gradu deijcere, in turbamque mittere conemur. Non ea noſtra mens eſt legibus omnibus ſine diſcrimine Principem eſſe ſubiectum, ſed quæ ſine maieſtatis ſugillatione ſeruentur, neque functionem Principis impediant : nimirum de ijs vitæ officiis latæ, quibus à populo Princeps nihil differt. vt quæ de dolo malo, de vi, de adulteriis, de vitæ modeſtia promulgantur. Faciet prudenter Princeps ſi leges ſumptuarias ſuæ vitæ exemplo ſanciat, ne ciues ad contemptum

gibus & patria maiorem poteſtatem habere: quæcumque publice & priuatim à ſubditis poſſidentur vnum eorum dominum eſſe: ex eius arbitratu pendere vniuerſa, in eoq; ius omne verſari, vt Principis voluntati ſeruiatur. Quod Thraſymachus Chalcedonius affirmabat Principum vtilitate & libidine, ius æquitatemq; definiens. Magorum pudendam vanitatem auerſetur, eorum qui Cambyſi Perſæ ſororē, quam perdite amabat, ſibi connubio iungere volenti, quærentiq; ex eis, vtrum legibus id facere liceret: negarunt primum communi apud Perſas eſſe iure conceſſum: extare tamen legem quæ decerneret, Regibus licere quicquid liberet: ea lege matrimonij illius licentiam Regi permitti, quę erat aliis omnino pręciſa. O homines ad ſeruitutem natos. Ne Anaxarchum quidem audiat, Alexandrū, cum interfecto Clito in ſummo luctu iaceret, his verbis erigentem. Num ignoras ô Rex, Themim atque iuſtitiam aſſidere Ioui, vt quidquid illi cordi fuerit, confeſtim ſanciant. nimirum Regibus, interpretabatur, ius & fas eſſe quod facere collibuiſſet. neque alio Romanus ſenatus populusque reſpexit, cum Auguſtum decreto ſanciuit legibus ſolutum fore. Nam armis & potentia Cæſaris oppreſſa reſp. nihil aliud quàm timere, diſſimulare, aſſentari valens, quid nimirū ſi omnis multitudo inſolito metu preſſa in vnius adulationem conceſſit? Sed ita tamen legibus Principem ſoluit, vt eodem decreto tyrannum eſſe decerneret. Fuit ille quidem natura clemens atq; benignus: qui tamen tyrannum fuiſſe negauerit, mente careat neceſſe eſt. Tyrannus eſt enim qui imperat inuitis, qui armis reip. libertatem opprimit, qui non populi vtilitati præcipue ſeruit,

ſed

ſed ſuum emolumentum & arrepti imperij amplificationem reſpicit : quæ in Cæſarem, Auguſtumque conuenire omnia, quis erit tam cæcus qui non intelligat? At ridiculum eſſe ais, qui opibus & potentia cæteris præſtat, eum legibus velle ſubiicere, iure exæquare alijs : nam lex æqualitatem ſancit: quid enim aliud eſt æquitas? inter eos ergo qui omni ex parte ſunt inęquales habere locum non poteſt. Quam ob cauſam Athenis ſuſceptum erat, vt viros præ cæteris excellentes exilio mulctarent, quem Oſtraciſmum dixere. Iniquum nimirum exiſtimabant legibus eos cum cæteris exæquare: exitiale reip. ſi eſſent in ea, qui plus priuatim quàm publice leges poſſent. Deinde ineptum videri ais, illigare legibus quem metu ſupplicij & iudiciorũ coercere non poſſis, arma nimirum tenentem, omnib. præſidijs ſeptum. fruſtra enim leges ſint, niſi maioris poteſtatis metu ſtabiliantur. Poſtremo multæ ſunt leges quæ ita multitudinem conſtringunt, vt in Principem non conueniant: certè quę ſumptibus modum ponunt, cultus modeſtiam, veſtium genus præſcribunt, arma detrahunt popularibus. Verum id eſt: neque ita amentes ſumus, vt Reges in faſtigio collocatos de gradu deijcere, in turbamque mittere conemur. Non ea noſtra mens eſt legibus omnibus ſine diſcrimine Principem eſſe ſubiectum, ſed quæ ſine maieſtatis ſugillatione ſeruentur, neque functionem Principis impediant: nimirum de ijs vitæ officiis latæ, quibus à populo Princeps nihil differt. vt quæ de dolo malo, de vi, de adulteriis, de vitæ modeſtia promulgantur. Faciet prudenter Princeps ſi leges ſumptuarias ſuæ vitæ exemplo ſanciat, ne ciues ad contemptum

redigatur. Et quoniam de Romano Pontifice mẽtio incidit, ne eius quidem auctoritas quamuis diuinæ proxima (quo alii argumento vtuntur) moueat, vt Regibus in vniuerſam rempublicã auctoritas maxima ſine exceptione detur, multi enim viri prudentes & graues eruditione maxima, Pontifices Romanos eccleſiæ vniuerſæ ſubijciunt in conuentu generali de religione & moribus deliberanti certe, iure aut iniuria non diſputo, ſed ſubijciunt tamen, regię poteſtatis adinſtar. qui ſecus faciunt & iudicant, pontificiam poteſtatem vniuerſis præferentes, eorum ſententia cum è regię poteſtatis conditione impugnatur reip. ſubiectę, facto diſcrimine euadunt: regiam poteſtatem à republica ortam illi iure ſubdi: pontificiam Deo, quem vnum auctorẽ habet à Chriſto, dum eſſet in terris, Petro & ſucceſſoribus delegata ſacra iuriſdictione in totum orbem terrarum: ſiue mores populorum caſtigandi ſint, ſiue ſtatuendum quid de religione rebusq; diuinis ſentiamus. Ex qua reſponſione efficitur plane in Pontificum auctoritate diſſidentes in regia conſpirare, minorem reip. poteſtate eſſe. Quod ſi pergas curioſe rogare, ſit ne in arbitrio reip. plenam ſine exceptione poteſtatem, de qua diſceptatio eſt, ſibi auferre, Principi dare? Equidem nõ magnopere contendam, neque in magno ponam diſcrimine vtrouis modo ſentiatur: modo illud concedatur imprudenter facturam rempubl. ſi dederit: Principem temerarie accepturũ, per quod ſubditi è liberis ſerui euadant, principatus ad ſalutẽ datus, degeneret in tyrannidem. Qui tum demum regius eſt, ſi intra modeſtiæ & mediocritatis fines ſe contineat, exceſſu poteſtatis, quam imprudentes in dies augere

augere ſatagunt, minuitur penitusq; corrumpitur. Nos ſtulti maioris potentiæ ſpecie decepti dilabimur in contrarium, nō ſatis conſiderantes eam demum tutam eſſe potentiam, quæ viribus modum imponit. Neque enim in diuitiis, quo amplius augētur, eo locupletiores euadimus, ita in regio principatu contingit, ſed contrarium. cum Princeps volentibus debeat imperare, ciuium beneuolentiam colligere, eorum commodis ſeruire: imperio exacerbato & Regis beneuolentiam exuet, & poteſtatē imbecillitate mutabit. Recte & ſapienter Theopompus Lacedæmonum Rex recens ad frænandā Regum licentiā Ephoris conſtitutis in ea vrbe Tribunorum adinſtar, domum inter populi plauſus reductus vxori conuito expoſtulanti, dicentique, *Tuo facto imminutum imperium filiis relinques: Minus, inquit, ſed magis ſtabile.* Principes enim felicitati frænos imponentes ſe, illam, ſubditos facilius regunt, obliti humanitatis & modeſtiæ, quo altius conſcēdunt, grauiori caſu pręcipitant. Hoc maiores noſtri prouidentes viri prudentes periculum, vt Reges continerent intra modeſtiæ & mediocritatis fines, ne ſe nimia poteſtate efferrent, vnde publica pernicies exiſteret, multa ſapienter ſanxerunt atque præclare. In his quam prudenter, quod nihil maioris rei ſine voluntate procerum & populi ſanctum eſſe voluerunt: eoque conſilio delectos ex omnib. ordinibus ad conuentus regni, Pontifices tota ditione, proceres, & procuratores ciuitatum euocare moris erat. ꝙ hoc tempore in Aragonia alijsq; prouincijs retentū, vellem noſtri Principes reponerent. Cur n. maiori ex parte antiquatum in noſtra gente eſt exclulis procerib. & Epiſcopis, niſi vt ſublato cōmuni

con-

conſenſu, quo ſalus publica continetur, Regis ad arbitrium, & ad paucorum libidinem res publicæ & priuatæ vertantur? Homines priuatos, quales procuratores vrbium ſunt, qui ſoli hac tempeſtate ſuperſunt, donis ſpeque corrumpere conqueritur populus paſſim: præſertim non iudicio delectos, ſed ſortis temeritate deſignatos, quæ noua corruptela eſt, argumentum reip. perturbatæ. quod prudentiores dolent, mutire nemo audet. Sed rebus tranquillis de tempeſtate cogitandum, ne incautos procella opprimat. vt mirum non ſit conuulſis tantis reipubl. præſidiis gemere prouinciales: multas calamitates & graues quaſi facto agmine indies incurrere: neque amplitudini imperii ſucceſſus reſpondere bello paceq́; multis implicari malis. Deinde reip. auctoritas ne ſine viribus inanis ſit, non minori prudentia prouiſum eſt vt reipublicæ capita magnas opes magnamq́; potentiam haberent, ampla ditione data multis oppidis & arcibus, non modo regni proceribus, ſed etiam Epiſcopis & ſacerdotibus quaſi cuſtodibus publicæ ſalutis, vti reipublicæ amor & ordo ſacratus exigit: quod rerum euentus comprobauit iuſtitiæ eos cultores & religionis patriæ vindices ſæpe extitiſſe: futuros terrori ſperandum meritò, ne quis ſe audeat in publicā perniciem commouere. Errant & grauiſſime errant quicumq; viris ſacratis ſtatuūt ditiones & oppida auferenda, quaſi pondus inutile & ſacrato ordini minime conuenientem curam: non conſiderantes videlicet, ſalutem reip. conſtare non poſſe nobiliſſima eius parte debilitata: Epiſcopos non eccleſiarum modo capita ſed primas reip. partes eſſe, Principesq́;. Quod inſtitutum qui mutare contendunt,

tendunt, fundamenta omnia conuellunt libertatis, ſalutis, principatus. & credam potius, ſi ſalui eſſe velimus, addendum ad auctoritatem, ampliori ditione augendos, firmiſſimas arces credendas. Quid enim an in vno capite ſalus publica, religionis ſanctitas, cunctorum fortunæ periclitentur, inter continuos aulæ plauſus, aſſentatorum turbam, immodicas voluptates vix ſui compote, certè obnoxio periculis multis ne corrumpatur vitiis atque prauitate? An ſacrato ordine debilitato profanis hominibus, quales in aula Principis viuunt, rerũ, religionis, reipublicæ arbitriũ permittemus? Horret animus quanta impendeant mala ex hoc fonte cogitare. Sapienter Ariſtoteles vt multa, reip. non tantum maiorem auctoritatem eſſe voluit, ſed vires etiam firmiores. cuius verba ex Græcis Latina facta adſcribere placuit. *Quæſtionis & illud eſt, an habere Rex debeat circa ſe vires, quibus malo cogere inobedientes valeat, aut quo pacto exercebit imperium? Si enim habeat poteſtatem legibus conſtrictam, vt nihil ex voluntate ſua faciat, ſed ex præſcripto legum, neceſſariæ ſibi erunt vires, quibus leges tueri queat. forſan conueniat huiuſmodi Regem vires habere, ſed tantas quibus ſingulis & compluribus potentior ſit multitudine vniuerſa impotentior. Sic antiqui cuſtodias temperabant, cum aliquem ciuitati præfeciſſent, quem Aeſymnetam vocitabant, vel tyrannum. Et cum Dionyſius peteret ſatellites cuſtodiæ cauſa, quidam Syracuſanis tot eſſe cuſtodes dandos conſuluit.* Hæc Ariſtoteles. Quanta vero eſſet reipub. maiorum tempore auctoritas, quanta nobilitatis, vnius rei exemplo ſi notauero, finem faciam. Obſidebat Alfonſus Caſtellæ Rex eo nomine octauus in Celtiberis Concham locis præruptis ſitam vrbē, firmiſſi-

firmiſſimum ea parte Mauricæ ditionis propugnaculum. Pecunia in ſtipendium non erat, eoq; commeatus inopia. Rex Burgos feſtinat. In gentis conuentibus petit, vt quoniam populus vectigalibus feſſus eſſet, bello ſuſtentando ingenua conditione homines per capita quinos marauedinos aureos in regium ærarium inferrent. Delendi nominis Maurici opportunitatem non eſſe prætermittendam. Auctor conſilij Dieghus Harus Cantabriæ regulus. ijs conatibus Petrus Laræ Comes obſiſtit: contractataque nobiliũ manu è conuentu diſcedit armis tueri paratus partam armis & virtute à maioribus immunitatem: neque paſſurum affirmans nobilitatis opprimendæ atq; nouis vectigalibus vexandæ ab eo aditu initium fieri. Mauros opprimere non eſſe tanti, vt grauiori ſeruitute rép. implicari ſinant. Rex periculo permotus ab ea cogitatione deſtitit. Petrum nobiles conſilio communicato quotannis conuiuio accipere decreuerunt, ipſum & poſteros, nauatæ operæ mercedem, rei geſtę bonæ poſteritati monimentum, documentumq;, ne quauis occaſione ius libertatis imminui patiantur. Sit ergo fixum reip. ſaluti conſulere, Principum auctoritati, qui regium principatum in ordine retinent certis finibus cancellisque deſcriptum: labefactare vtraque quicunq; ſine modo volunt efferri vaniloqui, aſſentatores, fallaces: quorum in aulis Principum magnus numerus viſitur, opibus, gratia & auctoritate pollens. Quæ peſtis ſemper accuſabitur, & ſemper erit.

Capvt IX.

Princeps non eſt ſolutus legibus.

Magna

Magna atque excellenti Principes poteſtate intra modeſtię fines continere ardua res eſt: ſuadere difficile, ne bonorum affluentia corrupti & vanis aulicorum ſermonibus inflati, ad dignitatis ſuæ ſtatum, maieſtatis amplificationem pertinere putent augere opes &potentiam, neque imperio cuiuſquam obnoxios ſe eſſe videri. Cum contra res habeat. nihil enim regias opes magis confirmat quam modeſtia: ſi fixum fuerit animo atque intimis medullis impreſſum, ita Principes imperare vt ſeruiant, conſiliorum & vitæ poſituri rationem, primum Deo, cuius nutu ſola terrarum gubernantur, imperia ſtabiliuntur caduntque: deinde pudori atque honeſtati: quibus bonis & diuinum præſidiũ promeremur, & hominum beneuolentia conciliatur iis, penes quos rerum arbitrium eſt. populari etiam ciuium opinioni ſeruiendum eſt, ac frequenter cogitandum, quia fama poſt ſexcentos nempe annos locutura ſit. & eſt magni animi ſecundum cœleſtia ad immortalitatem nominis aſpirare. Cõtemptu famæ contemnuntur virtutes: optimaque ingenia altiſſima cupiunt: humili homines animo, quia diffidunt, præſentibus contenti de futuro nõ curant. Quod intelligentes primi mortales, Principes fato functos, quorum præclara in remp. merita extabant, cœlo adſcribere ſoliti erant, dicare tẽplis. ſtulte, inquis, & inaniter. quis id negat? præſertim cum id inſtitutũ non ab inſano initio ſuſceptũ in eã amentiã degenerarit, vt perditis luxu & vitijs Principib. diuinitatem ẽt darent mortuis, viuentib. ſed in ea tñ prauitate ſatis elucet, ad exciãdos ad virtutẽ poſteros, laudes priorũ valere multũ: amore famę virtutes ali, æquitatis ſtudiũ. Poſtremo ſit Principi per-

perſuaſum, leges ſacroſanctas, quibus publica ſalus ſtat, tum demum fore ſtabiles, ſi ſuo ipſe eas exemplo ſanciat. Ita ergo vitam inſtituat, vt neque quemquã alium plus legibus valere patiatur. Cùm enim fas iusque legibus contineatur in omni vitæ parte, qui leges violat ab æquitate diſcedat, & à probitate neceſſe eſt. quod nulli conceditur, Regi multo minus: cuius cura & poteſtas æquitate ſancienda, vindicanda prauitate conſumitur: eoque curæ imperandi & cogitationes referendæ ſunt. Licebit quidem Regibus, rebus exigentibus, nouas leges rogare, interpretari veteres atque emollire: ſupplere ſi quis euentus lege comprehenſus non eſt. pro ſuo tamen arbitratu leges inuertere, ad ſuam libidinem & cõmodum referre quæ agit omnia, nulla moris patrij inſtitutorumúe reuerentia, proprium tyrannorum eſſe vitium credat: neq; in legitimos Principes cadere ita ſe gerere, vt legibus ſolutam poteſtatem obtinere & exercere videantur. Iam quantum illud eſt, ſubditos velle obſequentes habere, probitate conſpicuos: ipſum vitæ licentia impudicitiam improbitatemq; ſancire: credunt enim homines magis exemplis quàm legibus, & genus obſequii putatur Principum ſtudia imitari, ſiue praua illa ſint, ſiue ſalutaria. Ineptus Princeps qui edicta ſua, maiorum leges verbis figit modo, vitiorum licentia deſtruit, funditusque conuellit. Quid vero quod Princeps non maiorem poteſtatem habet quam vniuerſus populus, ſi principatus popularis eſſet, aut quam viri primarii, ſi poteſtas vniuerſa ad eos eſſet deuoluta: quam principatus formam Ariſtocratiam Græci dixere. non ergo ſe magis liberum putet à ſuis legibus, quam ſinguli populares

aut

aut proceres ab iis eſſent exempti, quas pro iure ar-
reptæ poteſtatis ipſi ſanxiſſent. Præſertim cum plu-
res leges non à Principe latæ ſint, ſed vniuerſæ reip.
voluntate conſtitutæ: cuius maior auctoritas iu-
bendi vetandiq́; eſt maius imperium quam Princi-
pis, ſi vera ſunt quæ ſuperiori diſputatione poſui-
mus. Atque iis legibus non modo obedire Prin-
ceps debet, ſed neque eas mutare licebit, niſi vni-
uerſitatis conſenſu certaque ſententia. quales ſunt
leges de ſucceſſione inter Principes, de vectigali-
bus, de religionis forma. Non ſe Zaleucus Locren-
ſis, non Charondas Tyrius legibus ſolutos puta-
bant. quorum prior quidem adulterio à filio patra-
to, remittentibus quamuis pœnam ciuibus, qua a-
dulteri luminibus priuabantur, ſuo prius, deinde fi-
lij oculo eruto, nobili temperamento humanitati
& procerib. ſatisfaciens, legum auctoritatem ſan-
xit. Charondas autem cùm legem tuliſſet, ne quis
cum ferro in conuentum ingrederetur, cùmque ex
agro veniens repentè concione aduocata gladium
non depoſuiſſet, legis admonitus in diſtrictum fer-
rum incubuit. His præceptis & exemplis imbutus
Princeps, omnibus præſtet probitatis & modeſtiæ
ſpecimen: & quam à ſubditis obedientiam exigit,
legibus ipſe exhibeat: patriæ mores amet & inſti-
tuta: haudquaquam in externos ritus & inſolentes
degeneret. patrio cultu, veſtituq́; & vocibus dele-
ctetur: quod eſt regiæ grauitatis & conſtantiæ. de-
inde amoris in patriam certiſſimum argumentum:
neque ſibi licere quidquam putet, quod ſi popula-
res imitarentur, legum & patriæ conſequeretur in-
teritus. Aulicorum voces certiſſimam peſtem ar-
bitretur, qui placendi ſtudio Regem prædicant le-

gibus & patria maiorem poteſtatem habere: quæcumque publice & priuatim à ſubditis poſſidentur vnum eorum dominum eſſe: ex eius arbitratu pendere vniuerſa, in eoq; ius omne verſari, vt Principis voluntati ſeruiatur. Quod Thraſymachus Chalcedonius affirmabat Principum vtilitate & libidine, ius æquitatemq; definiens. Magorum pudendam vanitatem auerſetur, eorum qui Cambyſi Perſæ ſororẽ, quam perdite amabat, ſibi connubio iungere volenti, quærentiq; ex eis, vtrum legibus id facere liceret: negarunt primum communi apud Perſas eſſe iure conceſſum: extare tamen legem quæ decerneret, Regibus licere quicquid liberet: ea lege matrimonij illius licentiam Regi permitti, quę erat aliis omnino pręciſa. O homines ad ſeruitutem natos. Ne Anaxarchum quidem audiat, Alexandrũ, cum interfecto Clito in ſummo luctu iaceret, his verbis erigentem. Num ignoras ô Rex, Themim atque iuſtitiam aſſidere Ioui, vt quidquid illi cordi fuerit, confeſtim ſanciant. nimirum Regibus, interpretabatur, ius & fas eſſe quod facere collibuiſſet. neque alio Romanus ſenatus populusque reſpexit, cum Auguſtum decreto ſanciuit legibus ſolutum fore. Nam armis & potentia Cæſaris oppreſſa reſp. nihil aliud quàm timere, diſſimulare, aſſentari valens, quid nimirũ ſi omnis multitudo inſolito metu preſſa in vnius adulationem conceſſit? Sed ita tamen legibus Principem ſoluit, vt eodem decreto tyrannum eſſe decerneret. Fuit ille quidem natura clemens atq; benignus: qui tamen tyrannum fuiſſe negauerit, mente careat neceſſe eſt. Tyrannus eſt enim qui imperat inuitis, qui armis reip. libertatem opprimit, qui non populi vtilitati præcipue ſeruit,

ſed ſuum emolumentum & arrepti imperij amplificationem reſpicit : quæ in Cæſarem, Auguſtumque conuenire omnia, quis erit tam cæcus qui non intelligat? At ridiculum eſſe ais, qui opibus & potentia cæteris præſtat, cum legibus velle ſubiicere, iure exæquare alijs : nam lex æqualitatem ſancit: quid enim aliud eſt æquitas? inter eos ergo qui omni ex parte ſunt inęquales habere locum non poteſt. Quam ob cauſam Athenis ſuſceptum erat, vt viros præ cæteris excellentes exilio mulctarent, quem Oſtraciſmum dixere. Iniquum nimirum exiſtimabant legibus eos cum cæteris exæquare : exitiale reip. ſi eſſent in ea, qui plus priuatim quàm publice leges poſſent. Deinde ineptum videri ais, illigare legibus quem metu ſupplicij & iudiciorũ coercere non poſſis, arma nimirum tenentem, omnib. præſidijs ſeptum. fruſtra enim leges ſint, niſi maioris poteſtatis metu ſtabiliantur. Poſtremo multæ ſunt leges quæ ita multitudinem conſtringunt, vt in Principem non conueniant: certè quę ſumptibus modum ponunt, cultus modeſtiam, veſtium genus præſcribunt, arma detrahunt popularibus. Verum id eſt: neque ita amentes ſumus, vt Reges in faſtigio collocatos de gradu deijcere, in turbamque mittere conemur. Non ea noſtra mens eſt legibus omnibus ſine diſcrimine Principem eſſe ſubiectum, ſed quæ ſine maieſtatis ſugillatione ſeruentur, neque functionem Principis impediant: nimirum de ijs vitæ officiis latæ, quibus à populo Princeps nihil differt. vt quæ de dolo malo, de vi, de adulteriis, de vitæ modeſtia promulgantur. Faciet prudenter Princeps ſi leges ſumptuarias ſuæ vitæ exemplo ſanciat, ne ciues ad contemptum

aliarum legum inducat: nec ea opinio vulgò accipiatur non eſſe è dignitate legibus parere. ſi tamen eas prætermiſerit haudquaquam morabor, neq; in magna culpa ponam, modo cæteras præſtanti ſiue diuinas ſiue humanas. Omnino qui cæteris excellentior eſt, debet nihilominus ſe hominem aut reipublicæ partem arbitrari. Athenienſium inſtitutum viros Principes à republica pellentium paſſim vituperatur: quos à prima ætate præſtitiſſet aſſuefacere æquo cum cæteris iure viuere: ac meminiſſe vniuerſos, maiores, minores, medios in eadem republ. verſari, eoq; iure quodam ſocietatis conſtrictos teneri. Principem à lege non coerceri inuitum malo, ſed dirigi præcepto magni philoſophi aiunt: in qua cùm duplex vis inſit iubendi coercendique inobedientes, Principem altera tantum ex parte legi ſubiiciunt, in religionē vertentes, ſi ab eius præſcripto recedat: cæteros vtraque ex parte legi obnoxios eſſe prædicant. quæ mihi ratio nō diſplicet: fortaſſis etiam iis legibus quas reſpub. ſanxit, cuius maiorem eſſe poteſtatem quam Principis diximus, teneri Principem ſupplicioque, ſi opus erit, cogi poſſe cōcedam. nam imperio deiicere, morte plectere rebus exigentibus ſuperius eſt datum. Alioqui iis legibus, quas ipſe tulerit, ſi morem ſua ſponte gerat ſatis habeam, inuitum ne quis cogat, ſupplicioue coerceat dabo. Inculcetur tantum Principis animo à tenera ætate, ſitque perſuaſum, ipſum multo magis eſſe legibus alligatum quàm cæteros, qui eius imperio parent: graui ſe religione implicare ſi repugnet. eſſe legum cuſtodem & vindicem: quod exemplo magis faciet, quam metu, qui officij diuturnus magiſter non eſt. Si ſe legibus aſtri-

ctum

ctum profitebitur, remp. facillime gubernabit, felicemq; præſtabit, procerum inſolentiam frænabit: ne putent ad dignitatem pertinere mores patrios contemnere, legibus ſe ſolutos monſtrare. At Principis maieſtas ea modeſtia imminuetur. Imo augebitur amentia, libertate violandi leges cōceſſa. Praui, inquis, & obnoxij animi eſt vereri leges. Imo profligati atque contumacis eas deſpicere. Beatum eſt facere quæ velis. Imo miſerum velle facere quod non licet, miſerrimum poſſe facere quod inhoneſtum eſt. furor armatus ferro ſibi & aliis conciliabit peſtem. Sit ergo fixum, Principis modeſtiam qua præ ſe fert quod verum eſt, quod decet, legibus obnoxium eſſe: ipſi honeſtam, ciuibus ſalutarem fore: regni ſtatum vniuerſi valido atque firmo præſidio munire: fauſtum, felix. propriumq; vt ſit, imperium facere.

CAPVT X.

De religione nihil Princeps ſtatuat.

QVæ ſi vera ſunt, Principem neq; ſuis legibus, neque reip. ſolutum eſſe: ſacrorum ritus & cæremonias mouendi, leges eccleſiaſticas mutandi, de rebus diuinis ſtatuendi, quis illi concedat facultatem? aut quî poſſet inter omnes prouincias concordia atq; conſenſus ita conſtare, vt non aliud Germanus, aliud Hiſpanus de Deo & immortalitate ſentiat: vna ſit Franci & Itali, vna Angli & Siculi de rebus diuinis ſententia, eadem omnium mens & oratio: ſi quilibet Princeps in ſua prouincia ad ſuum aut ſuorum arbitrium reuocet, quid de religione ſentiatur? An non breui futurum credimus,

vt tot ſint de religione opiniones per orbem fuſæ, tam varij ritus ſacrorum, colorque ſacrati ordinis, quam ſunt varia hominum iudicia? Ea fuit neceſſitas vnius capitis conſtituendi, cui ſacrorum cura eſſet, cæremoniarum tutela, legumque ſacrarum: quibus alij per orbem Principes obtemperarent: cuius imperium cuncti reſpicerent, miniſtri ſacrorum maximè, hac de cauſa ab imperio aliorũ Principum liberi decreto maiorum diuinis legibus cõſentaneo. Antiquiſſimis quidem temporibus ſatis conſtat à Principibus profanis ſacra tractata: penes eoſdem reipubl. & ſacrorum curam fuiſſe. quod ex diuinis libris conſideramus, Noam, Melchiſedechum, Iobum ſacrificaſſe ſuis manibus: ſacerdotum voce proceres ſignificari. In Xenophonte videmus Cyrum Perſam mactaſſe Dijs hoſtias. Athenis atque inter Romanos ſacerdotum munere fungebantur Reges: ſublatoque Athenis Codro Rege, ſacrorum Rex eſt creatus. Romæ exactis Regibus, ſacrificijs inſtaurandis, quæ Reges factitare erant ſoliti, necubi Regum deſiderium eſſet Regem & ipſi ſacrorum ſeu ſacrificulum crearunt Pontifici tamen ſubiectum: ne additus nomini honos libertati officeret cuius prima cura erat. Quod inſtitutum etiam Romanorum Imperatorum tempore reuocatum eſt, Auguſtiſque datum vt ijdem Pontifices eſſent: recens creatis ſacerdotalis ſtola à Pontificibus mitti conſueuit, quaſi eos in collegium adoptarent. Quam primus inter Chriſtianos Imperatores Honorius Auguſtus religioni id habens ſcilicet, repudiauit: vti Zozimus eſt auctor. Multa adduci alia poſſent, quæ neceſſario ſunt reſecãda. Sed eo tamen id inſtitutum pertinebat, vt religioni

cultu

cultus in reip. & Principum patrocinio eſſet: cum magiſtratibus, ſacrorum miniſtri, coniũctiſſime viuerent, vno vtriuſq; nationis capite. Primus Moſes eo more mutato Aaroni fratri ſuo ex Dei voluntate ſacrorum procuratione delegata, ipſe ſibi regendi populi curam retinuit, neq; immerito: prouidebat enim in tanto ſacrorum apparatu, tam diligenti & multiplici cærimoniarum procuratione, vnius ne vires pares eſſent vtriq; adminiſtrationi. Quod maiori de cauſa, poſtquam ſe Chriſtus in carne monſtrauit, ſecreta vtraque poteſtate, cum Petro & ſucceſſoribus ſacrorum curam commendauit, Regib. & Principibus eam poteſtatem reliquit, quã à maioribus acceperant. non ita tamen vt ſacrorum antiſtites ac reliquos ſacerdotes, quod quidam nefarij homines ſemper accuſarunt, copijs & principatibus quaſi ineptos penitus arceret: ſi qui pleni Deo vellent eo etiam ſplendore religionis maieſtatem augere & amplificare. Quod inſtitutum in omnibus gentibus vſurpatum, quam late pertinet Chriſtianorum nomen, quis iure vituperet? Prorſus diuulſa vtraque poteſtate curandum diligenter, vt vterque ordo beneuolentia & mutuis inter ſe officijs conſtringantur. Quod commodiſſime fiat, ſi vtriſque ad vtroſque honores & procurationes ſit aditus. ſic enim coniunctis animis & ſacrati viri reipublicæ incolumitatem procurabunt, viri Principes & primarij maiori conatu in curam tuendę ſuſceptæ religionis incumbent: vnde certa ſpes oſtenditur ſe ſuosque honoribus & copijs augendi. Ergo ea prima Principi cura ſit vtrumque ordinem conciliandi, in paceque ponendi, ne malo publico diſſentiant: eoque ſtudio & ad curam reipublicæ viros

ſacratos admittet: quod video à maioribus factitatum, cùm ad regni conuentus Epiſcopi vocabantur: neque quidpiam maioris rei fixum eſſe volebant, niſi eorum conſenſu & voluntate eſſet comprobatum: quod neſcio cur noſtris temporib. antiquatum ſit. An in vnius Principis capite, tot præſertim deprauatoribus circumfuſis, reipublicæ ſalutem & religionis patriæ incolumitatem periclitari æquum ſit? An aulicorum & magiſtratuum profanorum arbitrio permittatur quid de cæremonijs, de ſacris legibus & inſtitutis ſentiatur? Apage periculum grande, quod qui non videt cæcus eſt, qui remedium adhibere nõ cupit, contemptor ſalutis publicæ atque priuatæ. Corruptis moribus reſpublica à viris ſacratis commodius, an à priuatis hominibus & profanis, quales ſunt vrbium procuratores, remedium expectabit? vtri tantis vulneribus prouidentius medeantur? Deinde ſacrati ordinis im̃unitates & iura intacta vt ſint, curare Princeps debet. Neminem ex ſacrato ordine ſupplicio quamuis merito ſubijciat. Ad templa quaſi ad aſylum confugientes conceſſa à maioribus libertate nõ ſpoliet. præſtat ſcelera impunita relinqui, quàm refigi leges ipſa vetuſtate ſacroſanctas. Ac illud conſideret, impios auſus haud impune cadere. Arcadio Imperatore ſcimus Eutropio malo fuiſſe ſuaſorem extitiſſe legis de templorũ immunitate contraria lege abrogandæ. conſilium auctori exitiale in primis: ex templo enim extractus, ad quod in ira Imperatoris quaſi ad præſidium confugerat, capite pœnas luit paulo ante beatus & magnus, Imperatoris cubiculo præfectus & conſul, qui honos eunuchorum primo habitus erat. Si qui ex ordine

ſacrato

ſacrato peſtilentes homines & nefarij extiterint, ſi templorum præſidio ad flagitia populares abutentur, Pontificibus vt remedium afferant, auctor impulſorq; ſit: ipſe haudquaquam ſua auctoritate atq; pro imperio iura ſacroſancta violabit: quæ ad augendum amplificandumq; religionis cultum atq; maieſtatē ſunt à maiorib. conſtituta pręclarè. Quo plura religioni ipſe dederit, maiora cœlo accipiet opes, honores, poteſtatem. Ad hæc ne vnquam Princeps oppida & arces templis & Epiſcopis datas auferri patiatur: ordine enim ſacrato viribus & auctoritate debilitato, quis prauorum hominum conatus retundet remp. inuertentium, religionemue habentium ludibrio, quod ſæpe contingat? ij prudentiſſime faciunt qui tranquilla republ. de tempeſtate cogitant. Finge Principem à patre in minori atque adeo imbecilla ætate relictum: qua occaſione turbulenti homines abuti ad exagitandam rempubl. conſueuere. Finge (quid enim prohibet, cùm fieri poſſit?) prauis moribus eſſe, nouis de religione opinionibus contaminatum, patria inſtituta & cæremonias mouere. Finge à proceribus coniuratione facta bellum inteſtinum excitari: an ordinem ſacratum conueniat præſidiis carere? an vero viribus, copiis & potentia augeri, qua prauitati reſiſtant, ſanctiſſimam religionem tueantur? Ego paruum quiddam inſtar eorum quæ animo concipio, præſentia mala putabam: ac vellem potius nō tantum quæ à maioribus data ſunt, Epiſcopis non auferri, ſed etiam firmiſſimas arces eorum in fidem tradi: vt quaſi iniectis compedibus prauitas & impietas atque, quæ ſe locis omnibus oſtentat, nouādi libido ne ſe commoueat, conſtricta teneatur.

Poſſunt quidem viri ſacrati deprauari, ſed id multo rarius cõtingat. & ſcimus in Germania atq; Gallia, ſi quid incolume manet in tanta licentia nouãdi, in tanta atrocitate temporis, Epiſcoporum viribus & potentiæ totum fere acceptſim ferri. In Hiſpania Alſonſo Legionenſi Rege defunčto Ferdinandum eius filium, cui vitæ ꝓbitas Sančti cognomen adiunxit, diſſentientibus proceribus atq; ad arma conſternatis, non alio præſidio quàm Epiſcoporum ſtetiſſe: quibus iniquum videbatur filium à paterna hæreditate excludi. Epiſcoporum enim partes ſunt, vti Rodericus Præſul ait, non ſacra tračtare modo, ſed etiam remp. præſtare. ſiue enim ꝙ muneris & perſonæ ratio poſtulat, æquitatem maiori ſtudio tuentur: ſiue ingraueſcente ætate, ſedatiſque animi affečtibus, minus perturbantur: ſiue quod à coniugio ſeiunčti, & de filiis haudquaquã ſoliciti, quod magnos ſæpe homines tranſuerſos egit omnem curam & ſolicitudinem ad publicam multorum ſalutem referunt. Qua de cauſa inuenio à Regibus Perſarum aliiſq; Principibus homines caſtratos ad aulæ miniſteria antiquis temporibus fuiſſe adhibitos: quoniam prole deſtitutos putabant maiori erga Principes ſuos caritate, maiori fide futuros: à qua beneuolentia ipſam eunuchi vocem deriuaſſe quidam putant. Poſtremo ſit perſuaſum, templorum, diuitias, ſiue vaſa ſint auro & argẽto grauia, ſiue annui reditus, agrorum decumæ, prædia, reipublicæ eſſe in primis ſalutares. Eſt quidem huius rei modus ſicut & reliquarum, & quædam in omni genere mediocritas: ſed eæ copiæ tamen ad augendam maieſtatem religionis, qua cõtinetur ſalus publica, continendos in officio ſacra-

tos

tos viros, non obſunt tantum, ſed etiam proſunt
quamplurimùm. Itaq; videmus vbicumq; gentiū
templorum cultus ꝓpter inopiam negligitur, vbi-
cumq; viri ſacrati anguſtia rei familiaris premun-
tur, iis in locis religionem vilem eſſe, maioriq; fœ-
ditate mores ſacrati ordinis deprauari. nam homi-
nes ſenſu ducimur, ſplendore & apparatu externo
plurimum capimur, multumq́ue perſonæ grauitas
confert, vt ſi mores inculpati non ſunt, certe ma-
iori pudore peccetur. Neque temere Deus in gen-
te Iudaica oſtro & auro redundare tabernaculum,
templumq́ue voluit, viris ſacratis agrorum decu-
mas attribuit. ne Chriſtus quidē aut Apoſtoli eum
morem vituperarunt aut antiquarunt quaſi à no-
ſtris inſtitutis abhorrentem. Præclare nobiſcum
ageretur, ſi morum ſanctitate nobis & religioni
auctoritatem conciliaremus, externo apparatu nil
opus eſſet: ſed quando tantum decus noſtra tem-
pora non recipiunt: qui templa copiis ſpoliare, tē-
plorum miniſtris diuitias detrahere contendunt, id
agunt vt maior contemptus ſit, minor modeſtia,
exiguo periculo, iactura leui, nullo pudore. Dein-
de ſacerdotum copiis magna inopum multitudo
alitur: qua potiſſimum cauſa à maioribus ſunt da-
tæ. Vellem quidem vt maiori modeſtia, & maio-
ri cum fructu conſumerentur. neque negare poſ-
ſum non paucos iis copiis abuti ad prauitatē: idem
tamen contendo, ſi cum profanis opibus conferā-
tur, multo maiorem afferre publice vtilitatem. A-
lioqui procerū ingentes reditus annuos ante ocu-
los pone: non negabis in cultū corporis ſuperua-
caneū, canes venaticos, otioſam famulorū turbā,
exiguo pręterea fructu conſumi. quod in templorū
copiis

copiis non contingit: vbi enim peſſimè inſumuntur, ibi plures aluntur pauperes, inde plura in rempubl. beneficia bello paceque exiſtunt. Conſidera mihi monaſteriorum reditus non ingentes, iis viros magno numero ali, honeſtis atq; adeo plerumque nobilibus parentibus natos: qui paruo contenti vili cultu, victuq; vitam ſuſtentare ſatis habent: vt externi pauperes mittantur, quibus iis ex opibus ſuccurritur magno ſæpenumero. Qui reditus ſi vni cuipiam profano homini darentur, miſerabile dictu eſt, quam facile exiguoq; fructu perirent, ventri & libidini ſeruientes: certe in paucos famulos filiosq; & cultum expenſi. Qui ergo templorum copias & reditus otioſos eſſe diſputant, & debere cõtendunt in meliores vſus conuerti, næ ij opinione ſua falſi magnum reipubl. malum, ſi fides habeatur, parant. & credam potius non ſubtrahendis iis diuitiis quæri ſalutem, ſed potius cura, vt ad priſtinos vſus alendosq; pauperes conuertantur. quod certè fuiſſe maioribus noſtris propoſitum nemo dubitare poterit, qui memoriam antiquitatis explicatam habuerit planeque perſpectam. Ad hæc templorum ornamenta, reditus annui, aurum argentumq; factum ſignatumque, quaſi in quodam ſacro ærario ſeruantur ad ſupremos reipublicæ caſus: cùm hoſtis bello laceſſit victoria ferox formidabiliſque, aut de religione ſanctiſſima certamen eſt, non arbitror incommodum fore, ſi ijs copiis reſpubl. ad tuendam publicam ſalutem vtatur. qui legam ſæpe aurea & argentea templorum vaſa ad redimendos captiuos conflata olim fuiſſe à viris ſanctiſſimis Ambroſio, Cyrillo Hieroſolymitano atque aliis. Ferdinando etiam Catholico recenti

memo-

memoriâ aduerſus Alfonſi Luſitani conatus & arma, Medinæ Campeſtris anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo conceſſum inuenio ordinum conſenſu, vt templorũ aurum dimidia ex parte mutuum ſumeret, rebus tranquillis integrum fide integra redditurus. Neq; enim religionis maieſtas obſcuratur detracto auro, ſed augetur potius vſu ſalutari: homines etiam vt plura certatim offerant, inuitantur, vnde vident ſubſidia certiſſima rebus aſperis conſtare. Templi Toletani ſacerdotes & reditus non alia ratione in eam amplitudinem creuerunt, qualem hodie cernimus, cui comparari nulla toto orbe poteſt, quam vſu ſalutari diuitiarum. Ac nominatim inuenio, cum in ſuprema annonæ caritate ac tãta, vt neglecto agrorum cultu oppida paſſim desererentur, Rodericus Semenus Toletanus Antiſtes ſuis opibus, aliosque ſacris concionibus adhortando, multum contuliſſet in opibus ſubleuandis: Alfonſum Caſtellæ Regem pro eo merito templum Toletanum, quoniã apud illud tanquam in publico ærario optime deponi theſauros cogitabat, noua multorum oppidorum ditione auxiſſe: Toletanum Præſulem iure perpetuo, legeq; in omne tẽpus lata regni Cancellarium fore ſanxiſſe: quo magiſtratu ſuprema & maxima auctoritas ſecundum regiam olim continebatur. Ergo neq; maieſtas minuitur neq; copiæ, ſed vſu potius ſalutari vtrumq; augetur. Ita tamen Princeps vtatur, ſi anguſtia grauiſſima ſit, neq; remediis omnibus tentatis ſuppetat aliunde ſubſidium. neque enim intactis popularibus, nobilium immunitate conſeruata, in theſauros ſacros inuolare primũ debet: quod nefas eſt. cùm Deo ſacrati

ſint,

ſint, cùm dati à maioribus, quorum mouere teſtamenta nemo debet. Quod immunes maxime ſemper ſunt habiti. an æquum ſit in eos primum inicere manus? Omnino ſi eas opes veteres domini retinerent, Princeps non contingeret: eaſdem templis datas, eaque ſanctitate munitas auferre quanta eſſet prauitas? Præterea viduarum & pupillorum ſubſidia quis audeat tamen contrectare, qui ſumptas de Heliodoro ea cauſa pœnas animo reputarit? Et erit aliquis tanta confidentia qui inuolare in ſacros theſauros inducat in animum, inopum, pupillorum, & viduarum dupliciter, eorum vſibus addictos, & quoniam templa viriq; ſacrati in pupillorum numero ſunt, quaſi aliena tutela: & præſertim Principis præſidio opus habeant. Simul ſermonis vitandi cauſa abſtinendum cenſeo, magnum rebus bene aut perperam gerendis momentum. populus enim quaſi impium auerſatur, ſi quē videt Deo ſacra contingere, ipſumque atque adeo rempubl. inexpiabili religione eo facto conſtringi putat: ſi quid aduerſi accidat, mercedem ſuſcepti ſceleris interpretatur. Qua cauſa Ferdinandus Caſtellæ Rex cognomento Sanctus, Hiſpali obſeſſa in magna atque adeo ſuprema inopia ſuadentibus quibuſdam, vti templorum donis eam inopiam leuaret, ne incepto abſcedere cogeretur cum graui dedecore nominis Chriſtiani: præciſe facturum negauit, maius ſe præſidium ponere dictitans in precibus ſacerdotum, quam in omnibus eorum copiis & auro. Modeſtiæ & pietatis merces fuit vrbs ampliſſima proximo die ad deditionis conditiones redacta. Contra Ioannem Caſtellæ Regem eo nomine primum victum ad Aliubarrotam

opinio

opinio fuit, à multo minori hoſtium numero, non alia cauſa q̃ Guadalupei templi donariis, quæ inde mouere nefas erat, in eius belli vſus conflatis. Virginem ſuas ſedes ſumpta vindicta tutatam. Accedat præterea ad inopiam Principis atq; ad Romani Pontificis voluntatem ſacrati ordinis conſenſus: ꝙ neſcio cur negligatur antiquis ſæpe temporibus vſurpatum. Sed neq; Epiſcopi debent nimium difficiles ſe exhibere: ſed pro virili parte remp. & Principem ſuis & templorum opibus iuuare. nam & in eum vſum optimè ſacratæ opes collocantur: & quantum eſt commune periculum velle alienis tãtum opibus auertere, neq; de ſuo conferre aliquid? & conſtat Ambroſij tempore templorum prædia tributum Imperatoribus Chriſtianis repræſentaſſe. Prouidendum etiam eſt, ne ipſis onus recuſantibus ad extremum illud recurratur, vt ipſorum conſenſus nõ requiratur: ipſis inuitis auferantur, quod multo grauius ſit. Illud caueri diligenter debet, ne ſubſidium ſemel cõceſſum perpetuum ſit. ſed præſenti inopia ſubleuata, periculo ꝓcurato ius ſuum & libertas eccleſiis integra ſit, diuitiæ ad alios vſus conuertantur: milite aut claſſe iuuent inſtructa ſuis ſumptibus, cõmeatum ſuppeditẽt. cõmodius id erit quam ſi pecuniam repręſentare cogantur, q̃ pace parta in alios vſus conuertat Princeps, nouamq́ue deinde imperet nouis enatis difficultatibus, neque ſit exactionis finis. Hæc mihi conſideranda Principi, conſideranda viris ſacratis videbantur atq; præſtanda. quæ ſi negligantur, næ ſero ſacratus ordo ereptam libertatem gemat, imminutas opes: fruſtra Princeps neceſſitudinem excuſet, calamitatẽ ærarij. Multi quidem graues caſus afferri poſſunt,

plena

plena eſt exemplis hiſtoria eorum Principum, quos contacti ſacri theſauri egere præcipites. mitto eos qui ſua auctoritate fecerunt, tum à noſtra religione alienos M. Craſſum, Gne. Pompeium, Antiochum, Heliodorum, Nabuchodonoſorem: tum ex noſtra gente, Vrraca Regina Alfonſi ſexti filia in limine templi quod expilarat, occiſa ruptis viſceribus, Carolus Martellus regiæ Francorum magiſter, Aſtiulphus Longobardorum Rex, Fridericus Imperator, aliiq; innumeri infelices exitus conſecuti ob occupatos eccleſiarum theſauros. Petro Aragoniæ Regi eo nomine quarto Teclam virginem alapam infregiſſe lethalem ſcilicet, ſexto poſt die morte conſecuta, fama eſt: Tarraconenſis eccleſiæ iura, quæ ille violarat, eo ſupplicio vindicata. Sanctius Aragonius Rex in templorum & ſacerdotum bona licenter inuaſerat. ærarij tenuitas ingentes bellorum ſumptus excuſare videbantur, data præterea à Gregorio ſeptimo Pontifice maximo facultas decumas & vectigalia templorum, quæ extructa recens aut Mauris erepta eſſent, pro arbitratu permutandi, inuertendi, attribuendiq; quibus mallet. Illuſtri ipſe modeſtiæ & Chriſtianæ pietatis exemplo, conceptam ex eo religionem inuidiamq; procurauit, Rotæ in Diui Victoriani ad aram D. Vincentij humillimo corporis habitu cum gemitu & lacrymis publicè veniã precatus. Affuit Raymundus Dalmatius eius vrbis Epiſcopus, cui quæ ablata fuerant omnia reponi integra fide mandauit. Et miror noſtra ætate quoſdam viros Principes, quorum exempla imitantur, templorum bonis occupatis, eius neque lacrymis moueri, neque perhorreſcere exitum. In Oſcenſi enim obſidione, dum

propius

propius muro ſuccedit, ſagitta ſub ala confixa perẽptus eſt: vir alioqui magnis animi & corporis dotibus: ſed vno eo auiditatis crimine fama minori. Populus enim infauſtæ cædis cauſam templorũ bona occupata interpretabatur. Huius tamẽ filio Petro Regi & poſteris ab Vrbano ſecundo Romano Põtifice datũ eſt, vt templorũ, quæ recens extruerẽtur aut de Mauris caperentur, decumas & reditus ipſi perciperẽt, exceptis tãtũ iis tẽplis, vbi Epiſcoporũ ſedes erant. Tanta erat cupiditas impiæ gẽtis extirpandæ, vt quid incõmodi eã indulgentia in poſterũ allatura eſſet, nõ cõſiderarẽt. Ea fretus põtificia indulgẽtia Alfonſus Petri frater Vrracæ maritus: cõſilio p̃terea Luſitani Regis, in belli ſumptus tẽplorũ theſauros occupauit, quos inde mouere religio erat. Iſidorus aliiq; Diui grauibus inflictis pœnis ac Alfonſo dotali Caſtellæ regno, vxore ac vita tandẽ ad Fragã ſpoliato, eam iniuriã vindicarũt. odiumq; populare voceſq; impiũ facinus accuſantiũ, grauia violatores manere pericula. Alfonſo Sapienti Regi tẽplorũ decumas dedit Gregorius decimus Põtifex Maximus. erepti imperij Romani ea cõpẽſatio fuit, leuis videlicet & noxia: vti rerũ euẽtus declarauit. regno ablato filij armis inops deſertuſq; deceſſit: Princeps paulo ante cũ magnis Regib. cõparandus. ac illud certe quãti eſt ꝙ regii patrimonii, præfecti regii quæſtores fatẽtur, & res ipſa docet, haudquaq̃ inopiæ ſuccurſum tẽplorũ reditibus, ſed maiori potius inopia laborari, quaſi cõtactu rerũ ſacratarum cõſumptis etiã regiis vectigalibus. Vt nõ immerito ꝙ de pennis aquilæ Plinius refert: ab iis mixtas aliarũ alitũ pennas deuorari: & de lupinis fidibus memorant alii. ſi cũ ouillis in vna chely intẽdantur eas

arrodere occulta quadã naturæ vi: idẽ credamus in re præſenti cõtigiſſe. Omnino miramur dolemusq; auctis immenſum vectigalibus regijs, ingenti gaza aduecta Indico cõmercio, nauigationib⁹ anniuerſarijs: præterea templorũ decumis magna ex parte occupatis, cunctisq; ordinib. ſub impoſito onere gemẽtibus, haud par operępretiũ exiſtere bello paceq;: grauiſſima inopia remp. premi. minoresque multo q̃ ante mari terraq; victorias exiſtere, miramur dolemusq;. Vulgus ſed & primores gentis cõtactũ rerũ ſacrarũ interpretãtur: quo vires debilitãtur, minuũtur opes alię & vectigalia. Vaſa certe Hieroſolymitani templi à Tito Veſpaſiano capta, & à Genſerico Vandalo Romę inter alia ſpolia in Africam delata, & p multas Romanorũ & Vandalorũ Principum familias vagata, omnibus poſſeſſoribus vindicatis euerſisq;, nõ ante quieuerunt, q̃ Vandalorum imperio deleto Beliſarij ductu, captoq; Gilimere poſtremo eius gentis Rege, Iuſtiniani Augusti iuſſu Hieroſolymã ſuere relata, nobiliſſimo triumpho poſt tot ætates de religionis hoſtibus, ſuisq; violatorib. parto. Verũ de regia poteſtate hacten⁹. Principẽ deinde debem⁹ p̃ceptis atq; diſciplina, lubricãq; eius ætatẽ frænare, ne delitijs luxuriet, copijs degeneret in tyrannidẽ: ſed eam potius beneuolentiã ciuibus, eam modeſtiã in omni vitæ parte exhibeat, eã legib. & religioni reuerentiã, quę Deo grata, ipſi honeſta, reipubl. vniuerſæ ſalutaris contingat. Quem omnes ament, admirentur & colãt, non quaſi ex terrena labe concretum, ſed ex diuina progenie cœlo datum clariſſimum orbis ſidus.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

De puerorum inſtitutione.

MVLTA ſunt ad rectè conſtituendam remp. à legiſlatoribus viris prudentibus excogitata, atq; ſancita præclare: tum præcepta de puerorum ætate ad omnem virtutis partem informandã, maiorem quã cætera vim habent. Præclara opinio gentium omnium firmata conſenſu, ex ipſis naturę ducta principijs, ſi ſalui eſſe velimus, præcipuam & maximam curam liberis eſſe impendendam. Quid enim eſt in hominum vita, vel ad fructum ſuauius, vel ad dignitatem honeſtius, vel vſu ſalutarius, q̃ ciues optimos exiſtere? Quid triſtius ac vero exitialius contingat, quàm ſi à Dei notione atque operibus alieni, omnia ſceleribus ac libidinibus polluant feroces & rapidi? quæ autem gens tanta humanitate culta, aut tam agreſtis & barbara, quæ non fateatur, non intelligat à primis annis reliquam vitam pendere: eſſeq; cum primis rudimentis apta connexaque cætera, poſtrema cum medijs, cum initijs vtraque fere conſentire? Vt enim in ſemente poſita ſpes meſſis eſt: ita totius reliquæ vitæ expectatio ab educatione pueritiæ pendet. altas radices agunt ſerpuntq; late, vti in noualibus, quibus primis annis ſemina committuntur. Itaque mirari deſinam omnia mala, graues calamitates quaſi facto agmine per vrbes & oppida incurrere ea cura neglecta paſſim, quæ vel maxime commendata omnibus eſſe debuit publicè priuatimque.

Filiorum infantiã deliciis & voluptate corrũpimus, corpus otio, animũ libidine imminuimus. Oſtro, purpura, & auro, gemmarum fulgore ſuperbiã faſtũq; alimus: cupediis irritatur palatũ, nerui omnes corporis & animi eliduntur: domi audiunt vidẽtque, quæ pudet pigetq; referre exempla turpitudinum, vitiorum imagines. & credimus ex iis pueris aut ſtrenuos milites, aut moderatos ciues euaſuros? quos potius credi par eſt ſenatores factos, magiſtratus adeptos maiori vitiorũ licentia miſerabiles ſtrages fore, quam primum edituros. Non facile eluuntur colores quibus natiuus lanarũ candor mutatur: retinetq; teſta odorem, quo eſt primo tempore imbuta. prudenterq; Virgilius vt multa dixit:

Vſq; adeo à teneris aſſueſcere multum eſt.

Rerum imagines à primis annis ſuſceptæ, exempla præceptaque quantopere hæreant, quantam vim, ſiue ad corrumpendos mores, ſiue ad caſtigandos habeant vix credi poſſit. Quod quidam præclara facinora per totam vitam ſuſcipiunt, prauos animi motus coercent: alii libidine & ignauiæ mancipantur, fere ex prima inſtitutione totum pendet. Canem tu mihi venaticũ dum eſt tener, inſtituas odore perſequi feram, monſtrare prædam rictu cõtracto, ſublataue manu: equum inutilem putes noxiumque, niſi à primo tempore domitus, tergo ſeſſorem admittere, pedes mouere ad numerũ, fræno & calcaribus regi virgaq; ſit edoctus. mites arbores dum ſunt teneræ adminiculis erigas, circũcidendo caſtiges, telluris vitio laborantibus mutes locum: ne ea cura neglecta ſylueſcant, fruſtraque deinde omnis labor ſit. Frangas enim citius q̃ flectas quæ ſemel indurruerunt. & erit aliquis tam alienus à cõ-

muni

muni ſenſu, tam oblitus publicæ ſalutis, qui nō putet omnem curam teneræ puerorum ætati impendendam: formandos ad iuſtitiam, exemplis præceptisq́; ad innocentiam vitæ erudiendos: quo tēpore mollis ceræ ad inſtar ducētis manum ſequuntur, in quemcumq; velis habitum formamq́; mutare? durati figuram externam nō recipient, neque vllis præceptis caſtigati mutabunt. Ridiculum eſt rem familiarem augere: agros diligenter colere, vt multiplicatus ꝓuentus labori reſpondeat: amplas extruere ædes magnis cæmentis & molibus multis ſublatas tabulatis fornicibusue ad culmen vſq; perducere: addere amœnitates hortorum, veſte pretioſa, ſignis, varia ſuppellectile ornare, pecuniæ cumulos conſtruere: filiorum educationem inſtitutionemque negligere: quibus hæc omnia cedere debent inſtrumenta ſalutis & dignitatis ſi probis, ſi iniquis profutura ad perniciem, breuique tempore peritura. Quod quid aliud eſt, vti eleganter Plutarchus dixit, quam calcei vt ſint elegantes, diligenter curare, pedem cui calceus paratur, negligere ꝓrſus? An vlla poſſeſſio, vllum ornamentum cum filiis conferatur, ſed probis & modeſtis: praue educatis nulla triſtior peſtis. Recte Cornelia Gracchorum mater mulieri ornatum oſtentanti gemās, aurum, veſtes: filios ipſa è ſchola redeuntes mōſtrauit: quos illa optimis moribus informauerat: multum etiam iuuit ad eloquentiæ laudē, quæ ſumma in illis fuit, comparandam. Domus procuratorem virum fidelem præficimus: ianuę curam non credimus improbo homini: ac vero reliquos miniſtros & famulos, vt moribus compoſiti ſint, ꝓuidendum ducimus: filiis concedimus, vt ſuo viuant arbitratu.

Nimirum liberorum noſtrorum mores nos ipſi indulgentia corrumpimus: quæ indulgentia proculdubio dolore parentum, filiorum exitio mutabitur. ſenum, quibus ſolatio eſſe debebant, carnifices facti, rei familiari vniuerſæ, familiæque calamitatem comparabunt: eoque amplius quo ampliores diuitiæ ſuppetent maiorum induſtria partæ, vitæ ſuperioris licentia nullis finibus reſiſtet: grauiora indies appetent omni alia cura reiecta, præ libidine ſeſe voluptatibus quaſi cœno ingurgitandi: quanto cum dedecore dicere non attinet. Maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, neq; bona eorum neque mala in occulto eſſe patitur: quantoq; parentum & auorum vita clarior, tanto filiorum væcordia flagitioſior. Proh magnam & ſublimem pueriles inſtitutionis poteſtatem. Sed opponunt quidam, ſermonibus & præceptis iuuenes ad virtutem incitari quidem, ſanari vix vnquam: idque ex eo colligunt quod ſæpiſſime contingat, vt qui optime loquuntur, peſſimè viuant, ſuas diſputationes moribus deſtruentes, vel mores ſuis diſputationibus arguentes, ipſi aduerſus ſe graues cenſores, diſputatores accerrimi. Nos vero ſi diceremus eam in diſputationibus & præceptis philoſophorum ineſſe vim, vt ex audientium animis vitia euellere, virtutes ingenerare ſemper valeant, merito mentiri iudicemur. Obſtat ingenium: exempla, mores impediunt, libertas voluntatis omnia doctrinæ & prudentiæ præcepta vincere ſolitæ. Multas magnasque mercedes, vt ait Theognis, ferrent philoſophi, ſi quemadmodum Circe herbis & cantibus homines ſtatim conuertebat in feras, ita ipſi ſuis ſermonibus ex feris homines facerent, id

eſt,

eſt [illegible] ines ferarum ſimillimos ad virtutē à vitio, ad [illegible] ē à furore, ad humanitatē ab immanitate reuocarunt. Et tamē aliquid ſe aliquando eiuſmodi effeciſſe philoſophiæ gloriari licet. Producet enim Polemonē ab infami vita moribusq; ꝓfligatis ad ſeueritatē vna Xenocratis diſputatione perductum: multos alios ab improbitate ad ſanitatē diligētia pceptorū reuocatos numerabit: atq; concludet, tanti virtutē eſſe, vt vel paucis ſanādis omniā remedia tētari debeant: teneræ puerorū ætati maiori fructu, certiori ſpe laborem & diligentiā impendi. Rurſus quæ grauior luctatio eſt, ingeniorum à prima ętate tantā quibuſdam ineſſe prauitatē accuſabunt alij, nullis vt ſalutarib. ſuccis ſanari poſſit: nō ſi Hippocrates medicorum princeps, aut Apollo ipſe ad medicinam faciendam omnia artis præcepta, omnem operam & induſtriam conſumat. Naturæ fere quiſq; ſuæ ſemina ductumq; ſequitur, ſi moderatæ ad ſalutem virtuteſq; capeſſendas, ſi turbidæ ad ſuam & aliorum perniciē. ſubtilis argumentatio & valida, non expedita reſponſio. Equidem profligatam quorumdam naturam corrigi aliquando atq; immutari non poſſe, facile dabo: quod & in cæteris animātibus cōſideramus, genera aliqua nulla arte poſſe cicurari. quis enim viperam aut ſcorpiū, quis pantheras poſita feritate manſuefacere aggrediatur? quis illis fidat? nam leonibus forſan & elephātis ꝓpter generoſitatē aliquando cicuratis credamus. alia quædam animalia manſueta natura ſunt, vt manu tractari poſſint, pecora, iumenta, & qdam auium genera: ſiue naturę inſtinctu hominib. amica, ſiue frequenti vſu feritatem manſuetudine mutarunt. Ita inter homines plurimum ad vitam in-

ſtituendam, moresque conformandos ingenium poteſt cœlo datum: ſed ſecundum indolem recta aut praua inſtitutio multum valet à prima ętate ſuſcepta, annis conſequentibus confirmata. Neque negabo (quî enim poſſim?) naſci quoſdã tanta ingeniorum prauitate, vt ſanitatem reſpuant, iis inſtituẽdis langueſcat omnis induſtria. contendo tamẽ praua inſtitutione naturã optimã indolemq; virtutum deprauari: non ſecus atq; agri fertiles cultura ſublata, ſentibus, dumetis & herbis inutilibus vaſtãtur. adhibita inſtitutione cultuq; recta ingenia indolesq; iuuantur, atq; cum admirabili fructu ſuſcepto labori reſpondent. Prudenter Nicias roganti cuidam, quibus artib. & qua induſtria talis vir euaſiſſet ac tãtus: Naturæ, inquit, bonũ induſtria quoque ipſe iuui. Sic arbitror viros omnes præcipuos & excellentes, quos antiquitas celebrauit laudibusq; ad cœlum euexit, ſiue in Iudaica gente populoque Chriſtiano, ſiue inter Græcos & Romanos, ad naturam excellentem, diſciplinam accuratam & diligentem adhibuiſſe. ac nominatim quod Suſanna pulcherrima puella ſanctiſſimaque, vt pudicitiam tueretur aduerſus petulantes ſenes libidinis ęſtu furentes, ſe ignominiæ atq; mortis haud dubiæ periculo obiecit, metus numinis præſtitit parentum inſtitutione à primis annis ſuſceptus, vti diuini libri teſtantur. Quod ſi vitia in natura inſita mediocria ſunt, neq; deſperatæ curationis, recta ſæpe inſtitutione ſanantur atq; in contrarium mutantur: quæ maior inter homines multitudo eſt. nam & ferrum frequenti attactu deteritur, ferrugineq; ſplendore mutat: & paſtoritios baculos videmus, cùm recti natura ſint, inflecti arte, curuosque reddi. Certe ſi

mutari

mutari prorſus ingenium non poterit, minora vitia erunt per inſtitutionem caſtigata. Quod ſi leones aliæque beſtiæ immites & immanes poſita feritate manſueſcunt: quis hominem deſperet prorſus ſanari poſſe, conſilij participẽ, rationeque armatum aduerſus naturæ impetus quamuis vehementes & deprauatos? Nunquam profecto contingat vt ex rubo colligantur vuæ, ex arbuto ficus aut malogranata: ſed mitiores certè & commodiores, vt ex quaque arbore fructus proueniant, diligens cultura faciet tempore adhibita. quæ fruſtra quidem ſit, ſi ſolum ſterile, ſaxis impeditum, arenis gracile contingat, ſi ſemen inane atque corruptum mittatur. Sed nulla pars eſt terræ, vnde percipi aliquid non poſſit: & hæc ipſa incommoda cultura mitigabit. Omnino ad ſoli ſeminiſque nobilitatem, ſi diligentia acceſſerit, eximium quiddam & præſtans extabit. Quod ſi altius ire per naturam non datur, minores profectus negligendi non ſunt. multa enim quæ corrigi poſſent cõmodioraue reddi præſumpta deſperatio corrumpit: ac ferè nulla alia cauſa à parentibus filij omni tempore degenerant, ex Dauide Abſalon naſcitur, ex Salomone Roboamus. & vt diuinos libros mittamus optimi plerumque Principes ab omni memoria profligatos ſucceſſores habuere: quam quod molli educatione indoles corrupta eſt, vitaque aucta quæ in natura abdita erant, modeſtis parentibus ſæpe minori diligentia filios caſtigantibus. Et vt quiſque vt optimus eſt, ita alios præſertim in plena ſapientiæ domo educatos, ſibi ſimiles fore auguratur, minorem induſtriam adhibet. Quantum enim inſtitutio valeat duorum catulorum exemplo Lycurgus declarauit.

rauit.iiſdem enim parentibus vnoque partu ortos, alterum venationi aſſuefecit, alterum offæ. deinde vtroque in conuentum producto cum proiectum cibum alter conſectatus eſſet, neglexiſſet alter præ ſtudio inſequendi leporem obiectum : quantum conſuetudo valeat à teneris ſuſcepta ciuibus monſtrauit, eamque plerumq; natura eſſe potentiorem docuit. Verum ad naturam deprauatiſſimam, vnde huc defluxit oratio reuertamur. Hominum ſæpe vitium eſt, quod deprauata indole pueri naſcuntur. nullo coniugum delectu connubio iungimus, quibus præter formam nihil præcipuum eſt, aut quos vna cenſus & pecuniæ magnitudo commendat: ſecus quam in iumentis, pecoribus, ſtirpibus, in quibus ad propagationem maior adhibetur cura. vnũquodq; in ſuo genere vt ſit maxime generoſum curamus: ciuium propagatio negligitur. Vt ciues probatis moribus, ingenio excellenti, præcipua indole matrimonia iungãt, quis curauit vnquam ſatis pro rei magnitudine? Coniugio adoleſcentes Ariſtoteles arcet eo argumento, quod præter alia incommoda apud quoſcumque ſuſceptum eſt, vt minori ætate iungant connubia, puſilla ſtatura, imbecillo corpore homines fiunt. Itaq; viros triginta ſex annorum iungi vult, vxores annorum decem & octo. Plato his viginti annos dat, illis triginta nihilominus. Ad hæc generandi tempus & horas, in quibus tantum momenti eſt, quis vnquam medicorum conſilio captauit? quis victum temperatum & ſalutarem eadem de cauſa adhibuit? hyeme Boreaque flante, quibus temporibus corpora vegetiora ſunt, filiorum procreationi dare operam idem Ariſtoteles ſancit. Quis hæc aliaq; obſeruauit omnia: quæ

recenſere oratione longum eſſet? an non potius ardore concitato ſine iudicio ſine ratione in libidinē pleriq; rapiuntur feroces effrænesq; iumentorum adinſtar: quod ſuo & prolis luatur malo. Ergo fontes repurgentur, vt riui ſynceri decurrant: arbor in radice ſanetur: putre pomum & corruptum reformetur ex ſemine, & ad priſtinum decorem, ſublata der eum modum putredine, nitoremque referatur. Hoc remedium eſt ægrotæ ac iacenti reipub. corruptisq; noſtris moribus multorum vitio & turpitudine: aut ſi ne hac quidem procedimus, profectò nulla vnquam medicina tantis malis tantisque incommodis idonea reperiatur. ea cura neglecta, in qua ſalus publica vertitur, mirum non eſt, ſi maior indies flagitiorum colluuies exiſtit: omnesq; reip. partes libido ſpurcitia fœdat: crudelitas ſupplicio, auaritia furtis, ſuperbia contumelijs affligit. Ex parentibus non modo prauis, ſed etiam modeſtis & probitate conſpicuis (quanquam quę probitas eſſe poteſt filiorum inſtitutione neglecta?) pueri procreantur, adoleſcentes creſcunt agreſti ferociq; ingenio, viribus confirmatis, exitio patriæ familiæq; futuri. An ijs ſanandis vlla diſciplina deinde ſatis ſit, vllæ leges ſufficiant quamuis ſupplicio ſancitæ, armatæ Principis auctoritate? Licentia à primis annis ſuſcepta diſſimulatione parentum, quoduis dictum factumque infantum quamuis turpe riſu & oſculo excipientium, in annos ſingulos confirmabitur: creſcetque immenſum, vt frænari nulla arte poſſit. quis. n. affectus indomitos libero campo vagari aſſuetos vi frangat flectatve in contrarium? res eſſet cōparanda miraculo. Cōtingat potius deprauari, qui optimis diſciplinis inſtituti erāt, abreptos

natura

naturæ impetu ex ſe ad mala procliuis: qui prauis ab infantia moribus imbuti maiori ætate mutauerint, pauciſſimos inuenias. Repete veteres hiſtorias, euolue antiqua ſcriptorum monumenta, reuoca in memoriam antiqua improbitatis exempla: nobiles ſcelere Principes priuatosq;, ex prauis initiis conceſſaque vitiorum licentia videbis in illa mala abijſſe præcipites. Hoc maiores periculum prouidentes viri ſapientiſſimi, prudentes legislatores, ad præcipuam ſuæ prouidentiæ partem pertinere iudicarunt, quibus moribus prima ætas imbueretur; plurimumque operæ poſuerunt in puerorum inſtitutione commendanda. Sic Lycurgus Lacedæmone ex numero principum ei curiæ virum præfecit prudentia probitateque præſtantem, quem Pædonomum dixit, ſublatis ſeruis, quibus pueros inſtituendos credere antea ij ciues ſoliti erant: ne frequenti cum ijs vſu videlicet ſeruiles mores imbuerent, prouidebatur. Id ſecutus Ariſtoteles è pluribus magiſtratibus vnum ei curæ, in qua ſalus publica vertitur, præficiendum cum ampla poteſtate iubendi vetandique conſtituit. Melius Perſæ (vti Xenophon ſcribit) diuiſa multitudine in quatuor partes pueris inſtituendis viros principes præfecerunt ex ſenioribus ſelectos probitate excellentes, vt vberior prouentus exiſteret, duodecim numero, quo partita inter multos cura, minor labor, maior diligentia eſſet. Quam induſtriam vellem ex parte noſtri Principes ciuitatesque imitarentur, viris eximijs ei curæ ex vtroque ordine ſacrato & populari præfectis cum poteſtate de præceptorum moribus, docendique dexteritate (in quo grauiſſime peccatur multis modis) iudicandi publi-

publice. Qui enim:calceos veſtesve non conficiat, niſi qui artis peritiam ante probarit: filios ſine delectu cuicunque ſe obtrudenti erudiendos tradamus? Medicum nemo morbo curando niſi peritum artis quamuis rogatus accerſat: amicorũ precibus cedamus filiorum magiſtro inſtitutoreque aduocando, Apage dedecus ignauiaque grauis. neque enim tanti amici eſſe debent, vt propterea grauiſſima pignora in periculum vocentur. Sed & iiſdem ius ſit, me quidem auctore, requirendi in ciuium mores cenſorum adinſtar, ac coercendi malo priuatim patres in filiorum inſtitutione negligentes, pueros caſtigandi, includendi etiam ſi opus ſit rebelles, ingenio præfracto, præſertim qui defunctis parentibus aut domo profugi ſine lare familiari incertis ſedibus vagantur pueri puellæque: vnde ſcelerum licentia exiſtit: animi deprauantur, multorum corpora libidinum tabe contaminantur. A maioribus noſtris non alia cauſa litteras tradendi cura ſacrato ordini à primis temporibus demandata eſt, quam quod plurimi referre haberent perſuaſum, ſi pueri cum litteris pietatem ſenſim inſtillatam, auribus oculisque imbiberent, apud viros ſacratos verſantes. Quo factum puto, vt qui litteris dant operam ſacrati ordinis veſte & pileo à populo ſecreti ſint, vti in publicis ſcholis fieri videmus; præſertim in Hiſpania. In Gallia etiam quicunque litteris & eruditione conſpicui ſunt, magnos clericos vulgus vocat. Eam curam Pontificibus haud ſatis pro dignitate tractantibus ac vero negligentibus, viri præ cæteris pietatis ſtudijs præſtantes, quos monachos dicimus, & in ſtudium impulſi iuuandi rempubl. ſæpe arripuerunt, diuinum

ſe nu-

amouenda herbis noxijs, ſi quæ mulier fœtum abigat, ſcelus faciat quod publico odio luatur, ſupplicio vindicetur: infantes editos abs ſe dimittere impune ſit? Quantum enim intereſt eijcias ex vtero dum conditoris manu formatur, an editum filium cognato ſibi alimento priues nutrice aduocata? A parentibus magnos viros enutritos proprio lacte crediderim, qui ab omni memoria floruerunt: ac præſertim ſanctiſſimos Patriarchas auctores Iudaicæ gentis diducto coniugio toto ab ortu infantis triennio: quo decurſo, ablactatoque filio, inſtaurato conuiuio ad complexus redibatur. Non minori tempore neque alia cura Samuel propheta creuit, vti diuini libri teſtantur. Verum quantæ ſint deliciæ nobilium fœminarum non ignoramus. Quis perſuadeat vt ad dolores partus nutritionis grauem ac diuturnam moleſtiam addant? facilius ſanguinem hauſerint, quam vt præcepta ſalutaria ad aures admittant. Ea cauſa, & quoniam contingit vt defuncta matre aut vberibus caſu aliquo arefactis nutrix neceſſario aduocanda ſit: cenſeo ingenium eius eſſe conſiderandum vt mite ſit, compoſitus animus, vniuerſaque conſtitutio corporis æquabilis, ac quoad fieri poterit maternæ conſentanea. Neq; atra bilis vexet, neque redundet pituita: non ſit iracundia facili, metu deiecta. Omnia denique conueniant aptaque in natura, in moribus ſint ſedata: vt minima immutatio ſit in fœtu. ne lacte mutato vires animi & corporis debilitentur, prouidendum. In frugibus pecudibusque, ac omnino cunctis animantium generibus non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœlique ſub quo aluntur, mutat: generoſius

roſius in ſua quidque ſede gignitur. inſitum alienæ terræ, in quo alitur, natura vertente ſe degenerat. ſic filiorum corpora minuuntur ſæpe inter Principes viros & locupletes: agricolarum filij robuſtiores euadunt non modo labore conſequentis vitæ exerciti (quantulum enim id eſt?) ſed quia ab infantia conſentaneo alimento maternis ex vberibus creuere. Germanos, Tacitus ait, in eos artus, ea corpora, quæ miramur, excreſcere, quoniam ſua quemque mater vberibus aleret, neque ancillis aut nutricibus eam curam delegaret. Contra nobilium inter nos filij parentibus diſſimiles ſæpe euadunt, puſilla ſtatura, moribus, ingenio, viribus. cum nouo enim lacte cætera, vt par eſt, magnopere etiam immutantur. Quod in alijs animantibus cernitur: ſi ouis lacte hœdus, aut agnus caprino lacte nutriantur, eueniet proculdubio agni lanam aſperiorem eſſe, hœdi capillum molliorem exiſtere. Scimus in Italia Gotthis imperantibus lacte capræ nutritum Ægiſtum ex eo nomine, admirabili pedum velocitate fuiſſe. auctor Procopius. Alterius, canis lacte educati recenti memoria vſque adeo cerebrum aruiſſe, vt noctu fugato ſomno per plateas miſerabiles vlulatus ederet latrantis in morem. Auditum ex eo qui vidit oppidi eius regulo teſtamur. Vt mitter Habidem primis temporibus Curetum in Hiſpania Regem à Gargori auo feris obiectum, Cyrum etiam ſimili caſu lacte canino, Romulum & Remum Romæ vrbis conditores primos à lupa educatos. ſi vera ſunt quæ magni auctores affirmant, & non potius commenta fabularum. Recte elegans Poeta & prudenter cuius impietatem accuſabat, de eo addidit.

 Hyrca-

Nimirum liberorum noſtrorum mores nos ipſi indulgentia corrumpimus: quæ indulgentia procul dubio dolore parentum, filiorum exitio mutabitur. ſenum, quibus ſolatio eſſe debebant, carnifices facti, rei familiari vniuerſæ, familiæque calamitatem comparabunt: eoque amplius quo ampliores diuitiæ ſuppetent maiorum induſtria partæ, vitæ ſuperioris licentia nullis finibus reſiſtet: grauiora indies appetent omni alia cura reiecta, præ libidine ſeſe voluptatibus quaſi cœno ingurgitandi: quanto cum dedecore dicere non attinet. Maiorum gloria poſteris quaſi lumen eſt, neq; bona eorum neque mala in occulto eſſe patitur: quantoq; parentum & auorum vita clarior, tanto filiorum væcordia flagitioſior. Proh magnam & ſublimem puerilis inſtitutionis poteſtatem. Sed opponunt quidam, ſermonibus & præceptis iuuenes ad virtutem incitari quidem, ſanari vix vnquam: idque ex eo colligunt quod ſæpiſſime contingat, vt qui optime loquuntur, peſſimè viuant, ſuas diſputationes moribus deſtruentes, vel mores ſuis diſputationibus arguentes, ipſi aduerſus ſe graues cenſores, diſputatores accerrimi. Nos vero ſi diceremus eam in diſputationibus & præceptis philoſophorum ineſſe vim, vt ex audientium animis vitia euellere, virtutes ingenerare ſemper valeant, merito mentiri iudicemur. Obſtat ingenium: exempla, mores impediunt, libertas voluntatis omnia doctrinæ & prudentiæ præcepta vincere ſolitæ. Multas magnasque mercedes, vt ait Theognis, ferrent philoſophi, ſi quemadmodum Circe herbis & cantibus homines ſtatim conuertebat in feras, ita ipſi ſuis ſermonibus ex feris homines facerent, id eſt,

eſt, homines ferarum ſimillimos ad virtutẽ à vitio, ad rationẽ à furore, ad humanitatẽ ab immanitate reuocarent. Et tamẽ aliquid ſe aliquando eiuſmodi effeciſſe philoſophiæ gloriari licet. Producet enim Polemonẽ ab infami vita moribusq; ꝓfligatis ad ſeueritatẽ vna Xenocratis diſputatione perductum: multos alios ab improbitate ad ſanitatẽ diligẽtia p̃ceptorũ reuocatos numerabit: atq; concludet, tanti virtutẽ eſſe, vt vel paucis ſanãdis omniã remedia tẽtari debeant: teneræ puerorũ ætati maiori fructu, certiori ſpe laborem & diligentiã impendi. Rurſus quæ grauior luctatio eſt, ingeniorum à prima ętate tantã quibuſdam ineſſe prauitatẽ accuſabunt alij, nullis vt ſalutarib. ſuccis ſanari poſſit: nõ ſi Hippocrates medicorum princeps, aut Apollo ipſe ad medicinam faciendam omnia artis præcepta, omnem operam & induſtriam conſumat. Naturæ fere quiſq; ſuæ ſemina ductumq; ſequitur, ſi moderatæ ad ſalutem virtuteſq; capeſſendas, ſi turbidæ ad ſuam & aliorum perniciẽ. ſubtilis argumentatio & valida, non expedita reſponſio. Equidem profligatam quorumdam naturam corrigi aliquando atq; immutari non poſſe, facile dabo: quod & in cæteris animãtibus cõſideramus, genera aliqua nulla arte poſſe cicurari. quis enim viperam aut ſcorpiũ, quis pantheras poſita feritate manſuefacere aggrediatur? quis illis fidat? nam leonibus forſan & elephãtis ꝓpter generoſitatẽ aliquando cicuratis credamus. alia quædam animalia manſueta natura ſunt, vt manu tractari poſſint, pecora, iumenta, & q̃dam auium genera: ſiue naturę inſtinctu hominib. amica, ſiue frequenti vſu feritatem manſuetudine mutarunt. Ita inter homines plurimum ad vitam in-

ſtituendam, moresque conformandos ingenium poteſt cœlo datum: ſed ſecundum indolem recta aut praua inſtitutio multum valet à prima ętate ſuſcepta, annis conſequentibus confirmata. Neque negabo (quî enim poſſim?) naſci quoſdã tanta ingeniorum prauitate, vt ſanitatem reſpuant, iis inſtituẽdis langueſcat omnis induſtria. contendo tamẽ praua inſtitutione naturã optimã indolemq; virtutum deprauari: non ſecus atq; agri fertiles cultura ſublata, ſentibus, dumetis & herbis inutilibus vaſtãtur. adhibita inſtitutione cultuq; recta ingenia indolesq; iuuantur, atq; cum admirabili fructu ſuſcepto labori reſpondent. Prudenter Nicias roganti cuidam, quibus artib. & qua induſtria talis vir euaſiſſet ac tãtus: Naturæ, inquit, bonũ induſtria quoque ipſe iuui. Sic arbitror viros omnes præcipuos & excellentes, quos antiquitas celebrauit laudibusq; ad cœlum euexit, ſiue in Iudaica gente populoque Chriſtiano, ſiue inter Græcos & Romanos, ad naturam excellentem, diſciplinam accuratam & diligentem adhibuiſſe. ac nominatim quod Suſanna pulcherrima puella ſanctiſſimaque, vt pudicitiam tueretur aduerſus petulantes ſenes libidinis ęſtu furentes, ſe ignominiæ atq; mortis haud dubiæ periculo obiecit, metus numinis præſtitit parentum inſtitutione à primis annis ſuſceptus, vti diuini libri teſtantur. Quod ſi vitia in natura inſita mediocria ſunt, neq; deſperatæ curationis, recta ſæpe inſtitutione ſanantur atq; in contrarium mutantur: quæ maior inter homines multitudo eſt. nam & ferrum frequenti attactu deteritur, ferrugineq; ſplendore mutat: & paſtoritios baculos videmus, cùm recti natura ſint, inflecti arte, curuosque reddi. Certe ſi mutari

mutari prorſus ingenium non poterit, minora vitia erunt per inſtitutionem caſtigata. Quod ſi leones aliæque beſtiæ immites & immanes poſita feritate manſueſcunt: quis hominem deſperet prorſus ſanari poſſe, conſilij participē, rationeque armatum aduerſus naturæ impetus quamuis vehementes & deprauatos? Nunquam profectò contingat vt ex rubo colligantur vuæ, ex arbuto ficus aut malogranata: ſed mitiores certè & commodiores, vt ex quaque arbore fructus proueniant, diligens cultura faciet tempore adhibita. quæ fruſtra quidem ſit, ſi ſolum ſterile, ſaxis impeditum, arenis gracile contingat, ſi ſemen inane atque corruptum mittatur. Sed nulla pars eſt terræ, vnde percipi aliquid non poſſit: & hæc ipſa incommoda cultura mitigabit. Omnino ad ſoli ſeminiſque nobilitatem, ſi diligentia acceſſerit, eximium quiddam & præſtans extabit. Quod ſi altius ire per naturam non datur, minores profectus negligendi non ſunt. multa enim quæ corrigi poſſent cōmodioraue reddi præſumpta deſperatio corrumpit; ac ferè nulla alia cauſa à parentibus filij omni tempore degenerant, ex Dauide Abſalon naſcitur, ex Salomone Roboamus. & vt diuinos libros mittamus optimi plerumque Principes ab omni memoria profligatos ſucceſſores habuere: quam quod molli educatione indoles corrupta eſt, vitaque aucta quæ in natura abdita erant, modeſtis parentibus ſæpe minori diligentia filios caſtigantibus. Et vt quiſque vt optimus eſt, ita alios præſertim in plena ſapientiæ domo educatos, ſibi ſimiles fore auguratur, minorem induſtriam adhibet. Quantum enim inſtitutio valeat duorum catulorum exemplo Lycurgus decla-

rauit. iiſdem enim parentibus vnoque partu ortos, alterum venationi aſſuefecit, alterum offæ. deinde vtroque in conuentum producto cum proiectum cibum alter conſectatus eſſet, neglexiſſet alter præ ſtudio inſequendi leporem obiectum: quantum conſuetudo valeat à teneris ſuſcepta ciuibus monſtrauit, eamque plerumq; natura eſſe potentiorem docuit. Verum ad naturam deprauatiſſimam, vnde huc defluxit oratio reuertamur. Hominum ſępe vitium eſt, quod deprauata indole pueri naſcuntur. nullo coniugum delectu connubio iungimus, quibus præter formam nihil præcipuum eſt, aut quos vna cenſus & pecuniæ magnitudo commendat: ſecus quam in iumentis, pecoribus, ſtirpibus, in quibus ad propagationem maior adhibetur cura. vnũquodq; in ſuo genere vt ſit maxime generoſum curamus: ciuium propagatio negligitur. Vt ciues probatis moribus, ingenio excellenti, præcipua indole matrimonia iungãt, quis curauit vnquam ſatis pro rei magnitudine? Coniugio adoleſcentes Ariſtoteles arcet eo argumento, quod præter alia incommoda apud quoſcumque ſuſceptum eſt, vt minori ætate iungant connubia, puſilla ſtatura, imbecillo corpore homines fiunt. Itaq; viros triginta ſex annorum iungi vult, vxores annorum decem & octo. Plato his viginti annos dat, illis triginta nihilominus. Ad hæc generandi tempus & horas, in quibus tantum momenti eſt, quis vnquam medicorum conſilio captauit? quis victum temperatum & ſalutarem eadem de cauſa adhibuit? hyeme Boreaque flante, quibus temporibus corpora vegetiora ſunt, filiorum procreationi dare operam idem Ariſtoteles ſancit. Quis hæc aliaq; obſeruauit omnia: quæ

recen-

recenſere oratione longum eſſet? an non potius ardore concitato ſine iudicio ſine ratione in libidinē pleriq; rapiuntur feroces effrænesq; iumentorum adinſtar: quod ſuo & prolis luatur malo. Ergo fontes repurgentur, vt riui ſynceri decurrant: arbor in radice ſanetur: putre pomum & corruptum reformetur ex ſemine, & ad priſtinum decorem, ſublata der eum modum putredine, nitoremque referatur. Hoc remedium eſt ægrotæ ac iacenti reipub. corruptisq; noſtris moribus multorum vitio & turpitudine: aut ſi ne hac quidem procedimus, profecto nulla vnquam medicina tantis malis tantisque incommodis idonea reperiatur. ea cura neglecta, in qua ſalus publica vertitur, mirum non eſt, ſi maior indies flagitiorum colluuies exiſtit: omnesq; reip. partes libido ſpurcitia fœdat: crudelitas ſupplicio, auaritia furtis, ſuperbia contumelijs affligit. Ex parentibus non modo prauis, ſed etiam modeſtis & probitate conſpicuis (quanquam quę probitas eſſe poteſt filiorum inſtitutione neglecta?) pueri procreantur, adoleſcentes creſcunt agreſti ferociq; ingenio, viribus confirmatis, exitio patriæ familiæq; futuri. An ijs ſanandis vlla diſciplina deinde ſatis ſit, vllæ leges ſufficiant quamuis ſupplicio ſancitæ, armatæ Principis auctoritate? Licentia à primis annis ſuſcepta diſſimulatione parentum, quoduis dictum factumque infantum quamuis turpe riſu & oſculo excipientium, in annos ſingulos confirmabitur: creſcetque immenſum, vt frænari nulla arte poſſit. quis.n. affectus indomitos libero campo vagari aſſuetos vi frangat flectatve in contrarium? res eſſet cōparanda miraculo. Cōtingat potius deprauari, qui optimis diſciplinis inſtituti erāt, abreptos

natura

naturæ impetu ex ſe ad mala procliuis: qui prauis ab infantia moribus imbuti maiori ætate mutauerint, pauciſſimos inuenias. Repete veteres hiſtorias, euolue antiqua ſcriptorum monumenta, reuoca in memoriam antiquæ improbitatis exempla: nobiles ſcelere Principes priuatosq;, ex prauis initiis conceſſaque vitiorum licentia videbis in illa mala abijſſe præcipites. Hoc maiores periculum prouidentes viri ſapientiſſimi, prudentes legislatores, ad præcipuam ſuæ prouidentiæ partem pertinere iudicarunt, quibus moribus prima ætas imbueretur; plurimumque operæ poſuerunt in puerorum inſtitutione commendanda. Sic Lycurgus Lacedæmone ex numero principum ei curiæ virum præfecit prudentia probitateque præſtantem, quem Pædonomum dixit, ſublatis ſeruis, quibus pueros inſtituendos credere antea ij ciues ſoliti erant, ne frequenti cum ijs vſu videlicet ſeruiles mores imbuerent, prouidebatur. Id ſecutus Ariſtoteles è pluribus magiſtratibus vnum ei curæ, in qua ſalus publica vertitur, præficiendum cum ampla poteſtate iubendi vetandique conſtituit. Melius Perſæ (vti Xenophon ſcribit) diuiſa multitudine in quatuor partes pueris inſtituendis viros principes præfecerunt ex ſenioribus ſelectos probitate excellentes, vt vberior prouentus exiſteret, duodecim numero, quo partita inter multos cura, minor labor, maior diligentia eſſet. Quam induſtriam vellem ex parte noſtri Principes ciuitatesque imitarentur, viris eximijs ei curæ ex vtroque ordine ſacrato & populari præfectis cum poteſtate de præceptorum moribus, docendique dexteritate (in quo grauiſſime peccatur multis modis) iudicandi publi-

publicè. Qui enim calceos veſtesve non conficiat, niſi qui artis peritiam ante probarit: filios ſine delectu cuicunque ſe obtrudenti erudiendos tradamus? Medicum nemo morbo curando niſi peritum artis quamuis rogatus accerſat: amicorũ precibus cedamus filiorum magiſtro inſtitutoreque aduocando, Apage dedecus ignauiaque grauis. neque enim tanti amici eſſe debent, vt propterea grauiſſima pignora in periculum vocentur. Sed & iiſdem ius ſit, me quidem auctore, inquirendi in ciuium mores cenſorum adinſtar, ac coercendi malo priuatim patres in filiorum inſtitutione negligentes, pueros caſtigandi, includendi etiam ſi opus ſit rebelles, ingenio præfracto, præſertim qui defunctis parentibus aut domo profugi ſine lare familiari incertis ſedibus vagantur pueri puellæque: vnde ſcelerum licentia exiſtit: animi deprauantur, multorum corpora libidinum tabe contaminantur. A maioribus noſtris non alia cauſa litteras tradendi cura ſacrato ordini à primis temporibus demandata eſt, quam quod plurimi referre haberent perſuaſum, ſi pueri cum litteris pietatem ſenſim inſtillatam, auribus oculiſque imbiberent, apud viros ſacratos verſantes. Quo factum puto, vt qui litteris dant operam ſacrati ordinis veſte & pileo à populo ſecreti ſint, vti in publicis ſcholis fieri videmus, præſertim in Hiſpania. In Gallia etiam quicunque litteris & eruditione conſpicui ſunt, magnos clericos vulgus vocat. Eam curam Pontificibus haud ſatis pro dignitate tractantibus ac vero negligentibus, viri præ cæteris pietatis ſtudijs præſtantes, quos monachos dicimus, & in ſtudium impulſi iuuandi rempubl, ſæpe arripuerunt, diuinum

ſe nu-

ſe numen promereri eo labore procuratione[m] perſuaſi: in quo tantum momenti eſſe videba[tur]. Antiqua Benedictorũ præſertim monaſteria ſch[o]læ publicæ erant ad iuuentutem erudiendam à [vi]ris ſanctiſſimis conſtitutę. Vnde haud leuis pub[licæ] vtilitas extitit, ipſi magnis diuitijs atque ingent[ibus] creuerunt, omnibus certatim pios eorum co[natus] iuuantibus re, opera, conſilio. Ex ijs monaſte[rijs], velut ex arce [ſa]pientiæ innumeri viri prodieru[nt], vtriuſque Ph[ilo]ſophiæ cognitione præſtantes, [di]uinæ atque humanæ. vti editi eo tempore ab ea[que] natione hominum libri multi & excellentes in [ſuo] quiſq; genere mirandi argumento ſunt.

Capvt II.

De nutricibus.

SEquitur diſputatio de nutricibus quali ingenio, quibus moribus eſſe debeant, & an omnino adhibendæ ſint infantibus educandis: quoniam earũ ſæpe vitio ingenia puerorum moreſque deprauantur, nulla vt deinceps diſciplina, nulla cura ſanari poſſint peccata in lacte ſuſcepta. Expedita præceptio, difficilis obſeruatio. Nihil tamen negligendum, quod maioris rei momentum efficiatur. Cenſeo igitur nullas nutrices præter matres ipſas eſſe debere: cenſeo, id integrum non ſit, optimis moribus ſedato ingenio adhibendas. Saluberrimum profecto inſtitutũ eſſet, editos in lucem fœtus à matribus nutriri, vt & ipſæ omni ex parte ſuo officio fungerentur filijs educatis: fœtus quaſi continuato alimento vegetiores robuſtioresq; corpore

eua-

euaderent: ſyncerior animus eſſet nulla alieni ſucci ſanguiniſq; mixtura. Alioqui corpus morbis obnoxium exiſtat, varium ingenium, mores turbidi: quæ fere corporis, cui eſt animus deuinctus, naturam ſequuntur. Quid eſt enim lac niſi ſanguis, quo fœtus in vtero alebatur, colore tantum mutato? cur prouida natura effecit, vt fœtu in lucem edito vbera ſua ſponte diſtenta alimentum lactis miniſtrarent? Cur geminis voluit mammis pectus intumeſcere? niſi vt maiori lactis copia facultas nutriendi magis eſſet expedita: integrumque matris officium partu educationeque ipſæ parentes implerent, præcipuū & maximum mutuæ caritatis vinculum. Neque alia cauſa crediderim matribus erga filios ardentiorem amorem eſſe, quam quod in ortu educationeque maiores quam patres dolores moleſtiaſq; ipſæ ſuſcipiant. Sic dimidiato onere imminui magna ex parte eum ardorem atque cum nutricibus communicari, neque quæ pepererunt integras matres eſſe, ſed ex parte dimidiata, neceſſe eſt præſertim infante ab oculis ablegato obliuio ſequitur, mutuaque illa & ardens animi affectio inter parentes & liberos extinguitur magna ex parte: vti in expoſitis infantibus videmus, neque ſenſum vllum matris neque deſiderium eius quæ peperit, remanere. vt quidquid amoris filijs erga parentes. parentibus erga liberos apparet, totum frequens conſuetudo & opinio ab ortu ſuſcepta parentes eos & liberos eſſe, ſibi vindicare videatur. Sinamus ergo fœminas integras eſſe matres, neque caritatem concedamus partito onere imminui: quod rebus publicis & priuatis pernicioſum ſit. Ventris fœditate

amouen-

amouenda herbis noxijs, ſi quæ mulier fœtum abigat, ſcelus faciat quod publico odio luatur, ſupplicio vindicetur: infantes editos abs ſe dimittere impune ſit? Quantum enim intereſt eijcias ex vtero dum conditoris manu formatur, an editum filium cognato ſibi alimento priues nutrice aduocata? A parentibus magnos viros enutritos proprio lacte crediderim, qui ab omni memoria floruerunt: ac præſertim ſanctiſſimos Patriarchas auctores Iudaicæ gentis diducto coniugio toto ab ortu infantis triennio: quo decurſo, ablactatoque filio, inſtaurato conuiuio ad complexus redibatur. Non minori tempore neque alia cura Samuel propheta creuit, vti diuini libri teſtantur. Verum quantæ ſint deliciæ nobilium fœminarum non ignoramus. Quis perſuadeat vt ad dolores partus nutritionis grauem ac diuturnam moleſtiam addant? facilius ſanguinem hauſerint, quam vt præcepta ſalutaria ad aures admittant. Ea cauſa, & quoniam contingit vt defuncta matre aut vberibus caſu aliquo arefactis nutrix neceſſario aduocanda ſit: cenſeo ingenium eius eſſe conſiderandum vt mite ſit, compoſitus animus, vniuerſaque conſtitutio corporis æquabilis, ac quoad fieri poterit maternæ conſentanea. Neq; atra bilis vexet, neque redundet pituita: non ſit iracundia facili, metu deiecta. Omnia denique conueniant aptaque in natura, in moribus ſint ſedata: vt minima immutatio ſit in fœtu. ne lacte mutato vires animi & corporis debilitentur, prouidendum. In frugibus pecudibusque, ac omnino cunctis animantium generibus non tantum ſemina ad ſeruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cœlique ſub quo aluntur, mutat: generoſius

roſius in ſua quidque ſede gignitur. inſitum alienæ terræ, in quo alitur, natura vertente ſe degenerat. ſic filiorum corpora minuuntur ſæpe inter Principes viros & locupletes: agricolarum filij robuſtiores euadunt non modo labore conſequentis vitæ exerciti (quantulum enim id eſt?) ſed quia ab infantia conſentaneo alimento maternis ex vberibus creuere. Germanos, Tacitus ait, in eos artus, ea corpora, quæ miramur, excreſcere, quoniam ſua quemque mater vberibus aleret, neque ancillis aut nutricibus eam curam delegaret. Contra nobilium inter nos filij parentibus diſſimiles ſæpe euadunt, puſilla ſtatura, moribus, ingenio, viribus. cum nouo enim lacte cætera, vt par eſt, magnopere etiam immutantur. Quod in alijs animantibus cernitur: ſi ouis lacte hœdus, aut agnus caprino lacte nutriantur, eueniet proculdubio agni lanam aſperiorem eſſe, hœdi capillum molliorem exiſtere. Scimus in Italia Gotthis imperantibus lacte capræ nutritum Ægiſtum ex eo nomine, admirabili pedum velocitate fuiſſe. auctor Procopius. Alterius, canis lacte educati recenti memoria vſque adeo cerebrum aruiſſe, vt noctu fugato ſomno per plateas miſerabiles vlulatus ederet latrantis in morem. Auditum ex eo qui vidit oppidi eius regulo teſtamur. Vt mirer Habidem primis temporibus Curetum in Hiſpania Regem à Gargori auo feris obiectum, Cyrum etiam ſimili caſu lacte canino, Romulum & Remum Romæ vrbis conditores primos à lupa educatos. ſi vera ſunt quæ magni auctores affirmant, & non potius commenta fabularum. Recte elegans Poeta & prudenter cuius impietatem accuſabat, de eo addidit.

Hyrcanæque admorunt vbera tygres. Magni enim refert multumque in vtramque partem valet, quo alimento fœtus nutriatur. Cenſeo præterea nutricis mores diligenter conſiderandos, ac eius rei præcipuam & maximam curam eſſe debere, quanta modeſtia ſit, pudore quanto. Eam enim primum audiet puer, eius mores effinget, dicta imitabitur. & hærent tenaciſſimè quæ primis annis ſuſcepimus. Sapientes Cryſippus nutrices optauit, certe quantum res pateretur optimas. Ego ingenio, prudentia, probitate commendatas: vt earum virtutum ſemina cum lacte in alumnum tranſmittat: actionibus verbisque conſentaneis puer erudiatur. Addit Plato, quoniam infantes propter ætatis imbecillitatem fictis narrationibus delectantur, conſiderandum quas fabulas nutrices ijs narrent, ne obſcœna, improba, væſana contineāt (cum ferme inania quæq; & deridicula in nutricum cunas ablegare conſueuerimus) ſed quæ ſimulacra & imagines ſint earum virtutum, quibus reliqua vita exornatur. Æſopi fabulas præſertim ſelectas & eleganti carmine explicatas, quod Faernus noſtra ætate Latine præſtitit, infantum auribus & ſenſibus conſentaneas fore putabā. Cantiones promiſcuas & ex compitis deſumptas vſurpare debere nutrices infantibus oblectandis, conciliando ſopore vērum non eſt: ſed quæ probitatem pietatemque redoleant, quibus in memoria relictis virtutum ſemen exiſtat. Curandum denique, vt domi pueri nihil audiant, nihil videant à prima ætate, quod non ſit ex probatiſſimis moribus & ſanctiſſima diſciplina. Ariſtoteles ne ſigna quidem & tabulas obſcœnas obijci infantium oculis vult. eoſdē à thea-

tro

tro arcet omnium turpitudinum fœda officina:cuius præcepta vellem noſtri homines ſequerentur. Hanc adhibendam diligentiam putabamus fœtibus nutriendis:quæ ſuperſtitioſa fortaſſis videatur, ſi noſtros mores & ignauiam conſideres, pro rei natura haud ſatis magna. Nos inepti qui agris, vineis, oliuetis magnam curam impendimus: filios ſeruis erudiendos permittimus, quorum conſuetudine carere potius per omnem vitam deberent, ne peſtilenti morum afflatu corrumpantur. nutrices adhibentur è promiſcua turba arreptæ nullo iudicio,modo copioſo lacte pectus redundet, cum quo tamen tetrum ſpiritum ducant,quo corpus & animus inficiatur: contagione morum, verbis, exemplisque corrumpantur. Mentior niſi pueros peruerſis moribus exiſtere miratus fratribus & parentibus diſſimiles nutricum vitio,tantam morum & ingeniorum labem contigiſſe cauſam ſciſcitatus ſæpe deprehendi. Ac duas præſertim ſorores moribus, ingenio, forma diſcrepantes nominare poſſem,alteram modeſtiſſimam matris lacte creuiſſe, alteram agreſti nutrici atque temulentæ commendatam,prauo lacte ingenium commutaſſe,euaſiſſe ferocem.

CAPVT III.

De prima Principis inſtitutione.

DE ſingulis diſputauimus, nutritione diſciplinaq; liberorũ.de futuro Principe dicere nihil attinet,res ipſa indicat,exquiſita & maxima diligẽtia opus eſſe,ne leue initio peccatum,publice dein-

de reipubl. malo luantur. In faſtigio enim rerum collocatur Princeps, vt numinis inſtar ſit, quaſi heros de cœlo lapſus maior conditione mortali. Augenda maieſtate, reuerentia concilianda in ſubditorum animis, regius apparatus adiungitur, trabea, gemmæ, veſtes auro & purpura rigentes, ſuperba aulæ ſtructura, aulicorum ingens numerus, ſatellitum ordo, vt eo ſplendore perſtrictis mortales oculis in officio ſe contineant. Recte hæc & prudenter. Adiungantur tamen virtutum omnium ornamenta, prudentiæ, humanitatis, fortitudinis, iuſtitiæ: litterarum & ingenii cultus adiungatur, quibus plebeij etiam homines venerandi efficiantur, cælestibus ſimiles. colatur diligenter ager, vnde vniuerſo populo annona ſuppeditanda eſt, Principis animus. Proſpiciatur oculo ex altiſſima ſpecula in omnes reipubl. partes contemplanti, cunctis proſpicienti maioribus, medijs, infimis. Curetur caput, ne tetra defluxione reliquum corpus inficiat. Eſt enim grauiſſimus morbus, vt in hominibus, ita in republ. qui diffunditur à capite. Optandum quidem eſſet, vt Princeps omnibus animi & corporis dotibus præ cæteris emineret: & quo fortuna locusque altior eſt, eo maiora ornamenta haberet, quibus popularium beneuolentiam conciliaret, quæ metu præſtantior eſt. cuius in ipſo nutu plurimum auctoritatis inſit, cuius è vultu ipſo atque oculis eluceat grauitas humanitate condita. Vellem eximia formæ dignitate eſſet, procero corpore, perſpicaci ingenio, ad omnium animos deuinciendos ipſis gratiarum manibus factus. Sed votum id eſt, & rara felicitas cœlo data potius quam hominum prudentia quæſita: præſertim principatu hæredi

reditario, præfectoque eo quem Princeps pater quamuis infeliciter genuit. Tametſi ad id periculum vitandum non parum contulerit, coniugem delegiſſe magnis animi & corporis dotibus, nobilem, pulchram, modeſtam, & quoad res patietur, locupletem: vt nihil humile aut ſordidum in moribus exiſtat: corporis venuſtati, maiorum virtutibus reſpondeat magnitudo animi. nimirum matrem futuram eius qui cæteris omnibus eſt imperaturus, exitium aut ſalutem allaturus ciuibus vniuerſis & ſingulis. Quod noſtrum tamen eſt, cætera omnia comparanda adijciendaque ſunt: quibus virtutes in natura inſitæ augeantur, minuantur ſi quæ exiſtunt vitia, illuſtretur vita futuri Principis & ornetur. Seruetur naturæ inſtitutum, quæ non minus Reginis, quam alijs mulieribus duas mammas attribuit, eaſque lacteſcere voluit partu maturo: vt filij nimirum lactis vbertate materni ſuſtentati, meliores vegetioreſque fierent. Sed quando tantum inter nos deliciæ creuerunt, vt nulla ferme paulo honeſtior mater nutriendi laborem ferat: quod reliquum eſt certe & impetrare debemus, nutrix deligatur cautione maxima: non ad cuiuſquam gratiam in regiam irrumpat, quod eſt nefarium & turpe. vti ſuperiori ſeculo in Luſitania Principem iuuentutis educandum amica Epiſcopi, qui multum in prouincia poterat, eo agente ſuſcepit cæteris diſſimulantibus, proh grauem turpitudinem & pudendam. Qualis ſucceſſus fuerit, dicere non eſt neceſſe, ſpe melior, neque nomina prodere eorum qui peccarunt eo facto. Sed noſtra tamen ætate frequenti fama vulgatum eſt, vero an falſo haud

facile dixerim, ſed fama tamen percrebuit, Principem alterum in ſpem natum ampliſſimi regni noxia tabe vlceribusque, primis annis laboraſſe nutricis vitio tetra contagione infectæ. Pudendam atque deteſtandam incuriam, niſi multa eſſent quæ humano conſilio prouideri non poſſent.
Quod conſequens eſt, ne à nutricis ore verbum vllum petulans aut obſcœnum excidat: ne perpetuo infantis animo infixum permaneat, pudoris ab eo initio ſequatur interitus, quanta cum pernicie dicere non eſt neceſſe: totum enim ſtudium dignitatis & honeſtatis extinguitur, libidini fræna laxantur ac vniuerſa vita corrumpitur, turpitudine & fœditate ſuſcepta ab eo aditu. Præterea eo inſtitutore creſcat puer iis præceptis, quibus in magnum deinde Principem euadat, par imperio contingat auctoritas. Deligatur ex omnibus magiſter morum, magiſter litterarum futurus prudentia conſpicuus, eruditionis opinione præſtans, iisque virtutibus, quibus alumnus Princeps informetur ad omnem probitatis partem. Quod caput eſt, nullo vitio ſit infectus, quod frequenti vſu traductum in puerum atque infixum ad reliquam ætatem hæreat: vti Alexandro Macedoni contingit, Leonidis inſtitutoris, quæ hauſerat vitia, elui penitus atque ſanari in omni vita non potuiſſe. Sed non vnus, inquis, magiſter ſit ſatis. Multa à Principe præſtanda ſunt quæ niſi à primis annis tradentur, fruſtra deinde labor ſit. iura danda populis, magiſtratus creandi, belli pacisque conſilia ſunt adminiſtranda, de multis quæ frequenter incidunt loquendum ac iudicandum. Omnibus diſciplinis, vnde hæc petēda ſunt, vnum
excel-

excellere non contingat: ſingula delibaſſe atque in mediocritate quadam conſiſtere exigua laus, neque idonea Principis magiſtro futuro. In qualibet arte vel prima præcepta rudimentaque melius tradet, qui eius artis fuerit peritiſſimus: vti in tradenda Latina lingua, diſciplinis alijs ingenuis contingat. Verum iactis latinitatis fundamentis, atq; deguſtatis quibuſdam alijs conſentaneis artibus, de rebus adminiſtrandis bello paceque audire viros peritos quid vetat? opeque eorum Princeps quamuis excultus litteris, quantouis ingenio præditus opus habebit. alieno conſilio vti ſalutare. Et placet nihilominus Perſarum inſtitutum, qui quatuor viris primarijs Principem inſtituendum commendabant: vt in qua quiſque arte excelleret, eam maiori dexteritate traderet. primus litteras doceret, alter leges patrias, à tertio cæremoniæ religionis tradebantur ritusque ſacrorum, à poſtremo artes militares, in quibus tantum præſidij eſt reipub. conſtitutum. Inter nos Principi inſtituendo duo modo viri primarij prudentia & probitate principes deſignantur à patre Rege: alter litterarum magiſter eruditionis opinione ætateque grauis, alter actionum moderator & dexteritatis, moris omnis haud ignarus. Verum quocunque numero ſint, quibus tenera ætas Principis formanda creditur, ij præcipuam & maximam procurationem ſibi demandatam putent: vt muneri ſatisfaciant, dies noctesque vigilare debent. Polycletum nobilem ſtatuarium tradunt librum de artificio ſuo edidiſſe, quem canona, id eſt, regulam inſcripſit. quo libro omnia quæ in ſtatua hominis fingenda obſeruare conueniret, quæ ſingularum partium

figura eſſet, quis ſitus, quis habitus diligenter explicuit. eodem autem tempore ſtatuam à ſe factam publice propoſuit, in qua quoniam omnia artis præcepta conſumpſerat, ipſam quoque canona nominauit. Vellem hanc rationem Principis inſtitutores imitarentur, vt ſi minus libro ſcripto præſtarent, certe vita ipſi omnia præcepta virtutum & ſapientiæ à magnis philoſophis tradita. ad ea Principis animum fingendum, a que in eo exprimenda vniuerſa putarent. Quod rectæ inſtitutionis caput eſt, ijs prima cura eſſe debet arcendæ ab aula turpitudinis & improbitatis præſertim: ſed & vitiorum aliorum omnes aditus ſepiant atque ferruginent. Iuuenibus inuerecundis & petulantibus locus apud Principem non ſit: ne obiecta libidinum imagine peſtilenti oris afflatu corrumpant euertantque penitus atque momento, quæ longo tempore in Principis animo coaluerunt virtutes, ex infami gratia captantes honores & copias (quorum eſt magnus numerus) aſſentatores, vaniloqui, ſaluti publicæ inſidiantes: quæ peſſima ars multorum nimium proſperis ſucceſſibus creuit. Scimus ingentes inter nos opes fundatas, nobiles principatus conſtitutos multis locis ab ijs; qui abiecto pudore, ſcelerum adminiſtros ſe Principi varijs temporibus præbuerunt. quorum nomina ne memoriæ prodantur poſteris eorũ & neceſſarijs tribuendum puto. Et tamen ſæpius multoque plures euerſos breui conſideramus. ſubeunte videlicet Regis animum pœnitentia aut ſatietate minori in gratia ij ſunt, deinde odio: quia quaſi exprobratores aſpiciuntur à Principe; ab alijs quaſi corruptores & ſcele-

ſcelerati. Proxima cura ſit excolendi Principis veris virtutibus atque erudiendi, blando ſermone quidē ſæpius, quæ præcipiendi ratio commodior multo eſt: ſed cùm opus erit ſeueritas adiungatur, verbis caſtigetur, plagæ nonnunquam addantur: ne indulgendo indoles præclara deprauetur, aut vitia, quæ ſunt in natura inſita, robur accipiant. Leones, ferum animal & immane, neq; verberibus cædendi ſunt, neq; demulcendi blanditijs frequenter: ſed popiſmis minæ permiſcendæ. ea ratione eoq; temperamento facilè cicurantur. alioqui plagis ne feritas recrudeſcat, blanditiæ ſuperbos faciant, ex vtraque parte intractabiles euadant, verendum eſt. Ingenium quidem Principis diſpiciendum eſt, & quibus rebus maxime moueatur, ijs inſtitutores vtantur, ſi fræno retineri amat, ſi calcaribus concitari. pudor ſubruſticus amoueatur; impudentiæ medeantur ſi adſit: eoq; vela conuertant, vbi aduerſarij vitium conſiderabunt. moneant. præcipiant, obiurgent, coerceant aliquando malo, inſolentes cupiditates frangant: omnemq; diligentiam adhibeāt, ne alumnus præfracto ingenio ſit petulantiue: vnde pernicies ipſi & ſubditis comparetur. Ita Theodoſium Magnum inuenio Arſenio, quem Roma accerſitum filijs erudiendis præfecerat, edixiſſe, vt quoties ei videretur, eos verberibus cæderet, neque vnquam in eorum erratis conniueret. Virum magnum orbis imperio digniſſimum. In quo ab omni memoria multos Principum inſtitutores peccaſſe inuenio, aut metu exacerbandi Principem, aut cupiditate eorum gratiam iniqua indulgentia promerendi. In ijs Romæ Seneca ſummus quamuis philoſophus erudiēdo Nerone Prin-

cipe: in Caſtella Alfonſus Alburquerquius Petro Rege inſtituendo, cui Crudeli cognomen fuit, accuſari fortaſſis poſſint praua inſtitutione naturæ vitia auxiſſe: acceſſiſſe alia. Indicio eſt vtriuſque ijs Principibus præcipua gratia, rebus omnibus auctoritas, opes immenſę non ſine inuidia atq; obtrectatione aliorum, ſuſpicantium malo publico priuatas rationes augere indulgẽdo voluiſſe: qua nulla grauior peſtis, non modo reip. ſed auctoribus. opes enim flagitio partæ diuturnæ propriæq; non ſunt. Scimus quidem Senecam à Nerone peremptũ (ea merces diſciplinæ fuit) impie, dices, & immaniter. quis id negat? quis non videat? ſed gratia tamen molli educatione collecta odio mutatur. Alburquerquium fuga compulſum ſaluti conſulere conſtat, hoc maiori felicitate, quod communicatis cũ alijs proceribus armis in ipſo vindictæ conatu defunctus, non ante quieuit. tamen ſepultura data, vti ipſe teſtamẽto mandauerat, q̃ Petro Rege ad Taurum vrbẽ partium diligentia capto. ne tantas ſtrages daret ſcilicet prouidebatur. Ad extremum inſtituatur Princeps, neque libidini, auaritiæ, immanitati ſeruire, neque leges ſpernere, neque formidine ſubditos terrere, neque vitiorum ſordibus & libidinum licentia vitę & imperij fructum arbitrari: ſtupra & comeſſationes: quarum rerum libido & voluptas penes ipſum ſit, rubor ac dedecus penes omnes. Sed vt regias potius virtutes perſequatur monendus eſt: atque Regis munus & partes identidem explicandæ. Rex enim (ſi modo eo nomine dignus eſt) diuinæ legi paret, rationis ductũ ſequitur, iuris æquabilitatem tenet, coercet libidinẽm, malitiam fraudemq; odio habet, acceptam

poteſta-

poteſtatem vtilitate publica & commodis non licentia definit: tantumq́, reliquis hominibus honeſtatis opibus & ornamentis antecellere conatur, quantum opibus & dignitate maior ipſe eſt. nullũ vitæ periculum, nullum laborem pro patriæ ſalute recuſat, in bello acer, in pace moderatus, nihilq́; magis cordi habens, quam vt populos ſibi commiſſos beatos faciat, omnibusq́; bonis affluentes. Sic diuino præſidio cinctus & veriſſimis honeſtatis laudibus circumfluens, ciuium ad ſe voluntates allicit, abſolutiſſimum exemplar factus priſcæ maieſtatis, quaſi ex annalium memoria aut etiam è cœlo diuinus homo. qua beneuolentia opinioq́; à ciuibus ſuſcepta, multo amplius quàm vllis viribus & armis imperium à maioribus acceptum æternum cõfirmabit, fauſtum ſubditis propriumq́; poſteris faciet: nulla vt vi externa euerti nullis inteſtinis fraudibus inſidijsq́; opprimi poſſit. Hæc de regia inſtitutione in genere dicta ſunt: deinde de ſingulis eius partibus eſt dicendum.

CAPVT IV.

De victus cultusq́; ratione.

PRæclaram multorum indolem publice priuatimque ſæpe conturbauit copia voluptatum. victus immoderatus, cultus delicatior gentem Hiſpanorum ad arma natam, vertenti fortunæ tribuit: atque ita vt è faſtigio rerum, vbi collati erant, in varias calamitates & magnas præcipites abierint. Ingentes animos atque inuictos, laboris & inediæ patientiſſima corpora, quibus virtutibus magnæ difficultates mari terraque ſuperatæ ſunt, imperi-

imperium vltra ſolis vias, ipſosq́ ie Oceani limites propagatũ peregrinæ voluptates fregerunt Romanorũ exemplo, haud minori periculo. Vix credat aliquis quod eſt veriſſimum. Plus hodie cupediarum in vna vrbe inſumitur, tragemata, dulciaria, ſachari amplius, quàm parentum ætate in vniuerſa Hiſpania. bombycinæ veſtis quantum Deus immortalis? elegantius hodie lanij, ſartores, fabri veſtiuntur, quam ante noſtram ætatem ciuitatũ principes, viri nobiles & primarij. quod ad felicitatem horum temporum pertinere vulgo homines interpretantur, inde maius periculum imminet. Iam ſi priuatis hoc contingit, quid putemus in regia fieri: vbi tanta voluptatũ copia eſt, delitijs omnibus ex omnibus locis in vnum locum collatis? Profectò niſi magna diligentia adhibeatur, periculum eſt, ne Princeps à tenera ætate molli educatione corruptus, ſagina grauis, morbis oppreſſus, neque bello neque pace bonus ſit, quanta cum calamitate reip. dicere non attinet, quiuis per ſe intelligit. Sic Principes videmus neruis ſæpe laborare, abdomine multo graues eſſe, ad multam diem ſomno indulgere, magnam vitæ partem medicis & curationi corporis dare, ac denique ante tempus extingui, quod non laboribus, curis, ſolicitudini tribuatur: ſed inertiæ, luxui, voluptatibus. Qui enim cibo & potu, quibus ſe ingurgitare ſine modo conſueuerunt, concoquendo idonei ſint: vt non noxiæ morborum cauſæ exiſtant, tetri humores & corrupti? Et cum omnis educatio referri debeat, vt vires corporis & animi maiores firmioresq́ue euadant: cura aulicorum in eo conſumi videtur, eo ſpectare, vt vtriſq; viribus fractis inutilis Princeps ad res gerendas

das reddatur. Primùm enim corpus mulieribus effœminandum tradunt, cauentes ne ſolem aſpiciat, aut auro paulo vehementiori affletur, labores omnes fugiat & vitæ moleſtias: aulæ parietibus incluſus quaſi in ſolitudine puellę ad inſtar tenerę atque delicatæ retineatur, aſpectum frequentiamq́; fugiens, ne ſermonis quidem commercio cum æqualibus dato, ludendi exercendique corpus facultate ſublata. Mulieres, quaſi vna cura ſit Principis ſaginãdi, ganeæ & ventris cura cibi, vt egregia quadam arte conditi palatum excitent, copia tenera ætas obtundatur, vrgent vt comedat, & ſingulis prope horis cibos ingerunt intruduntque importunæ atque graues: & quaſi id tantum operis ſit datum, vt Regem epulis onerent, ne ſe loco commoueat, ita conatum omnem in hoc vnum ſtudium conferunt: vt quoties minus aliquanto cibi ſumit quàm ipſæ volunt, id indigniſſime patiantur. Adde aromata, odorum ſuauitatem, vnguentorum fragrantiam, gemmarum ſplendorem, totius ornatus & cultus mollitiem, reliquas illecebras, quibus robuſti etiam & confirmata ætate eneruantur. An Princeps ne falſa illa dulcedine corrumpatur & à mentis ſtatu deflectat, quis præſtare poſſit in tantis delicijs tàm effœminata vita? neque enim molli & eneruato corpori animus ingens & fortis deuinctus eſſe poteſt. vna opera vtriuſque vigor & fortitudo corrumpitur, quaſi cera ignis calore liquefacta. Voluptatibus enim aſſuefacto corpore, qui laborem & moleſtiam forti animo amplectatur, virtutem conſectetur, quæ in arduo poſita eſt: & nõ potius in vitia diffluat, quæ ſunt in præcipiti? An ægro corpore, inerti, ignauo bellum prompto

animo

animo ſuſcipiat, ductor ipſe copiarum ſi opus ſit, in labore princeps. imperandi curas, moleſtas quamuis & graues libenti animo ſuſtineat? Rempub. inuerti potius permittet, quam vt laborem & moleſtiam ſuſcipiat. In otio & vmbra educatus, negotium fugiat neceſſe eſt: voluptatibus hauriendis ſitienter incumbat, eum vitæ & imperij fructũ præcipuum ratus, ſi nulla cura interpellet, nullam horam vacuam iucunditate patiatur elabi. Multa exempla calamitatum afferri poſſent, quæ mollis & vmbratilis educatio Principum, reipublicæ attulit. Sed vix vllo tempore Hiſpaniæ res magis perturbatæ fuerunt quam Ioanne ſecundo Caſtellę Rege. in quo multa bona inerant. corpus procerum & candidum, ingenium mite: venatione & ludicris certaminibus oblectabatur, neque à litteris abhorruit, verſus ipſe ſermone vulgari non inepte pangens: quas virtutes vmbratilis & mollis educatio corrupit. In primis annis mortuo patre Henrico tertio, ne à proceribus ſubtraheretur, occaſioq; exiſteret rerum nouandarum, Valliſoleti D. Pauli vicinis ædibus ſex amplius annis, nempe ad matris, in cuius tutela erat, obitum limine retentus eſt, erepta libertate exeundi, quemquamue præter miniſtros aulæ ad ſe admittendi. Miſeram regni dixerim an Regis cõditionem: rectorem omnium publico carere, vt ne proceres quidem agnoſceret: loquendi audiendique commercium auferri Principi, ſolitaria & vmbratili vita palleſcere. Indignum facinus. quaſi altilem in auiario pullum mihi ſagines, qui ad ſudorem & puluerem natus eſt? in vmbra & inter mulieres creſcat, cui corpus debet eſſe potius labore & victu moderato duratum, vt ad res geren-

gerendas idoneum morborum cauſis reſiſtat, in bello frigus æſtumq; iuxta patiatur? publico ſubtrahas qui debet potius à puero aſſueſcere in maxima celebritate, & in media republ. viuere, non reformidare homines: cuius excitanda mens & attollenda ſemper, quæ in receſſu langueſcit & quemdam velut in vmbra ſitum ducit, aut contra intumeſcit, inani perſuaſione ſibi plus iuſto tribuens, quippe cum nemine comparatus? Voluptatibus frangas animum, qui dies noctesq; quaſi in ſpecula præſidere & in omnes reip. partes debet proſpicere? Næ ea mollities magno Principis dedecore, magno ſubditorum damno conſtabit: pueritiæque & adoleſcētiæ maior ætas ſimilis erit, imbecilla, lubrica, dedita libidini ac cęteris voluptatibus. Quod in hoc Principe perſpicimus. defuncta enim matre, & rerum cura ſuſcepta, quaſi ex tenebris & ex materno vtero in hanc lucem denuo repenteque productus, perpetuo hallucinatus eſt. magnitudine negotij obruebatur animus, aulicorum ſemper obnoxius imperio, quæ maxima pernicies eſt: vnde continui motus extiterunt & graues. Verum hæc vitia accuſare facile eſt, emendare quis poſſit? quis quod veriſſimum eſt Principi perſuadere, mulieribus munditias, Principibus laborem conuenire etiam in tenera ætate? Mollem & delicatam vitam certam peſtem afferre, affirmare quis audeat, apud eos qui imperij maieſtatem mollitie, libidine volubtatibusque definiunt: ventri & turpiſſimæ corporis parti ſeruire præmia vel maxima imperij ſuſcepti, ſtupra, comeſſationes arbitrantur? Principum cupiditatibus indulgere obſequij gratiſſimum genus putant, ad honores & amplas opes

certiſſi-

certiſſimum adi um? Atq; hæc omnia non eo pertinent, vt puero Princi, i quæ ad victum cultumq; ſunt maligne ſuppeditentur: quod eſt noſtris Hiſpanorum legibus de ed catione Principis aduerſum. Seruetur naturæ inſtitutum: quo cunctæ animantes procreandis fœtibus lactis alimentiq; copiam ingerunt quam poſſunt maximam. Ad augẽdum corpora, confirmandas vires nulla commodior ratio. Adde puerum præſenti copia contentũ non de cibo aut veſtibus, quod faciunt egenorum filij, ſed de rebus maioribus cogitare, atq; ad illas contendere, alia omni cura ſublata: vnde magnus animus & excelſus exiſtat. Verum id eſt. ſed illud curandum maxime, vt victus copioſus, cultus elegans magis quam mollis & delicatus exiſtat: quibus rebus non vires confirmentur, ſed corpus voluptate molleſcat, langueſcat vitijs & libidine animus. ex vtraq; parte vitiorum omnium exiſtat ſeminarium. Verum hæc mittantur: & de corporis exercitatione pauca ſubijciamus.

Capvt V.

De exercitatione corporis.

MOlli educatione ſublata, vmbratili vita ab aulis Principum reiecta, conſequens eſt, vt labore frequenti corpus exerceant, firmum robuſtumq; reddant honeſta exercitatione: animũ impigrum & audacem & ad ſtudium bellicæ gloriæ concitatum efficiant: quibus ſtudijs corporis valetudo proculdubio confirmatur, animus ad omnia officia modeſtiæ & humanitatis & pudoris eruditur. Principe otioſo & ignauo nihil eſt exitialius

Quæ

Quæ res Solonem virum ſapientem & prouidum impulit, vt Athenienſium filios palæſtra & litteris & muſica diligenter inſtituendos curaret, lege in omne tempus ſancita. Vidit vir Græciæ ſapientiſſimus eſſe ciuibus vires corporis & animi comparandas. Vidit humanitatis & modeſtiæ laudem conſectandam, ſi vellent eſſe felices, libertatem & reliquas opes tueri: quæ bona ignauia & mollitie amittuntur, vel temeritate & audacia pereunt. Vt igitur ciues ſuos robuſtos corpore, animo fortes efficeret, palæſtram inſtituit: vt autem ad humanitatem erudiret, litteris & muſica mitigandos cenſuit. Hoc ipſum Lycurgus Lacedæmone non admodum diſſimili ratione præſtitit. Nam cum nuſquam ſtudium extiterit exercendi corpora & corroborandi, tum in nulla vnquam gente maior laus pudoris enituit. Mira ſunt quæ de Spartanæ iuuentutis modeſtia & honeſtate commemorantur. Sic adoleſcentes inſtitutos, vt neque oculos in publico attollerent, neque faciem verſarent, neque aliquod ſignum inſtantiæ præberent: ea modo quæ ante pedes erant, conſpicere, manus ipſas inducta veſte contegere, ſenibus loco cedere, nullum verbum petulans aut obſcœnum proferre, in choreis & canticis nihil laſciuum aut molle vſurpare, aut audire à primis annis edocebantur. Conſentanea Soloni ſummus philoſophus Ariſtoteles pueris inſtituendis præſcripſit ad litteras gymnaſticam & muſicam, quæ ille præſcripſerat, de ſuo ipſe figuratiuam artem adiiciens, non commercij tantum cauſa, ne comparandis inſtrumentis & varia ſuppellectile fallatur ſpecie: quid enim minus viro probo ac præſertim Principi conueni-

at, quam ſtudia vitæ ad ſuum commodum referre, compendij cauſa nobiles artes ſuſcipere? ſed vt artificio aliquo conflandi metalla, pingendi, fingendiue occupetur otij tempore, vitiorum omnium ſemente facienda in primis apto. Præterea vt opera plena artis, plena ingenij ſigna, tabulas, vaſa ex argento & auro cælata, ingentes ædificiorum ſtructuras, moleſque virium humanarum modum ſuperantes dignoſcere poſſit, atque de illis ſtatuere omnium elegantiarum peritus, non tantum aliarum artium, quibus humana vita inſtruitur & ornatur, reſpubl. belli & pacis tempore regitur. Verum hæc mittamus. ac ne de litteris quidẽ & muſica diſputamus, quæ ſeparatam tractationem requirunt. Quod loci præſentis eſt, Principem iubeo certamina omne genus inſtituere inter æquales, quib. ipſe interſit, non modo ſpectator cæteros accendat, ſed ſæpe etiam particeps: quod ſine maieſtatis ſugillatione contingat. Ergo concurrant inter ſe iuuenes ex aula & reliqua nobilitate ſelecti ludrico certamine in iuſtæ pugnæ modum: cum ſingulis ſinguli aut facto agmine ſudibus gladijſque equites peditesue pugnent. Curſu de velocitate pedum aut regendi equos recto curſu, aut varios orbes implicandi explicandiq́; dexteritate contendant, præmijs etiam victoribus propoſitis ad accedendum certamen. inter ſe ex equis iaculentur Mauricæ pugnæ genere, quo alterius agminis pars facto impetu primum procurrit, miſſiſque in aduerſarios arundinibus iaculorum imagine, pedem referunt ceduntque prementibus aduerſarijs: quos excipit pars altera agminis quaſi in ſubſidijs relicta: hanc ex aduerſa parte alij ad lu-
dum

dum continuandum. Diſcant in equos è terra inſilere inermes ferroque tecti, deſultoriæ artis peritia: quod rebus aduerſis in bello, victis in pugna non priuatis militibus, ſed Principibus etiam & magnis ducibus ſalutare fuit. Certe Ferdinandus iunior Neapolitanus Rex, cum victis fugatisque ſuis copijs ab hoſte, equus etiam quo vehebatur confoſſus eſſet, in oblatum equum vt erat armatus inſiluit, ſeque periculo eripuit. qui equum dedit vir nobilis pro ſuo Rege grata ſuperis, grata hominibus victima cecidit. Vetuſtiori memoria omnino anno milleſimo ducenteſimo octauo, Petrus Aragonius Rex in Valentiæ fines contra Mauros incurrit. pugnanti confoſſus equus: veniſſetque haud dubium in poteſtatem hoſtium, ni Dieghus Harus, qui à Mauris ſtabat, humanitatis memor, oblitus iniuriarum, quæ ab Aragonio & alijs Chriſtianis Regibus, Caſtellæ præſertim & Legionis extiterant, periculo eripuiſſet equo præbito: etſi nō ignorabat in magnam ſe eo facto inuidiam apud Mauros venturum. Neq; minus vtile erit de ſagittandi peritia certamen inſtituere, globisue è ferreo tubo flamma eluctante eiaculatis in modum fulminis, ſignum propoſitum petere præmio deſignato, ſi quis primus collimauerit. Lucta innexis inter ſe brachijs, iactuque vires oſtentent: in oculis Principis, ipſoque laudatore, neque ignauia cuiuſquam neque peritia latebit. Quæ ſunt omnia bellorū imitationes & imagines ad vires corporis exercendas idonea, excitandam audaciā, pellendū timorē, dexteritatemq; comparandā in primis vtilia. Senſit elegans poeta quanti ea certamina referant, quando pueros Latinorum finxit ante

vrbem ei exercitationi vacare, quatuor verſibus recte inſtitutæ iuuentutis repræſentans imaginem.

Ante vrbem pueri & primæuo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus.
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis
Spicula contorquent, curſuq; ictuq; laceſſunt.

Ludicris certaminibus adijciantur venationes. perſequendo feras patenti campo decurrere, montes ſuperare diſcant: corpus inedia, ſiti, labore fatigare. Addantur tripudia more Hiſpanico tibiæ ſonitum pedum pulſu modulante. Ludant pila. ioci alij, riſus. oblectationes concedantur: ita tamen vt nihil obſcœnum ſit, quo libido irritetur, nihil crudele quod à Chriſtiana pietate ac moribus abhorreat. fictis tantum ac ludicris ad ſeria & vera certamina inſtruantur. Atque illud in primis caueatur, ne pueri ac Princeps præſertim, exercendo corpus vires frangant. frequentes magis exercitationes q̃ graues eſſe debent: vt cæteris vitæ partibus ita in ludicris certaminibus & reliquo labore modus ſit. quod Ariſtoteles præcipit diligenter obſeruandum: affirmatq;, qui violenter corpus in tenera ætate exercuerunt, in reliqua vita fractis viribus debilitata valeditudine parum profeciſſe. argumento quod qui intra adoleſcentiæ annos Olympica vicerunt, vix vnus aut alter ex eo numero potuit confirmata ætate ſimilem in ijs certaminibus palmam reportare. Ex his ludorum generibus ea ſibi Princeps deligat, quibus corpus exerceat, vnde decus & laudem referat, præſter æqualibus, certe inferior alijs non ſit: præſertim ſi ludi in oculis multorum exhibeantur, committere non debet, vt à quoquam iure contemnatur, habeatur imbecillis aut ignauus: quod

quod ſine iniuria maieſtatis non contingat. Multum ergo meditatus ad certamen ludumq́ue accedat: caueatq́; ne pro laude contemptionem apud ſubditos pariat. Ad extremum ſit Principi, ſit eius inſtitutoribus perſuaſum, non omnes ludos maieſtati conuenire. certe non luctabitur cum æqualibus, neq́; corpus quod ſanctum haberi debet, contrectari à quoquam ſinet, contorqueri, ad terramq́ue affligi; quod nefas eſſet quamuis ioco vſurpatum. Tripudij particeps in publico non erit etiam laruа tectus, nam facta Principum latere non poſſunt. membra bacchantium in more agitare Principi non conuenit, multo minus in ſcenam pdire, agere fabulas, pulſare citharā: quæ libertas in Domitij Neronis morib. vel maxime accuſata eſt, ipſi exitium maturauit cunctis eum imperio ineptum iudicantibus, qui in hiſtrionis habitum degeneraſſet. Ac ne ſpectandis quidem publicis hiſtrionibus & venalibus operā dabit, ne tempus tam male cōllocatū perdat, perſonæ q̄ gerit oblitus videatur, auctoritatem conciliare arti turpiſſimæ exitialiq́ue: vnde vitiorum ampla ſeges exiſtit. Sint ergo exercitationes Principis honeſtæ, ſint frequentes potius quam violentæ: atq; ita valetudini conſulatur, ita viribus animi & corporis confirmandis detur opera, vt nihil de maieſtate decedat: vel ipſi ludi ad ſplendorem principatus & decorem comparentur.

CAPVT VI.

De litteris.

ITa corpus tamen exerceatur, vires & valetudo frequenti labore confirmentur, alatur fortitudo

fœditate eo audiente diſſeratur: de futura vita, immortalitate, præmijs & ſupplicijs quæ pro conditione vitæ hominibus comparantur. Decurſis primis annis infici debet ijs artibus, quas ſi dum eſt tener, combiberit, ad maiora confirmata ætate paratior veniet. ac ferme ſeptennio elapſo accedat litterarum magiſter, quem vellem ſummis philoſophis parem. nam vt Princeps vltra eruditionis mediocritatem non procedat, præceptor accedere debet excellenti doctrinæ opinione. Sic multo cõmodius quod cupimus, & quod eſt neceſſe conſequemur. Compendij breuiſſimi ad inſtar id erit. Certe doctus & deſertus præceptor ſit, moribus compoſitis, vt puerum optimis artibus atque diſciplinis inſtruat, & ad omnia officia optimi Principis & gubernatoris erudiat. Laudo Philippum Macedonem, qui Alexandro filio nato tantum ſtudiũ poſuit eo inſtituendo, vt ad Ariſtotelem ſcripſerit, qualem ac quantũ ea ætate philoſophum? nõ tantas ſe Dijs immortalibus gratias agere pro filio ex vxore Olympia nato, quam quod eo tempore ſuſcepiſſet, quo poſſet ab illo erudiri optimis artibus. nec ſolum ſcripſit, ſed re etiam præſtitit. Ex Ariſtotelis ſchola tantus vir Alexander euaſit, quãtus credi debet, qui orbi terrarum iugum imperij impoſuit, multis atque adeo innumeris gentibus leges & magiſtratus dedit: eaſq; ſublata feritate ad humanitatis cultum traduxit. Acrem atque vehementem naturã, & ſtudio gloriæ mirabiliter incenſam tanti viri diſciplina mitigauit. Sic quod orbem terrarum ſui nominis fama compleuit, doctoris prudentiæ tribuatur: quod multa furoris & amentiæ ſigna dedit ſemper bello quam poſt victoriam clarior,

rior, ingenij acrimoniæ adſcribi debet: quæ niſi modeſtia adſit, furor non virtus nominanda eſt. Ad frænandam libidinem, quæ cupiditas proximis adoleſcentiæ annis excitatur, magnum à litteris præſidium parabitur. tanta ſiquidem eſt oblectatio cognitione rerum ſeſe paſcentis animi, vt neq; laboris tædium, neq; auocantium voluptatũ illecebræ ſentiantur. Itaq; ſapienter poetæ cùm cæteros omnes Deos Veneris imperio ſubdidiſſent, in Mineruam modo & in ſtudiorum præſides Muſas nihil ei, nihil Cupidini iuris eſſe voluerunt. Longum eſt ire per ſingula. ſed temeritati, auaritiæ, ambitioni, quæ tandem aliæ res frænos inijcere atq; vniuerſæ turpitudini præter litterarum tractationem poteſt? Vnde exempla auditu frequenti lectioneq; ſuppetent ad animum veris virtutibus informandũ. Ergo prima eruditionis fundamenta diligenter poni debent. Diſcat puer expeditè legere quoduis ſcripturæ genus non elegantis tantũ, ſed etiã diſtortæ atq; vacillãtis. ipſos litterarũ nexus & cõpendia cognoſcat, ne opus alieno præſidio ad legendas litteras & actionũ formulas, quæ ex omnibus partib. afferantur, ſemper habeat. ꝙ arcanis continendis ſalutare ſæpe ſit. Doceatur ſcribere nõ inaccurate, vt pleriq; nobilium filij facere conſueuerunt, ſed eleganter & ſcite: quo libentius id faciat & minori labore, vti opus habebit per totam vitam. atq; in eam rem, etſi minuta videatur, multũ operæ, multũ induſtriæ à præceptore ponatur: conſilio, ſi opus erit, cõmunicato cum peritis eius artis. aliena etiã ope nonnunquã implorata, quo labori prouentus reſpondeat, neq; ſpes de Principis eruditione concepta in ciuiũ animis fallatur. Grammaticæ prima rudimen-

rudimenta non ineptis ſubtilitatibus grammaticorum onerentur (ſic faſtidium amouebitur & mora) ſed ſuperuacaneis præceptis reiectis labor inutilis remoueatur, neceſſarius leuetur laudis dulcedine & docentis vrbanitate. Plurimorum ergo operæ in explicandis auctoribus poni debet, in ſcribendo atque loquendo: vt vſu quodam quotidiano Latina lingua familiaris naturæ adinſtar efficiatur, his exercitationibus magis quam præceptorum copia. Inter auctores ex hiſtoricis Cæſarem, Saluſtium, Liuium deligendos arbitror, qui puero explicentur: quippe in rerum geſtarum explicatione prudentes & Romani ſermonis elegantiam, multis ſententiarum luminibus illuſtrantes. Confirmatis ſtudijs & peritia maiori Tacitus adiungatur, horrida oratione atque ſpinoſa, ſed arguta in primis magnum rerum theſaurum tegens, conſilia Principum, artes, fraudesque aulæ. In alienis periculis & malis, quaſi in ſpeculo, noſtrarum rerum imaginem contemplari licebit. Idoneus auctor quem nunquam Principes, nunquam aulici deponant de manibus, die nocteque verſent. Neque à poetis abhorrebit. Virgilij ingenium, orationis grauitatem & elegantiam admirari diſcat, Horatij ſententias, vrbanitatem, argutias admirabiles. illi tantum repellantur à Principis aditu, oculis, auribus, qui turpiſſimarum rerum commemoratione mores corrumpunt, petulantes, obſcœni, molles quantauis elegantia & ſuauitate. quorum eſt magnus numerus, certa pernicies ſi aures illis præbeãtur. Laſciui carminis venenum in animos influit, & elegantiæ ſuauitate conditum prius interitum affert, quàm remedium adhiberi poſſit. Quod ſi pi-

ſturæ omnes ſua fœditate libidinem inflammantes ſunt ab oculis iuuentutis & aſpectu remouēdæ, vti magni philoſophi præcipiunt: quid de carminibus laſciuis ſtatuamus? Eſt enim poema viua quædam pictura multo magis impellens quam omnes excellētium pictorum tabulæ. Omnes igitur poetę turpitudinem exprimentes non ab aula tantum, me quidem auctore, ſed à totius patriæ finibus exterminentur quaſi peſtes certiſſimæ ad corrumpendos mores, deprauandos animos comparatæ. De Ciceronis ſcriptis dicere non attinet. res ipſa indicat, non ſolū Romanæ copiæ parentē extitiſſe, ſed etiam reipubl. moderandæ ſalutaria præcepta poſteris reliquiſſe. libri eius de rep. perierunt: multa tamen in ſcriptis alijs pręcepta ſaluberrima continentur rebus gerendis: ac nominatim epiſtola eius ad Quintum fratrem, cuius initium eſt, *Etſi non dubitabam*, in hoc genere eſt admirabilis magni inſtar commentarij. Horum auctorum elegantiam & grauitatem puer imitari contendat. atque vt in omni vitæ parte, ita in ſtudijs ad ſumma contendat. altius enim ibit, quàm ſi deſperatione aſſequendi concepta, in quadam laudis mediocritate conſiſtat. Multum ergo ſcribat ac multa, epiſtolas, orationes: ſi ingenium & otium ſuppetat, etiam carmina. ſingula colo & commate diſtinguere ſciat. litteras maiuſculas ſuis locis adhibere. nihil enim in ea ætate negligendum eſt, quod conſequentibus annis emendari non poſſit. Ex Latinis Hiſpana, ex Hiſpanis Latina faciat: quæ exercitatio multum valebit ad augendam vtriuſque linguæ facultatem. formam orationis exprimet, in qua penitus verſabitur. abundabit copia verborum

optim o-

optimorum, compoſitione ac figuris non quæſitis, ſed ſponte ex mentis theſauro manantibus: ſeque totum ad exemplar veteris elegantiæ & grauitatis ſcribendo dicendoque conformabit. Volo enim vt non ſola ſcriptione contentus, Latine etiam loquentes coram audiat: libenterque interſit eruditis ſermonibus. cum æqualibus nō parum ſæpe loquatur. vnde facultas certe comparabitur hiſtorias veteres euoluendi, oratores externos qui Latine plurimum loquuntur intelligendi, reſponſa reddendi paucis verbis concepta, ſed ſelectis & grauibus. Nolimus equidem Principem ſtudijs immori: ſed hoc tamen præſidium facile comparabitur, ſi curabit magiſter vt frequenti vſu lingua Latina familiaris ac quaſi natiua efficiatur. In eam rē comites ſtudiorum haud exiguo numero dari volo: neque enim probo vt ſolus litteras diſcat, aut cum paucis. aſſueſcat potius à prima ætate verſari cum multis, iudicia hominum non reformidare: ne è tenebris in publicum productus caligare & offendere neceſſe habeat. Si ſol⁹ docebitur, ea diſcet quę præcipientur ipſi: ſi in ſchola, etiam quę alijs. Audiat multa quotidie probari, multa corrigi. proderit alicuius obiurgata deſidia, proderit laudata induſtria. Excitabitur laude æmulatio. turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe maiores. accendunt omnia hæc animos, & licet ipſa vitium ſit ambitio, vti Fabius eleganter ait, frequenter tamē cauſa virtutum eſt. Verrius Flacus ab Auguſto nepotibus delectus præceptor cum vniuerſa ſchola tranſijt in palatium auctor Suetonius. Cædi Principem vix conuenit, quia deforme & ſeruile eſt: ſed eo audiente, verbis caſtigari alios, plagis, ſi opus

erit,

erit, aliquando etiam impoſitis vtile erit. in alieno errato cautior ipſe atq; peritior euadet. Ex his comitibus vnum & alterum exiſtere multum iuuerit maiori peritia Latine loquendi. id ſi facere in omni ſermone familiari iubeantur, magni momenti locum obtinebit, vt lingua Latina puero familiaris & propria maternæ adinſtar reddatur. Inſanum quantum ea induſtria iuuerit. Denique perſuaſum Principem litteras non dedecere: ac vero rebus adminiſtrandis magnum præſidium non leue ſubſidium, vita reliqua ex virtute tranſigenda ab ſtudijs litterarum in prima ætate ſuſceptis comparari. Scimus quidem in Hiſpania præſertim Principes magnos extitiſſe exiguo aut nullo litterarum cultu in minori ætate: qualis recenti memoria Ferdinandus fuit, cognomento Catholicus, pulſis ex vniuerſa Hiſpania Mauris, ſubditisque imperio multis gentibus immortali Princeps laude. idem tamen ſi ad eximiam indolem litteras addidiſſet, multo maior & præſtantior extitiſſet. Recte & prudenter eius patruus Alfonſus Aragonius & Neapolitanus Rex Hiſpanæ gentis lumen decusque perpetuum, cum à Rege quodam Hiſpano dictum audiſſet, litteras Principem non decere; eam vocem non Regis, dixit, eſſe, ſed bonis. ipſe litteras in pretio habuit, viriſque eruditione præſtantibus tantum tribuit, vt ijs ſe inclinata quamuis ætate recoquendum præberet. Laurentio Valla familiariter vſus, Antonio Panhormita, Georgio Trapezuntio immortali laude viris: Bartholomæum Faccium, cuius extant de rebus Alfonſi commentarij, importuna morte extinctum tulit ægerrime.

CAPVT

CAPVT VII.

De muſica.

VIm præterea magnam muſici concentus habent, tum ad oblectandos animos, tum ad affectus animi in vtramque partem concitandos. qui enim numeris natura conſtamus, quod arteriæ pulſus, fœtus in vtero formatio, partusque & alia multa declarant numeris mirifice capimur. Siue recitentur carmina, oratio miſſa per numeros aures incredibili ſuauitate demulcet: inſtar aeris per anguſtias tibiæ compreſſi, mentis ſenſus lege carminis explicantur cum voluptate. Siue modulatis vocibus cum varij animi affectus motus exprimantur, incredibili dulcedine perfunditur animus, eaque oblectatione non modo curæ mitigantur, ſed feri agreſtesque mores emolliuntur ferri inſtar ignis calore victi. Quod Polybius libro quarto hiſtoriæ Romanæ teſtatur, Arcades, quæ gens in Peloponneſo erat, cum propter cœli rigiorem & triſtitiam aeris, magnos labores in agrorum cultura tolerarent, duritiam atque aſperitatem morum ex ijs laboribus prouenientem, muſicæ modis mitigaſſe: eoque non ſolum pueros, verum etiam adoleſcentes atque iuuenes vſque ad trigeſimum annum diligenter in ea exercendos curaſſe: Cynethenſesque, quæ pars Arcadiæ eſt, eo more priuatim contempto ex morum feritate in varia ſcelera, & multas calamitates præcipites abijſſe. Eam vim antiquiſſimi poetarum ſignificare voluerunt, Orphei cantu feras manſuefactas, Amphionis cithara lapides vltro ad ſtructuram Thebani muri concurriſſe.

curriſſe affirmantes. Sed præter oblectationem ad affectus animi varie concitandos multum muſica valet: proditumque memoria legimus Timotheo ad Alexandri menſam Orthium canente, Regem in furorem actum, repente arma inclamantem relictis epulis proſilijſſe. continuo tamen mutatis modis reuocatum ad ſobrietatem. quæ ſi vt conficta repudiamus, certe in maius aucta, nihil morabor: modo à Plutarcho libro de muſica extremo meminerimus affirmatum, ſeditiones morboſque graſſantes nō ſemel fuiſſe ſedatos muſicæ præſidio. Ex diuinis libris Dauide pulſante citharam Saulis Regis mentem malis incurſibus furiatam, rediiſſe ad ſanitatem conſtat. Nimirum anxietate ſedata muſicæ dulcedine, minor cacodæmoni poteſtas relinquebatur ad Saulem vexandum. Neque mirum: affectuum enim imagines varijs muſicæ modis cōtinentur, non quales picturæ mutæ, immobiles, incertes exprimunt. neque enim irati hominis imago in tabula depicta ad iracundiam inflammat, quod de ſignis alijs & tabulis affirmare licet, quantauis dexteritate ad viuum expreſſis: modis autem muſicis affectus ita exprimuntur, vt eoſdem in animis audientium ingenerent admirabili quadam poteſtate. Vtraque de cauſa muſicam etiam Principi addiſcendam cenſeo, in pretioque habendam. Niſi forte illa Ateæ Scytharum Regis feritas probatur, qui Iſmeniam ad epulas canere iuſſum, cæteris cū voluptate audientibus peritiamque laudantibus, ſibi multo iucundiorem eſſe hinnitum equi affirmauit omnibus Iſmeniæ cantibus. In quo declarauit, quam fero & agreſti animo ipſe eſſet. Neq; immerito magni philoſophi, rerum publicarum conditores,

ditores, in ea arte exerceri voluerunt iuuentutem: ſed vt illius dulcedine emollitis moribus ad humanitatem reuocarentur. Ergo Reges voluptatis primum cauſa, muſica opus habent: quorum aſſidui labores aliqua ſuauitate atque iucunditate leniendi ſunt, ſerijs miſcenda ludicra, vt durare poſſint. Simul animus curis grauis, venationi item & bellis aſſuetus, agreſtis & immanis euaderet, niſi muſici concentus ad manſuetudinem & benignitatem reuocent: qua virtute nihil eſt aptius ad beneuolentiam ciuium adiungendã. Deinde in cantib. diſcat, quanta vis ſit in legibus, quãta in ordine vitæ commoditas, in animi moderatione ſuauitas. Vt enim ex acuto & graui ſono medijs interuallis aptiſſima ratione coniunctis, muſicæ ſuauitas exiſtit, vox ſine modo profuſa audiendi ſenſum vulnerat: ita omnibus animi affectibus ad vnum concentum reuocatis, vt neque remiſſi præter modum ſint, neq; contenti amplius quam oportet, mirabilis concentus exiſtit, qui cunctorum animos ad ſe rapit. Omnino in vniuerſa republica & legum conſtitutione conſideramus, ſi partes inter ſe conſentiant, mirabilem harmoniam exiſtere, ſuauiorem ea quæ ex vocum dulcedine modiſque muſicis temperatur. Non igitur ſolum Regi colenda muſica eſt, vt animum à labore recreet, aut naturę vehementiam leniat, componat affectus: ſed etiam vt ex muſicæ modis intelligat, florentem atque beatum reip. ſtatum in modeſtia & æquabilitate conſiſtere. Tria tamen in hoc vitia fugienda diligenter ſunt. primum ne dum voluptatem perſequitur, animi concentum diſſoluat turpitudine verborum modiſve in laſciuiam & petulantiam fractis: quod fere noſtra ætate contingit,

tingit, pulcherrimam artem ita eſſe turpitudine fœdatam, vix vt honeſtæ aures pati aut intereſſe debeant. Corrumpunt animos ſermones laſciui & molles, præſertim ſi numeris adſtricta oratio adiungatur, potentius influit turpitudo. quod ſi ſuauis etiam concentus acceſſerit, tanta vis erit mali vt ſuſtineri non poſſit. Oratio enim contorta numeris, & muſicæ viribus adiuta & aculeata, quaſi vibratum telum vehementius adhæreſcit. Sapienter igitur Plato & Ariſtoteles lege ſanxerunt, ne quis quo vellet genere cantionis vteretur, ſed quæ ad pietatem prouocaret, v.tilis conſtansque eſſet. meritoque Alexander Ilium delatus, vt fortium virorum monimenta notaret, oblatam citharam Paridis repudiauit, *Achillis, inquiens, citharam mallem.* Præclara vox Alexandroq; digna: qua ſignificauit, nihil languidum & effœminatum ne in cantu quidem & fidibus Regem decere, quod maioris mali momentum fiat. Laſciua ergo & flagitioſa muſica non ſolum ab aula Principum remouenda eſt, ſed etiam à regni finibus deturbanda, ſi mores ſaluos eſſe cupimus, in ciuium pectoribus conſtantiam & fortitudinem alere. Et quantum eſt in populo Chriſtiano Veneris laudes & fraudes vbique celebrari cantu fidibusque, partes omnes ipſaque adeo templa turpitudine perſonare? Deinde non tantum operæ Principi in muſica ponendum eſt, vt aliarum artium oblitus videatur, quibus rempubl. adminiſtrare debet. Sunt quidem omnes artes modo vtiles in Principis tutela & patrocinio, ſed ex ijs quaſdam ne attingat quidem quippe ſordidas & ſeruiles: niſi forte aliquo artificio honeſto otium fugere docēdus ſit, vitijs ſerendis omnibus ap.um.

Quædam

Quædam moderate tractandæ, honeſtam oble-ctationem afferentes ſcilicet & cogitationem nobilitate dignam: non ita tamen vt omnes curas & cogitationes, tempus reip. debitum in illis conſumat: quæ magna peruerſitas eſſet, neque contingat ſine reip. calamitate. Aliæ poſtremo ſunt artes, in quibus omne Regis ſtudium conſumi debet: quæ ad remp. tuendam & bonis omnibus cumulãdam comparantur. Muſica neq; ſordida eſt, ſed liberalis & ingenua diſciplina: neq; rurſus ita ſplendida, vt in illa ſalus publica & dignitas collocanda ſit. Detur ergo illi tempus, ſed vt oblectationi, qua labores & curæ condiantur, non quaſi rei ſeriæ. Poſtremo Principi conſiderandum, quam muſicæ partem audire tantum, quam & an omnino vllam per ſe tractare ipſe debeat. Medorum ſane aut Perſarum morem tenere placet: apud quos Reges aliis canentibus aut pulſantibus oblectationem capiũt: ipſi eius artis maiori vſu peritiaue abſtinent. Enimuero inter Deos in ipſoq; muſarum choro Iuppiter ſummus nunquam cantare fingitur, aut Chelyn plectro manuve pulſare. argumento Principem nõ debere eam artem per ſe exercere. Equidem non in magno diſcrimine ponam vtro modo ſentiatur. Sed muſicæ partem paulo inhoneſtiorem Principi tractare non concedam. neque enim tibias inflabit, quas, quæ inuenit Minerua perſpecta forte oris deformitate abieciſſe dicitur: atque totum illud inſtrumentorum genus repudiabit oris ſpiritu ſonantium. Ac ne canet quidem ipſe, præſertim coram alijs, quod vix contingat ſine maieſtatis ſugillatione. remotis arbitris aut inter paucos domeſticos non putarim abſonum adeo fore, ingenio

Principem indulgere aliquid in hac parte. Nam fidibus ludere, & omnino manu plectroue arguto ſiue citharam pulſare ſiue teſtudinem, non dedecere Principem arbitror: modo neque multum tempus in ea exercitatione conſumat, neque de peritia ſe iactet quauis tandem dexteritate pulſandi. Pulchre cantor nobilis Philippo Macedoni de ſolertiſſima muſices ratione diſputanti, *Nunquam Dij*, inquit, *ô Rex, tibi tantum mali faciant, vt tu me canendi arte vincas.* Qua voce Regis ineptam ambitionem fregit, ad alienam laudem & præpoſteram aſpirantis. De Alexandro Seuero quali ac quanto Imperatore, Lampridius: *Geometriam*, inquit, *fecit. pinxit mire, cantauit nobiliter: ſed nunquam alio conſcio, niſi pueris ſuis teſtibus*, Et mox: *Lyra, tibia, organo cecinit: tuba etiam: quod quidem Imperator nunquam oſtendit.*

Capvt VIII.

De aliis artibus.

Decurſis primis ætatis ſpatijs, iactiſque opportunè Latinitatis fundamentis, cogitandum erit de reliquis ingenuis diſciplinis, Regiæ nobilitati maxime congruentibus. Ijs omnibus aut pleriſque inſtitui puerum Principem conueniet, ſi otium ſuppetat, vires corporis & ingenij adſint cælo datæ, optimaque ab infantia educatione confirmatæ. Quo locus altior eſt, ijs copijs ornamentiſque magis inſtructus ad rempublicam accedat, curandum eſt: numinis inſtar vt à ſubditis habeatur maior conditione mortali. Nolumus equidem

dem Principem ſophiſtarum in morem quæſtionem in conuentu poſcere, & de re quauis propoſita diſputare: neque vero decet multum temporis in vmbra & otio litterato conſumere, cui ſalus publica commiſſa eſt, & cuius humeris tantarum rerum moles incumbit. Sed ſi orbem iſtarum diſciplinarum ita confecerit, vt in ſingulis præter modum non immoretur, ſumma tantum rerum capita delibet, eximium aliquid & præclarum proculdubio exiſtet. Perinde igitur atque illi qui, vt multos hominum mores & inſtituta cognoſcant, peregre proficiſcuntur, tantum in qualibet vrbe morantur, quantum ad prudentiam ex multarum rerum vſu & cognitione colligendam ſatis eſt: non ſecus Principi tantum eſt ex vnaquaque arte ſumendum, quantum ad virtutis vſum & regiæ ſapientiæ diſciplinam conferre poterit. Si enim omnes minutias ſubtilitatesque perſequetur, neque finis neque modus diſciplinæ erit: ſi vero cognitionem vtilitate terminauerit, non mediocris ex ea tractatione fructus exiſtet: reliquis, quibus eſt maius otium, curam exactiorem eas addiſcendi tractandique ablegabit. Non æmuletur Chryſippi laudem, qui ſæpe ſtudio intentus tanta voluptate perfundebatur, vt quaſi extra ſe poſitum cibi & potus caperet obliuio. ne Archimedis quidem Syracuſani, qui ita defixus animo erat lineis in puluere deſcribendis, vt prius hoſtilem gladium corpore exceperit, quam nobiliſſimam vrbem diripi ab hoſtibus & vaſtari ſentiret. O rem omnium ſeculorum prædicatione digniſſimã, ſed priuatis: Principi ſimile ſtudium fuiſſet turpiſſimum. Neque omnia omnibus conſentanea ſunt. Ne Alfonſi quidẽ

Regis ſapientis nomine vęcordiam imitabitur, quem ſapientiæ opinione tumidum, diuinam prouidentiam, corporis humani fabricam accuſaſſe fama eſt: vocis ſtoliditatem numen vindicaſſe perpetuis ad mortem calamitatibus. Henrici etiam Villenij rationem auerſabitur, eruditionis vſque eo ſtudio prouecti, vt ne à magicis ſacris temperauerit: quod hominum infamia & diuino ſupplicio vindicaretur. Ita cum vterque videretur ſapere, neuter ſibi ſatis cauit. Principi ergo ingenuæ diſciplinæ aut omnes aut pleræque via, ratione & compendio quodam tradantur, vitetur prolixitas. Ac primum in arte diſcendi, quam rhetoricam dicimus, multum ſtudij & diligentiæ ponatur: in qua tantum ornamenti eſt, tantumque præſidij ad omnem reip. partem. Præclarum enim eſt quibus bonis à cæteris animantibus diſcrepamus ratione & oratione, earum dignitate aliis hominibus præſtare plurimum, magnorum Principum propria laus. Quo pacto enim ferendum eſt, vt Reges, quorum vita nihil clarius & illuſtrius eſſe debet, in quorum aula nihil niſi purum & elegans viſitur, ijdem incultè & inornatè loquantur? An eſt vllus purpuræ nitor, auri & gemmarum ſplendor cum eloquentiæ decore conferendus? Quid enim eſſe poteſt oratione verbis ſplendidis & ſententiarum luminibus inſtructa elegantius? Omnibus rebus ſplendeat opus eſt, qui ſplendorem vniuerſis afferre debet. Animus cultu diſciplinæ ſit ornatus & virtutibus oportet. Ex animo ijs opibus inſtructo illuſtris etiam effluat oratio. Quod præterea ad alliciendas voluntates ſubditorum, & animos impellendos in quamcunque velit partem, incredibilem

bilem vim habet. Sine eo præſidio quid eſſet imperium? non enim ſubditis Princeps vt ſeruis imperat, ſed vt liberis: qui non tam minis & metu cogendi ſunt, quam explicatione communis vtilitatis inflammandi: vt quod facto opus eſt, maiori impetu & ardore animorum faciant, neque ab aliis ſedulitate atque diligentia ſe vinci patiantur. Princeps infantia impeditus, qua ratione aut milites ad inuadendam pugnam oratione accendere poſſit, quæ magnorum ducum partes ſunt, aut ciuibus perſuadere in pace, vt in vnam curam iuuādi rempublicam incumbant, concordia & ſocietate inter ſe coniungantur? Scimus multis Principibus ſalutarem eloquentiam extitiſſe: contra infantiam non paucis exitio fuiſſe. Id antiqui ſignificare voluerunt, Herculum Celticum multitudinem ad ſe nexam trahere fingentes, quibuſdam catenis, quæ ex ipſius ore ad ſingulorum aures pertinerent, hoc eſt, orationis vi & copia. Et vt externa mittantur, quid Ioannem Caſtellæ Regem eo nomine primum vertenti fortunæ tribuit, & multis calamitatibus implicuit, niſi ſermonis inopia ciuibus magna ex parte alienatis, Luſitanis offenſis, ad quorum imperium aſpirabat, ex tarditate quidem ingenij orta, ſed quæ potuiſſet in tenera ætate magna ex parte emendari? cum rebus, verborum & ſermonis copia accedit. Principes omnibus beneficia præſtare non poſſunt publicè aut priuatim, ne ærario quidem penitus exhauſto. danda eſt opera vt comitate verborum, cuius rei tantam facultatem voluit eſſe natura, voluntates ſubditorum concilientur, & in ſtudium Principi gratificandi promerendique inflammentur. Quæ

peritia paucis præceptis frequenti exercitatione me arbitro parabitur. Eloquentia enim res eſſe mihi videtur facultate præclara, arte non maxima. Velim deinde in ea ſe arte Princeps exerceat, quæ rem definiendo explicat, in partes tribuit, argumento confirmat: atq; in omni diſputatione quid verum, quid falſum, quid probabile ſit, quid abſonum acute perſpicit, Dialectica eo dicta, quod diſputandi ſuppeditet facultatem. Non vt importunam loquacitatem ſophiſtarum imitetur, clamet inter æquales: quod eſſet regiæ dignitati, candori atque ſimplicitati contrarium: ſed vt in deliberationibus verum à falſo diſcernere, lucem rebus obſcuris afferre, confuſa modo & ordine collocare, mendacium & vanitatem refellere, ſententiam validis argumentis confirmare, aduerſarij rationes eludere diſcat; quod erit imprimis ſalutare. Regis muneri, cuius eſt odio mendacium perſequi, veritatem ſummo ſtudio & contentione tueri, quid magis conſentaneum ſit illa diſciplina, quæ obſiſtit fraudibus & mendacio, & in omni vitæ parte veritatem diligenter inquirit? Ad hæc Regi debet eſſe propoſitum, vt qui ſub illius imperio viuent, beati ſint: at omnis vitæ beatæ ratio veris bonis continetur: imprudentia bonorum ſpecie & miſeria deluditur. Dialecticam ergo amplectatur & colat, quæ falſam veritatis imaginem à veritate ſecernere ſolet: omnem ſermonis fallaciam fraudemque retegere, ſophiſtarum inſidijs ire obuiam, & in omni diſputatione ſcopum collimare. Præterea dialectica eſt eloquentiæ fundamentum. rectè enim dicendi finis eſt fidem facere. fi-

des

dem autem vi argumentorum, & copia exemplorum ſit; quorum fontes & ſedes dialectica monſtrat: qua ratione exempla tractanda, argumenta nectenda, concludenda quæ ſint. vt ſine eo præſidio omnis plerumq; oratio languida eneruataque ſit. Subſeruit eadem omnibus diſciplinis, quæ via & ratione procedunt, ſiue de rerum natura quæratur, ſiue de Deo rebusq; cœleſtibus ſit futura diſputatio. Poſtremo acuit ingenium, atq; excitat ad res omnes diſpiciendas ſubtiliter, diiudicandasque: ſiue artes aliæ tractandæ, ſiue reſpublica conſtituenda ſit, atq; prudenter regenda. Inter mathematicas diſciplinas, quæ & ipſæ inter ingenuas artes numerantur, nobilitate & certitudine præ cæteris præſtant Geometria & Arithmetica: quarum vſus latiſſime patet. Dimetiendis agris, conſtituendis in quincuncem arboribus, extruendis ædibus, muniendis ex diſciplina arcibus Geometria ſeruit. in bello pontibus ſubitario opere iungere flumina, vineas pluteosque extruere, bellica tormenta conflare, quis ſine eius artis præſidio potuit? Præterea in omni artificio elegantiaque vitæ dominatur pictura, ſtatuaria, aurificina. neq; enim pulchrũ à deformi alia ratione ſecernitur, quam quod rei pulchræ partes omnes ad vnam menſuram concentu quodam reuocantur, fœditas à ſe ipſa diſcrepat totaq; diſſentit. Artificum quidẽ eſt opus hæc omnia præſtare: eorum induſtria Princeps, vt res ſe dederint, vtatur: ſi tamen de ſingulis diiudicare ipſe poterit, magnum præſidium, tum ad oblectationem animi, tum ad ſtatuendum quod in rem ſit, comparatum habebit. Ita tamẽ, ne tempus reip. debitum his elegantijs conſumat: ſed ſint otij atq;

negotij diſcreta tempora. Sine numerandi ſcientia quomodo exercitium in bello recenſebit? quo ordine caſtra locabit? aut qua ratione pro numero militum acies inſtruet, ſubſidijsque firmabit? præmia quomodo pro meritis dabit, atque diſtribuet? æquitas enim & iuſtitia in præmijs rata portione & numero tribuendis magna ex parte continetur, neque iuris conſtantia poteſt ſine numeris conſeruari. Iam vero in pace, quam rationem vectigalium habebit is, qui numerandi artem prorſus ignorat? vt enim paterfamilias officio fungi non poteſt, niſi in re familiari fuerit attentus, quanti reditus ſuppetant, intelligat, quantis ſumptibus opus habeat, rationes accepti expenſique conferre nouerit: ita Rex niſi vectigalium rationem & magnitudinem exploratam habuerit, paſſim offendet, in medio apparatu deficiet pecuniæ ob inopiam, maiora meritis dabit, quæ concedi poterant, denegabit. Neq; enim par eſt, vt quod in reipublicæ cuſtodiam impendendum eſt, in priuatos vſus aut inutilem magnificentiam conferatur, & reb. ludicris ſeruiat: aut reip. ſubſidia ad augendam paucorum potẽtiam & opes referantur. Oportet ergo Regem eſſe in vectigalium ratione & in tuendo ærario vigilantem: Intelligat pecuniam publicam non eſſe ſuam, ſed eius fidei creditam, vt in populi ſalute conſumatur. Quam prudenter & pie Ludouicus ſanctus Galliæ Rex Roberto Sorbonæ, qui ei erat à confeſſionibus in ſtructuram collegij Sorbonici, quod de ſuo nomine Lucetiæ inſtituit toto orbe celeberrimum, ſumptuũ partem aliquam oranti, cõſiderare prius iuſſit ac ſtatuere, re cum alijs viris doctis communicata, quantum ſibi erogare in id opus per diuinas leges

leges liceret. Modeſtiam immortali præconio dignam. Qui in pios vſus erogare temere & ſine iudicio non auſus, quã cautionem adhibuiſſe creditis, cum in profanos aulici aliquid flagitabant? an effudiſſe paſſim, illuſiſſe operibus & pecuniæ? Poſtremo de illa diſciplina dicendum eſt, quæ aſtra contemplatur. An patiemur Principem tam præclara cognitione eſſe deſtitutum? neq; enim mediocris vtilitas ex cœli contemplatione capitur: qua fit animus erectior, moderatior: & in omni vitæ ratione ſibi conſtat. Qui enim rerum cœleſtium amplitudinem animo luſtrat, quæcunque in terris videntur magna, contemnit: & qui definitos ſiderum curſus attente contemplatur, ad diuinæ ſapientiæ cognitionem facile aſſurgit. Quanta Dei potentia ſit, vnde tanta moles effluxit, quanta benignitate generi humano proſpexerit, cum noſtris vtilitatibus omnia, quæ in cœlo ſunt, ſeruire videamus. Sic pietas cultusq; ſuſcipitur animo, religionis ſanctiſſimæ: confirmatur perſuaſio eſſe numen, quo omnis natura conſtituta eſt & gubernatur. Oculos in cœlum tolle, cœlum vide, quam late tenditur, quali conuerſione, quam rata in omni æternitate verſatur. annum ſolis ambitus facit, menſem lunæ. lucis & tenebrarum viciſſitudines conſidera, tempus omne & in omnibus partibus ex æquo diuidere; operis & quietis alterna reparatio. Verum non erat hoc loco propoſitum de re tanta diſputare. prolixior aſtrologis de ſtellis oratio relinquatur: quæ nauigationi ſeruiant, quæ arandi, ſerendi, metendi tempora inducant. Illud ſi adiecero ſatis habeam: prima eius diſciplinæ rudimenta eatenus neceſſaria videri, vt Principi cœli plagæ notæ ſint, prouincia-

uinciarum interualla perſpecti ex rationibus geographicis, & deſcriptionibus regionum: quod rebus gerendis imperio vſque adeo fuſo imprimis eſt neceſſarium. turpiſſime ſæpe eius rei ignoratione offendatur, quod multis exemplis illuſtrare promptum eſſet. Ac præſertim ad cognoſcenda ex historia maiorum geſta multum cõtulerit, ad deſcriptiones regionum, rationem temporum per interualla quædam diſcretam adiungere, quam Chronographiam vocamus: vt eo præſidio quaſi locis & imaginibus adiuta memoria, ſingula exempla & rerum euentus facilius contineantur. In quo quantum præſidium ad prudentiam comparandam ſit, dicere non attinet. *Eſt enim hiſtoria teſtis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis,* vti eleganter Cicero ait. Et conſtat paucos ex ratione tantum honeſta à deterioribus, vtilia à noxijs diſcernere: multo maiorem hominum partem rerum euentis, aliorum exemplis admonitam diſcere quæ facienda ſint, quæ vitanda in omni vitæ parte: quod hiſtoria ſuppeditat. Conſeneſcat ergo in lectione hiſtoriarum Princeps. externos noſtroſq; annales diu multumq; euoluat: in quibus multa inueniet, quæ imitari velit, bonorum Principum geſta: multa econtrario vitanda. Tyrannorum initia perſpiciet, media, exitus, caſuſq; graues. paucis enim annis addiſcet, quæ tot ſeculorum experimentis comprobata, ſapientum litteris æterniſq; monimentis conſignata ſunt. indocilem vſus diſciplinam conſequetur: ac perſpiciet, actionibus & vitæ conſentaneum exitum eſſe. ſcelera ſi impune cadant in præſenti, odio deinde poſteritatis & perpetua infamia lui: ſtultumq; eſſe cogitare præ-

ſenti

ſenti potentia conſequentis æui memoriam opprimi poſſe. cum aulici loquantur ad gratiam, alij ne mutire quidem audeant, eo amplius multa lectione opus habebit. in ſuperiorum Principum vita, ſuos mores quaſi in ſpeculo contemplabitur, laudatos aliquando, caſtigatos ſæpius. Ea vna ratio eſt Principis morbis & imperitię medendi. hic fructus vel maximus hiſtoriæ cognitæ eſto. Tibicen quidã diſcipulis mandabat non optimos tibicines ſed abſonos etiam audire, quò ab vtraq; auditione quid ſequi opus eſſet, diſcerent, quid vitare.

CAPVT IX.

De comitibus.

COmites ſtudiorum, miniſtri aulæ dentur ex vniuerſa nobilitate ſelecti, in quibus indoles virtutũ eluceat recta inſtitutione confirmata. Nuſquam enim grauius peccatur, quam ea cura neglecta, quales adoleſcentes & iuuenes ad pueri Principis familiaritatem & omnia iura domeſtica admittendi ſint. Neq; flagitium Princeps cogitabit fieri poſſe, niſi admonitus ex aliena petulantia eorum, qui cum eo viuunt: neque faciet niſi ſcelerum & improbitatis miniſtros domeſticos nactus: qui omnes vias fraudis norint, nullumque dedecus ſubterfugient ſtudio ſe in gratiam Principis inſinuandi, vnde certa peſtis exiſtat. Delectu habito non pauci ſed magno numero admittendi ſunt, vltroque etiam aduocandi. Plerique procerum filij cum ſuo Principe ingenuis diſciplinis, vt cuiuſque ingenium erit, & probis moribus vniuerſi inſtituantur: adoleſcant creſcantque virtute pariter & ætate, vnde mutuus amor exiſtat inter ipſos & cum

cum Principe, quo nullum certius præſidium ad reip. ſalutem comparari poterit. Sit aula Principis ducum fortiſſimorum, magiſtratuum ſapientum, & rectorum copioſum ab hoc initio ſeminarium: vnde velut ex probitatis, & eruditionis, & prudentiæ gymnaſio viri prodeant in omni genere virtutũ bello paceq; clariſſimi. Princeps longo vſu diſcat quantum cuique credere debeat, neq; alienis auribus & oculis deligere magiſtratus, duces creare opus habeat, eorum qui ad gratiam commendant, aut ex odio vituperant, quos minime oportebat, vaniloqui aſſentatores, fallaces: quorum magnus numerus Principum auribus inſidiatur. Ex ijs adoleſcentibus quaſi prætoria cohorte confecta, præclara facinora nobili inter eos contentione excitata, nobiles de hoſtibus victoriæ ſæpe eorum virtute & dexteritate exiſtent. Quid enim non audeant iuuenes excelſo animo inſtructi, claris maioribus nati, optimis diſciplinis inſtituti? quid non poſſint animis à prima ætate coniuncti, periculorum contemptores in ferrum flammamq; irruentes feroces, formidabiles, torrentis ad inſtar obuia quæq; proſternentes? ſic Benadadus Syriæ Rex ab obſidione Samariæ pulſus eſt, multis ſuorum amiſſis virtute iuuenum, qui principibus prouinciarum nati, in aula Regis Achab educati fuerant videlicet. In primo enim agmine conſtituti numero ducẽti triginta, facto in hoſtes impetu victoriam pepererunt: patriam ab extremo periculo ſeruitutis, excidijq;, virtute liberarunt, immortali laude digni, facinus præclarum diuinarum litterarum monimentis in omne tempus conſignatum. tantũ ſæpe rebus præſidium in vno aut paucis eſt. P. Cornelius Scipio, cui

cui ab exciſa Carthagine Africani cognomen fuit, cum Conſul factus contra Numantinos mitteretur in Hiſpaniam, ex nobilitate Romana & ijs, qui à Regibus miſſi erant magno numero, cohortem inſtituit, quam Philonida dixit mutuę coniunctionis nomen. validiſſimum rebus gerendis inter milites à mutua amicitia præſidium ſcilicet ſanxit. Sic Gothis in Hiſpania rerum potientibus in more poſitum erat, vt Principum liberi in aula regia educarentur. Filij quidem ad cuſtodiam regij corporis & priuata obſequia adhibebantur: inter epulas miniſtri erant, venantem Regem, quibus per ætatem licebat, comitabantur: & ad bellum proſequebantur armati. magnorum præfectorũ & ducum hæc rudimenta incrementaq; erant. Filiæ autem in gynæceo Reginæ miniſtrabant: vbi Mineruæ artes, pſallere & ſaltare, quantum neceſſe erat, fœminis docebantur. moris omnis cum ætate gnaræ viris principibus connubio iungebantur. His moribus Gotthi opibus & potentia aucti latiſſime propagarunt imperium, Romanis rerum dominis eripuerunt Hiſpaniam. Eo inſtituto publice ſuſcepto vix credi poteſt, quantum beneuolentia erga Principem in ſubditorum animis accendatur. Proceribus pręſertim in officio retinendis ſaluberrima ea ratio eſt, ne motus per prouincias concitentur ſtudio rerum nouarum, fidei obſidibus honoris ſpecie in Principis poteſtatẽ contraditis filijs cariſſimis. Neque enim ex vna tantum prouincia comites Principi & aſſeclas dari volumus, ſed ex omnibus nationibus, quam late imperium patet. quo nimirum intelligant vniuerſi in pretio ſe haberi, & pari caritate Principem cõplectentes, vti imperio ita animis

mis constricti amplius teneantur: eo beneficio de-uincti pro communi salute, Principis dignitate nullum laborem, nullum vitæ periculum subire recuſent. Vnde præterea multæ & magnæ commoditates exiſtent. Princeps frequenti vſu, omnium gentium instituta moresque penitus habebit explorata, quæ virtutes singulis inſint, quæ vitia. familiari ſermone, nullo labore cunctorum linguas intelliget, familiaresque ſibi efficiet: nec opus ſit per interpretem ſemper iura dare, reſponſa reddere: quod ſubditis nationibus moleſte accidit. Neque enim pueros externos Principis linguâ loqui volo, ſed quemque materna præſertim coram Principe: vnde ſingularum linguarum copia facultasque exiſtat. Liceret multis exemplis ex noſtra gente petitis hoc præceptum quanti ſit confirmare: ſed in magna copia externa afferam. quamque Reges commemorabo clariſſimos in ſua quæque gente, ex hac diſciplina hisque præceptis in tantos ac tales Reges euaſiſſe, quales pauciſſimos ex omni memoria liceat laudare. Ac primum Seſoſtre Ægyptio Rege nato, qui qualis ac quantus fuerit notum eſt, præclaro conſilio pater ex tota Ægypto omnes infantes eodem die quo filius, natos, in regiam congregari iuſſit, vt vna educati atque inſtituti maiori beneuolentia cōſtricti, in bello eſſent promptiores. Sic Diodorus libr. ſecundo cap. primo teſtatur. Delectum mallem. quid enim fortunæ temeritate committeret, quales eſſent futuri filij Principis miniſtri, quali ingenio naturaque præditi? Sed in errore tamen Regis barbari tamen veritatis elucet, expedire rebus communibus vt cum puero Principe ex omni ditione æquales educere-

ducentur inſtituanturq́; ad omnem probitatis partē, bellicam virtutē, prudentiam ciuilē, vt cuiuſq; ingenium erit captusq́; naturæ. Sed & Cyrum conſidero, qui Perſarum imperiū condidit primus, cū æqualibus educatum, cum ijsq; æquo iure vixiſſe, illorum virtute pares imperio opes & gloriā fuiſſe conſecutū. Multum æqualibus deferre conſueuit, dona identidem dare, cum ijs multus eſſe: conſilia communicare, ſyluas venatione fatigare, corpora vt exercerent curare ludicris ad vera certamina ad animorū inter eos ſecumq́; beneuolentiam conciliandā prudentiſſime comparatū. Sic factum nihil vt præſtantius ſinguli ſui Principis gratia eſſe iudicarent; ad eam omni conatu contenderent. Teſtis Xenophon ijs libris, quos de Cyri vita & educatione cōſcripſit ſiue ad veritatem hiſtoriæ, ſiue ad effigiem optimi Principis, dignos profecto quos nunq̃ Principes de manibus deponant: nullū eſt enim in iis prætermiſſum officiū prudētis & moderati Principis. In quo ſubit animū admirari imperium Cyri virtute partū, Cambiſis filij breui interuallo, culpa labefactatū. Sed nimirū vti Plato lib. tertio de legibus affirmat, nō eadem ſed plane diuerſa educationis ratio fuit. cōmutata inſtitutione, velut ex fonte tetro diuerſi prorſus mores & ratio imperandi manarunt, exitus contrarij. Cyrus in aſpera regione natus, atque plurimùm inter paſtores victu frugali educatus, durato corpore, animo magno hoſtes ſæpe externos, vitia domeſtica ſuperauit. Idem bello quam poſt victoriam clarior, neque conſiderans quanta mala ex molli educatione incurrant: & alioqui bellis, quæ alia ex aliis apta nexaque gerebat, diſtrictus, filium mulieribus & eunu-

eunuchis educandum tradidit. Sic ex copia voluptatum mollis vita, indole ipſe deprauata in ſubditos inſolens extitit, aduerſus hoſtes ignauus. quæ res inuidiam popularium accendit, ex inuidia contemptum. Quo exemplo calamitatis Darius, qui illud imperium à Cambiſe labefactatum, occupatum à Magis, virtute & induſtria reſtituit, non ſatis caſtigatus, cum ipſe aſpera educatione nutritus eſſet (neq; enim Regibus natus erat) Xerxem filium in minori ætate delicijs eneruari & ipſe permiſit: quibus exitialius nihil eſt. Magna eſt enim poteſtas voluptatis, vires incredibiles, eò acriores quod lenis & blanda prius animum occupat, atq; de ſtatu mentis euertit, quam ferme prouideri poſſit. animi & corporis vires eneruat, rationis imperium euertit, omnia peſſundat, latronibus perſimilis ijs, quos Ægyptij Philiſtas vocabant, amplectentes quos ſtrangulare volebant. Neq; aliunde maius periculum vrget Principibus, quod ſæpe repetendum eſt, quam à circumfuſis vndiq; voluptatibus. in tanta enim rerum omnium copia, eorum cupiditatibus nemine contradicente, ſi quis non corrumpatur, vitijs atq; impuritati non cedat miraculi inſtar haberi debet. vix vt credam imperium aliquod ſtare poſſe, Principes bonos & prudentes euadere niſi circumciſis diligenter voluptatibus. Alioqui ex otio & delitijs, impudicitia, auaritia, frequẽtes iniuriæ extabunt, peculatus, latrocinia. Principes priuatique parum de rep. aut communi periculo cogitantes, augendis ſine modo opibus incumbent: ne deſit videlicet vnde gulæ & ventri turpiſſimæ corporis parti ſeruiatur, cuius ſe obſequijs mancipantur. Is erat rerum ſtatus in Hiſpania quo tem-

pore

pore Rodericus poſtremus Gotthorum Rex imperium ſuſcepit, vt neq; pace coaleſcere, neq; bellum defendere prouinciales poſſent, vitiorum aſſuetudine eneruati, accubantes in conuiuijs, cibo atque vino debilitati. corrupti ſtupris vitam infamem Principum exemplo eruditi populares transigebant. animorum vigorem vitiorum licentia extinxerat: nihil vt Hiſpaniæ moribus corruptius eſſet. Neque reſtiterunt, donec vniuerſa reſpubl. in præceps abijt. *Virtute partum imperium opulentia perdidit, & opulentia aſſecla voluptates.* Verum vnde egreſſa eſt, eo conuertatur oratio. Mos erat Principibus Macedonum adultos liberos Regibus tradere ad obſequia haud multum ſeruilibus miniſterijs abhorrentia. Excubabant præ foribus ædis, vbi Rex dormiebat: acceptos ab agaſonibus equos, cum Rex aſcenſurus eſſet, admouebant: comitabantur venantem, & in bello: omnibus artibus ſtudiorum liberalium excolebantur. Præcipuus honor habebatur, quod licebat ſedentibus veſci cũ Rege: caſtigandi verberibus eos nulli poteſtas præter ipſum erat. Hæc cohors velut ſeminarium ducum, præfectorumque apud Macedones fuit. Q. Curtius auctor libr. octauo de geſtis Alexandri. Sed & filio Regis filios Principum in tenera ætate fuiſſe datos, vt omni diſciplina liberali cum eo inſtituerentur, etſi is auctor ſileat, res ipſa indicat: Alexandrũ eorum virtute beneuolentiaque ſeptum, cum quibus fuerat educatus, deuictis late hoſtibus, imperium orbis terrarum finibus terminaſſe. Hæc ergo noſtra ſententia eſt, vtinam tam grata prudentibus, quàm ſalutaris reip. cum Principe futuro debere pcerum liberos magno numero ex omnibus imperij pro-

uincijs ſelectos à tenera ætate ali, creſcere, bonis artibus & virtutibus inſtitui. Illud cauendum ne aliquis arte, aut ingenij ſimilitudine, aut vitiorum communione (quod peius eſt) ſe præ cęteris in gratiam pueri Principis inſinuet: omnium arcanorum particeps & arbiter fiat multo cum illo ſermone remotis arbitris, quod non ſine inuidia & offenſione contingat. Ab ijs initijs ſuſcepta familiaritas, confirmata accedente ætate quas non turbas excitare ſolet? præſertim ſi Princeps contingat ob ingenij imbecillitatem curis grauioribus impar, deditus voluptatibus, aulicorum potentia creſcet: ac eius maxime, qui præ cæteris gratia pollet, arbitrio cuncta belli & pacis conſilia procedent, contemptis melioribus: quanta cum calamitate rerum communium multa funeſta exempla declarant. Omnino in Caſtella memoria non admodum vetuſta, Aluarus Luna in regia ita dominatus eſt, vt ne cibi quidem genus, non veſtes, non miniſteria Rex niſi ex eius voluntate mutaret. miſeram Regis an regni, an vtriuſq; conditionem. malum ipſius Aluari capite tandē expiatum. Quod futurum Regina mater prouidens, ab aula pulſum à filioq; Rege in tenera ætate diſtractum in Aragoniam, vnde venerat, amandarat. Deſtinata prudenter atq; perfecta vis altior diſcuſſit. Regina importuna morte ſublata Aluarus ad pueri Regis conuictum continuo in aulamque rediit, atque præ cæteris gratioſus eſt factus breui: vnde graues motus extiterunt, diuturnæ calamitates: quas hoc loco explicare ſigillatim operæ non eſt. *Illud modo Principis inſtituentibus commendatum eſſe debet, ne quoad res ferent, vnus aliquem gratia præ cæteris creſcere patiantur: ac potius*

puerum

puerum aſſuefaciant moneantq́, vt comites omnes & aſſeclas pari beneuolentia complectatur.

CAPVT X.

De mendacio.

MAgno & excellenti ingenio viri, prudentiæ opinione maxima, Principem ad regendam populi multitudinem, alta diſſimulatione opus habere perſuadent. Cæteros mortales ſimplici via ad honeſtatis ſtudia aut vtilitatis contendere: Principum non eandem eſſe rationem, quibus ſalus multitudinis credita eſt, variæ, multiplicis, inconſtantis, neque eiuſdem ſemper voluntatis aut iudicij. Vertat ſe in omnes formas Protei ad inſtar, varias perſonas aſſumat ſæpe contrarias, qui omnibus placere debet, cunctis dicta omnia & facta probare. Itaque rectorem multitudinis ſtatuunt, modo præ ſe ferat æquitatis ſtudium, benignum ſe & tractabilem ciuibus præbeat, ſingulari humanitate ſe adeuntes complectatur: poſſe in animo ingentes fraudes ſuſcipere, vitia & probra, quæcumque ex vſu fore iudicabit continendi in officio ſubditos, aduerſarios terrendi. Itaque hi Principem ex dolo, fraude & mendacio componunt: fronte probitatem oſtentare iubent: libidinem, ſæuitiam, auaritiam, vt res erunt, ſuſcipere concedunt. quæ res priuatis probro eſſent, Principi afferre laudem. Non ergo his quidem auctoribus vnam ſemper viam agendi inſiſtat, ſed negotijs, temporibus, perſonis ſeruiat. omnia ad publicũ commodum referat, imperij ſtabilitatem, veritatis ac mendacij nullo

diſcrimine. Quod fabulæ integumento antiquis temporibus indicatum putant: cum Achillem fabulantur Chironi Centauro in diſciplinam traditum monſtro horrendo atq; immani:qui in humana facie, equi media ex parte aut tauri corpus & feritatem repræſentaret. Nimirum ſignificātes Principem multitudine regenda humanitatem fronte oſtentare debere: mores, vt res poſtulauerint, in varias atque inſolentes formas mutare. Tum recenti memoria Ludouicus vndecimus Galliæ Rex Carolum filium, quem Ambaſiæ educandum curauit, ne facta quidem poteſtate cuiquam eum adeundi: accedentibus annis à liberalibus diſciplinis arcuit atque à litteris, affirmans hanc vnam ſententiam inſtar omnium præceptorum fore. *Qui neſcit ſimulare, neſcit regnare.* Neque dubium eſt multos Principes eam rationem tenuiſſe, acceptamq; poteſtatem ad vitæ exitum magis dexteritate ingenij, quam veris virtutibus conſeruaſſe, In eo numero *Tiberius Auguſti ſucceſſor fallendo ſimulandoq; votis penitus contraria, ex ſuis virtutibus nullam æque ac diſſimulatiônem diligebat; eò ægrius accipiebat recludi quæ premeret.* auctor Tacitus. Hæc multorum ſententia eſt, verbis raro (pudor retinet) rebus ſæpe & exemplis vitæ teſtata, Regem vitia virtutesq; ex æquo debere colere, omnia vtilitate metiri nulla honeſtatis cura, ſi ab ea diſſentire videatur. Modeſtius alij Principi æquitatis & virtutum præſidium adiungunt: neque concedunt vt ſponte peccet, ab æquitate diſcedat: coactum tamen neceſſitate permittunt mendacio fallere, fraudem ſuſcipere: ne ſi nimium iuſti tenax ſit, ſe periculo, rempub. multis calamitatibus inuoluat. Sic Herculem affirmāt,

quia

quia totum corpus leonis pellis non tegebat, vulpinæ partem aſſuiſſe. Qua reſponſione Lyſander Lacedæmonum Rex eos eluſit, qui in eius moribus & ſtudijs maiorem requirebant ſimplicitatem, dolus vituperabant. Vtetur ergo Princeps ex commodo, fraude & mendacio, ſed raro & quaſi medicamento: quod Plato etiam concedendum iudicauit Principibus & magiſtratibus ducenda multitudine ad id quod oportet: quoniam ad lucem ſæpe veritatis caligat, & leui opinione quaſi vmbra terretur. Cuius rei diuinis libris extant exempla eorum qui fraude & mendacio præclara facinora ſine vituperatione perfecerunt. Verum non erat hoc loco propoſitum de fraude & mendacio diſputare: an liceat aliquando rebus exigentibus vti. illud contendo Principi à primis annis eſſe inculcandum amorem veritatis, mendacij odium: nihil vt turpius ea fœditate arbitretur, nihil regiæ dignitati magis contrarium. Eſt enim veritas bonum ſtabile, Deo gratum, ad beneuolentiam conciliandam aptiſſimum, præſidiaque comparanda. Quis enim ei ſe & ſua non permittat, quem credunt ne fidem violet, vitæ, fortunarum, & principatus quodlibet periculum potius ſubiturum? Neque temere Romani in capitolio fidem prope Iouem ſacrauere: ſed vt indicarent rationes imperandi fide maxime & veritate niti. Quam turpe autem mendacium, quam indignum hominis præſtantia ſit, ex eo perſpicitur, quod ij etiam qui ſæpe mentiuntur, magnum laborem ſuſcipiunt, vt fraudem tegant: ea recluſa vehementer erubeſcunt. Atque ita vt cum alia crimina ſint maiora, pauca maiorem ignominiam perpetrantibus

afferant: vſuque receptum eſt vt contumeliæ inſtar grauiſſimæ ſit morte vindicanda iniuria, nō ſi quis auarus, adulter, aut homicida vocetur, ſed ſi mentiri obijciatur. Eſt quidem vituperanda vindicta quaſi diuinis legibus vetita, quæ nulli conceduntur, quamuis malo prouocatum malum rependere. Sed ea tamen opinio mendacis appellatione grauiſſimum contineri conuitium, nunquam niſi ex mendacij fœditate eſſet orta atque ſuſcepta. Quid enim turpius mendacio? quid magis alienum ab hominis nobilitate atque præſtantia? quæ in luce atque in omnium oculis collocari gaudet: mendacium tenebras amat, latebras captat, vbi eius turpitudo abſcondatur. quid indignius generoſis animis atque præſtantibus? Mentiri enim nihil aliud cogit, niſi metus verberum, obiurgationis, infamiæ. at metus animi fracti & abiecti turpiterque ſeruientis ægritudo eſt, neque cadit in animos liberos & excelſos, ſed in ſeruos metu verberum facientes quæcunque faciunt. Adhæc, cum in vita humana nihil præſtantius ſit fide, qua commercia ſtabiliuntur, & ſocietas inter homines ſtat: huic diuino bono nihil eſt magis contrarium quam fraus & mendacium. nihil enim ſtabile eſſe poteſt, quod non eſt fidelitate vallatum, neque fides obligari niſi fide poteſt. Poſtremo omnis beatæ vitæ ratio veritate continetur, veriſque bonis gaudet: miſeria inanitate conficitur, & ſpecie veritatis decepta, mala pro bonis amplexatur. qui ergo mendacem aliquem dicit, vna voce omnia in eum probra contorquet, tenebris oppletum eſſe vitijs omnibus fœdatum, ſeruilis ingenij, dignumque, vt cui nihil magnæ rei à quoquam in vita credatur. Sed ais rei-

publica

publicæ rationes interdum poſtulare, vt Princeps fallat, mentiaturque: veritate ſimplicitateq; in magna incommoda incurratur. Qua in obiectione, Deus immortalis, quanta vitia inſunt? primum enim nulla vtilitas eſt, quæ cum turpitudine coniungitur: cum multo magis noceat quam proſit. dignitatem enim labefactat & honeſtatem, quibus nihil eſt præſtantius, nihil ſtultius quam aurum ferro mutare. Deinde mendacio aſſuetus perfidi & iniuſti fama ſuſcepta, omnes rationes publicas & priuatas labefactet neceſſe eſt. quis enim ſe illi ſociū adiungat? quis illi credet? Poſtremo quæ commoditas eſſe poteſt, ei de cuius fide dubitatur? cum nemo promiſſis credat, quamuis ſacramenti religione vallatis: cunctorū odia incurrat. vt enim mercator qui ſpecie vtilitatis decipit, neque quod iniuſte quæſiuit per fraudem retinere poteſt, & alios auertit à commercio: ita Princeps fraudulentus & quod fraude parauit, diu retinere nō poterit, & hominum voluntates, quo nullum maius præſidium eſt, à ſe penitus alienabit: cunctique deſerent eum, cuius fidem ſuſpectam habent: & ad eius nomen, quem fidelem eſſe vident, ſe libenter adiungent. Neque latendi ſpes fallat. fraus enim & fictio ipſæ ſe produnt: neque numen permittit hominem fallacem diu felicitate frui, quam mendacio parauit. At multos mentiendi artificio diſputas fuiſſe nomen ſapientiæ conſecutos. verum id quidem eſt. ſed quam falſa eſſet illa opinio, rerum exitus comprobauit. illæ namque opes, quæ erant nixæ mendacio, perierunt: illæ econtrario firmæ permanſerunt, quæ veritate fuerant ſtabilitæ. Præterea detecta fraude cadenteque errore multitudinis, qui

tantiſper laude celebres erant, ab omnibus vitupe-rantur. At Lyſandri dictum vt argutum atque fe-ſtiuum ridetur. Verum, ſed intra breue tempus illam dicti feſtiuitatem & riſum multæ lacrymæ conſecutæ ſunt: multis circum ciuitatibus Lace-dæmones alienatis in multas calamitates incide-runt: neque poſt Leuctricam pugnam ad priſtinas opes & imperij amplitudinem reſurgere potue-runt. Principes, qui recenti memoria mendacijs & fraudibus vſi ſunt, quantam nomini ſuo & po-pulis commiſſis calamitatem attulerint, dicere non eſt neceſſe. Neque enim felicitas aut lætitia ſyncera eſſe potuit, quæ mendacij radicibus nite-batur. Achillis educatio mouere non debet, ac potius credere par eſt gemina cẽtauri natura, Prin-cipis tum prudentiam, tum fortitudinem anti-quos indicare voluiſſe. Qua ratione templorum aditu, quaſi Dei effigiem veteres ſphingem ſole-bant fingere. Ægyptij prudentius, quaſi iuue-nem ſeni aſſidentem Dei imaginem exprimebant. Præterea multa veteres poetæ ſapienter dixere, multa ſine iudicio mentiti ſunt moribus ſuæ ætatis ſeruientes. Ne nos quidem cautione Principem opus habere negamus, quam populus vocat calli-ditatem & fraudem, virtuti, vt ſolet, vitij vicinum nomen affingens. Ijdem certè poetæ Achillẽ Phœ-nici inſtituendum traditum affirmant, prudenti homini, atq; in arte dicẽdi exercitato. Quibus vir-tutibus inſtructus accedat, vti ſuperius eſt dictum, qui multitudinis rector, patriæ defenſor, copiarum dux conſtituitur. Sic igitur aſſueſcat à teneris annis Princeps, vt mendacium peius quauis turpitudi-ne deteſtetur. & præ ſe ferat fore ſemper vanis ho-minibus

minibus & fraudulentis infeſtum. Quod ſi fecerit, adulatorum artes opprimet perpetuum malum Regum: quorum opes ſæpius aſſentatio quam hoſtis euertit. eo amoto periculo, vitato ſcopulo diuinum patrocinium ſibi veritatis & ſimplicitatis amore vel maxime adiunget. Obſidione igitur & inſidijs perditorum hominum liberatus, & virtutum choro ſeptus, honeſtatis munitus præſidio res publicas & priuatas feliciter adminiſtrabit. Verum de adulatoribus alio ex principio dicendum eſt. Quod ad rem pręſentē attinet, ita inſtitutor Principis ſe comparet, vt mendacij odium, veritatis amorem identidem inculcet: nullum erratum puerile acrius obiurget, quam mendacij licentiam: cæteris peccatis veniam facilis dabit confitenti modo, neque neganti quod verum eſt. Plagis etiam impoſitis & acri obiurgatione miniſtrorum mendacia caſtigabit, vt alieno exemplo diſcat, nihil eſſe magis ea turpitudine deteſtandum. & quoniam cædere Principem raro aut vix conuenit ſeruorum in morem, in alieno dolore & lacrymis officij ipſe admoneatur: cuius per totam vitam memoria in animo atque in intimis ſenſibus fixa atque ſtabilis permaneat.

CAPVT XI.

De adulatoribus.

MAgna eſt pulchritudo veritatis tota ſibi conſentiens, omnibus partibus ad vnum concentum mirabiliter reuocatis: vires candoris & ſimplicitatis incredibiles, mēdacio & fraudibus nihil

hil fœdius. Nil alienius ab hominis dignitate atq; præſtantia, quam aliud fronte oſtendere & verbis, aliud in pectore actioneque verſare. Licebit Principi diſſimulare aliquando, conſilia tegere, quæ cũ occultantur vim habent, profeſſa debilitantur: neque ſtulte cum omnibus, quid agere velit, communicabit: Conſus (Neptunus idem) ſub terra Romæ in circo colebatur, vt quoniam ſuo numine regere conſilia credebatur, ex loci conditione intelligeretur, occulta ea eſſe, pectore clauſa debere. Id ſecutus Petrus Aragonius cum ſpei occupandæ Siciliæ ciuium coniuratione immineret, claſſe comparata atque inſtructa per ſpeciem littora Africana inuadendi, à Pontifice Romano, quorſum ij apparatus ſpectarent, ſciſcitatum legati cum percontandi finem non facerent, Rex in iram concitatus, *Comburam, inquit, intimam tunicam, ſi meorum conſiliorum gnaram eſſe putarem.* Prudens reſponſum, digna magno Principe vox. vt enim obſcuri animi eſt, & abiecti mentiri & fallere: ita ſuſcepta conſilia tegere non poſſe, anguſti pectoris. Neq; poteſt rem magnam ſuſtinere, cui tacere graue ſit, quod homini facillimum voluit eſſe natura. Apud Perſas linguam grauius quam vllum probrum caſtigare moris erat. ſilentium ſancire capite. Quod ſi mendacij fœditate nihil eſt turpius, nihil veritatis ſpecie honeſtius, aſſentatores, quorum eſt magnus numerus in aula Principum, exitiales imprimis eſſe fateamur ne. eſſe eſt: atque ita nulla vt peſtis grauior, nulla belua truculentior, nullum immanius monſtrum fingi poſſit non ſi tigres, pantheræ, & leones in vnum locum conferantur, Chimæras, Harpias, Sphinges animo ſubijciamus, cum adulatorum

praui-

prauitate comparari poſſunt. Non enim lucem ſolis eripiunt, ſed quod eſt multo funeſtius, veritatis lumen extinguere atque opprimere conantur: cæcitatem inducere reip. moderatoribus, quos Deus in rerum faſtigio, vt in perpetua vigilia eſſent, cęteris omnibus proſpicerent, collocauit. fontes tetra tabe inficere, vnde vniuerſus populus haurit aquam, exitiale. Non exſuccos homines ij tenueſque conſectantur, ſed bonis omnibus & viriditate florentibus inſidias faciunt. horrea formicæ ad inania nunquam tendunt: ærugo non in aridis, ſed in viridibus arboribus verſatur. Pediculis ſimiles id genus homines ſunt, extincto, quo alebantur, ſanguine, defuncta corpora deſerunt. Quanta ergo pernicies eſt, reip. capita Principes petere, illis exitium parare, per quos publica ſalus & felicitas ſtat? eſt enim grauiſſimus morbus qui à capite deriuatur. Deinde cum in vita humana nihil ſit ſyncera amicitia, neque pulchritudine honeſtius, neque vtilitate commodius, neque fructu iucundius: ſimulatione amicitiæ, quæ multo grauior peſtis eſt, ij homines fallunt. Se ergo amicos fingunt, amicorum officia ſimulant & animum, oblectando quibus aſſentari volunt. Aliquando etiam monendo ſalutaria in ſpeciem, re noxia. quo difficilius vitari hæc peſtis atque dignoſci poteſt. Neque de minutis adulatoribus & paraſitis circumforaneis diſputamus: qui quamuis in ſuo genere flagitioſi ſint & infames, non tamen tantum ingenio valent, aut tantis opibus inſtructi ſunt, vt multum nocere poſſint. De illis ſermo eſt, qui honeſtatis ſpecie tecti ad gratiam Principum omni ratione contendunt. id modo aſſequantur, nullum eſt flagitium, nullum dede-

dedecus,quod non ſuſcipere certum habeant. Sed quo aditu aggrediantur, conſiderandum eſt. Nimirum amor ille, quo ſe quiſque amat, ſibi adulatur, à natura inditus omnibus, primus ad amentiam gradus eſt. Quis enim eſt tanta prudentia, qui ſibi non placeat, ſibi plaudat, ſe multis anteponat? In hoc amore totius temeritatis & inſolentiæ principium eſt conſtitutum. quæ labes eo in Principibus maior eſt, quod ab infantia in purpura educati, auro fulgentes, accedente ætate quoties per vrbem vehuntur magno peditum & equitum numero ſtipati, plebem certatim confluere, fauſtis acclamationibus proſequi, quocumque vertant oculos conſiderantes, inflantur ſuperbia, alios deſpiciunt, ſe proximos cœleſtium conditioni arbitrantur. Totus ergo amor, quo ſibi placent, auctus educatione molli, aulæ & miniſtrorum apparatu, popularium plauſu, aſſentatoris inſtar eſt, animum de ſtatu deijciens. Huic adulatori primario, hoc eſt, Regis cupiditati & amentiæ, externus adulator adiunctus miſerabiles ſtrages facit, omnia peruertit, ima ſummis confundit, Principem ex ſtulto amentem facit aut ſtolidum. Primum enim totum ſe ad illius nutum accommodat. quaſi canis venaticus odoratur magna ſagacitate quibus rebus ille, cui ſeruit, & quem in caſſes inducere ſatagit, maxime delectetur. Id vbi exploratum habet, naturam ſuam ad tempus deſerit, alienam perſonam induit. Simulat quidquid illi libet, totumque ſe ad eius cupiditatem effingit, cuius gratiam aucupatur. Si venatione oblectatur, canes alit: ſi amoribus indulget & leuitati, ſe amore perditum eſſe profitetur, querimonijs omnia complet. Et ne omnia perſequi ſit neceſſe,

eſſe, chamaleontis adinſtar in omnes colores præter candidum vertitur: in quamcumque faciem ſe facile mutat, vna honeſtatis laude excepta. Si ardenti ingenio Princeps eſt, ad bellum ſuſcipiendum accurata oratione & magnis argumentis hortatur, quanto cum reip. periculo dicere non eſt neceſſe. grauia enim tributa in bellicos ſumptus imperabit, tenues exhauriet, militibus omnia concedet nulla æquitatis cura. Si in laſciuiam fertur, varias libidines excuſabit, quaſi Principi opus ſit labores imperandi, curaſque graues ijs voluptatibus temperare. Virtutibus veris vicina vitiorum nomina affinget: ſicut econtrario eleuabit laudabitque vitia, quę virtutes imitantur, crudelem ſeuerum dicens, auarum frugalem, luxurioſum feſtiuum, timidum & diſſolutum cautum ac prudentem vocabit, ſi ex vſu erit, fortitudini temeritatis nomen imponet, prudentiæ ignauiæ & timiditatis. in omni ſermone ita ſe componet vt placeat, nulla honeſtatis aut ſalutis cura. Sic vitia Principis confirmabuntur, accedent alia. Nam vt eſt ingenium hominis, paucis approbatoribus amplius credet, quam conſciētiæ, alijsq; omnibus. Inter adulatorum plauſus, aulicorũ voces dicta factaq; Principis admirantium, ad cœlum ferentium laudibus, non decipi mirum eſt, ſed miraculi potius inſtar non inſanire, quaſi carminibus iniecto furore. Quid enim aliud magnos Principes ab omni memoria dementauit, quã adulatorum plauſus ad gratiam loquentium, eaq; impenſe laudantium, ad quæ natura ferebat, hoc quoq; nomine in hominibus praua, quod libenter aſſentientes fauentesque audit: reſiſtentes auerſatur, ineptosque iudicat? Quid Neronem ea potētia

hiſtrionem agere & in ſcenam prodire impulit, niſi adulatorum præconia vocem, ingenium, peritiam admirantium? vſque eo vt multas fraudi fuerit Principem agentem fabulas, pulſantem fidibus non laudaſſe: verbis aut nutu, geſtu ve corporis accuſaſſe. Miſeram reip. an Principis dixerim conditionem. Quid Alexandro Macedoni eam menti væcordiam iniecit: vt ſe Ioue genitum ferret, diuinos honores haberi ſibi vellet, Caliſthenem reſiſtentem crudeli mortis genere inaudita cauſa peremerit: niſi multorum adulatio laudibus ad temeritatem quotidie aliquid addentium? Longum eſſet omnia exempla væſaniæ ſimilis recenſere oratione, Caligulam, Domitianum. Sed vt ad noſtros Principes deueniamus, an credis alio itinere Petrum, atque Henricum Quartum, aliosque Caſtellæ Reges imperij Hiſpanici ſordes & dedecora, ad euertendam remp. contendiſſe, quam fictorum amicorum fraude facta, dicta, conſiliaque laudantium quaſi reipub. ſalutaria? eo maiori exitio quod prauo ingenio Principes puſillo animo, acriores impetus habent, neque inſidias proſpicere ſatis poſſunt acutorum hominum & à multo vſu verſutorum. Magno enim & ardenti ingenio ſit neceſſe eſt, quicunque Principi gratificari ſtudet. Neque enim omnia probare debet, ne manifeſtus aſſentator eſſe deprehendatur. Quocirca monet aliquando. obiurgat etiam, vt quoniam ea libertas veræ amicitiæ propria eſſe videtur, ſub ea ſpecie cautius fallat: ſed ita vt facile ſimulationis veſtigia expreſſa in obiurgatione cernantur extentque. Sicut econtrario non omnes in aſſentatorum numero ponendi ſunt, quicunque cum Principibus viuentes eorum

rum facta, ſermones, conſilia laudant: ſæpe etiam diſſimulant in iis, quæ ſtulte aut improbe admitti vident. Sunt enim multi imbecillo animo, qui magis peccari nolunt, quam quod ſatis animi habeant aduerſus peccata. Sunt qui deſperatione præſumpta proficiendi, etſi prauitas diſpliceat, irritare ſe non audent, penes quos rerum poteſtas eſt. Ergo vt à veris amicis, à cautis aut timidis aulæ miniſtris noxius adulator dignoſcatur, quam rationem agendi teneat, quo tendat explicãdum eſt. Primum igitur conſtat eum immenſa auaritia eſſe, nullis vt copijs cupiditas poſſit ſatiari. Ambitio deinde ſic exagitat, vt conſiſtere non ſinat. id vt aſſequatur quod cupit, & quo contẽdit, diuitias, honores, potentiam, ingenio quo eſt verſatili, demitti animum minimeq; in principio de vlla decoris aut dignitatis præſtantia cogitat: ſe ſe ad potentium pedes abijcit: omnes, quos Regi eſſe caros intelligit, officijs omnibus & ſedulitate aſſectatur: nullum laborem recuſat, nullam indignitatem ſubire reformidat, quo ſibi aditum ijs conciliatis atque deuinctis ad Principem patefaciat. Quod ſi contingat votis ſucceſſus par, tum demum artes depromit, Principemque apertis machinationibus inuadit, aut cuniculos occulte agit, vix vt malitia deprehendi poſſit. Principe expugnato prauis artibus deluſo, repente prioris fortunæ oblitus humilitatem faſtu & ſuperbia mutat, ingentes opes conſtruit, honores & magiſtratus ambit: quos vbi conſecutus eſt, homines multo ſe meliores deſpicit, atque deteſtanda perfidia ipſos, per quos fuit ad Principem intromiſſus, oppugnat. Ergo vt in principio nihil eſt humilius adulatore, ita poſtquam opes

opes ſuas firmauit, nihil eſt in eo inſolentius. ac tũ demum ſi quam probitatis & honeſtatis ſpeciem ad fallendos homines aſſumpſit, ſublato metu deponit, atque in omnia vitiorum genera delabitur. Diu ignotus repente nobilis & magnus accenſas longa egeſtate humilitateque cupidines frænare, ſibiq; imperare neſcit. Ardet libidine, æſtuat cupiditatibus, ſæuitiam oſtentat, opes publicas & priuatas domum auertit, vt ſolus in omnium fortunis dominari, ſolusque alieno nomine regnare videatur. omnia denique ad ſuum commodum refert, nulla cura publicæ ſalutis. Ex his moribus adulatorem dignoſcere facile eſt, atque à vero amico ſecernere. præſertim in admonitionibus & obiurgationibus, quibus tantopere ſimplicitatem veramque amicitiam aſſimulare conatur, in ijs vel maxime ſe prodit. neq;.n. ita fraus veritatem imitatur, vt non ſimulationis indicia relinquantur. Ita cum ex ſuo commodo omnia vitæ ſtudia metiatur, atque in animo habeat gratiam Principis quacumque ratione aucupari, admonendo, accuſandoque vitia, cauet maxime ne dolorem faciat: ac ita ſermonem totum componit, vt reprehenſio in laudem potius vertatur. Artificioſæ aſſentationis multa exempla proferri poſſent. ſed inter Romanos tamen Imperatores nullus maiori ſimulatione quam Tiberius Auguſti ſucceſſor fuit, nullo etiam tempore frequentior turpiorque adulatio. Fraus fraude, mendacium videlicet Principis ſimulatione compenſabatur. Accidit aliquando vt eo in curiam ingreſſo adulatorum vnus exurgeret, ac palam profiteretur liberos libertatem decere: neque quod ex publica ſalute foret diſſimulare. Ad ea verba facto ſilentio,

ſuſpen-

ſuſpenſiſq; omnium animis, quaſi de re magna dicturus eſſet, *Audi Cæſar, inquit, in quo te culpamus cuncti, neq; accuſare palam quiſquam audet, te curis laboribus conficis, neq; conſideras perire, quod alterna requie caret.* In hanc ſententiam cum multa ridicule declamaſſet, Caſſius Seuerus vanitate offenſus addidit, *Hæc hominem perimet libertas.* auctor Plutarchus. Ennium equitem Romanum, quod effigiem Principis argenteam conflaſſet, maieſtatis poſtulari in ſenatu Tiberius vetuit. Ateius Capito ſpecie libertatis, atq; publicæ ſalutis cura ſimulata, *Non debere eripi Patribus vim ſtatuendi diſputabat, neq; tantum maleficium impune habendum. ſi lentus in ſuo dolore Cæſar eſſet, reip. iniurias ne largiretur.* pudendam hominis vanitatem placendique ſtudium, quam Tacitus libro tertio commemorauit. Sed audi ex eiuſdem hiſtorici lib. primo multo turpiorem adulationem. Referebatur in ſenatu de Auguſti recens defuncti funere, maximi honores decernebantur, nimirum ſucceſſore præſente: vt porta triumphali efferretur, legum latarum tituli, victarum ab eo gentium nomina præcederent. Meſſala Valerius addidit renouandum per annos ſacramentũ in nomen Tiberij. Tum interrogatus à Tiberio, *num ſe mandante eam ſentẽtiam prompſiſſet? ſponte dixiſſe reſpondit. neq; in iis, quæ ad remp. pertinerent, conſilio niſi ſuo vſurum vel cum periculo offenſionis.* Ea ſola ſpecies adulandi ſuperaret videlicet, vt monere, obiurgareue cum videretur, laudaret potius, gratiamque captaret prono in ſeruitutem animo. Sic ſunt vaniſſimorum hominum artes. facile deprehendi poſſunt, neque fallent niſi volentem ſe ſponte in eorum laqueos inducere: præſertim confirmata ætate Princeps

M eas

eas fraudes continuo dignoſcet. quem prauis moribus videt eſſe, ſemper ad gratiam loqui, etiam cum vitia increpat, cum ſe & ſuos opibus & honoribus immenſum augere cupit, nemo eum credat ſimplici ingenio eſſe, de Principis dignitate, de publica ſalute eſſe ſolicitum: ſed ſimulare potius vt fallat incautos, cum dolos & fraudes verſet in animo callidus, mendax, verſutus, ſimulator. Vna medicinæ faciendæ ratio eſt, ſi in aulam admittentur viri ſpectata probitate & innocentia, cæteris omnibus excluſis: ne ijs ad Principis familiaritatem aditus pateat, quamuis ingenio maximo, prudentia & dexteritate alios vincere videantur. A tenera ætate Principi odium in id genus hominum inſtilletur. etiam paraſitos auerſetur, quia nomine videntur cum adulatoribus conuenire, neque eorum feſtiuitatibus capiatur. Firmisque argumentis, & exemplis & frequenti ſermone inſtituatur: ſibique perſuadeat, eos homines certiſſimam reipublicæ peſtem eſſe, morum perniciem, patriæ turbinem atque procellam: ſanctiſſimas leges, pacis ornamenta, omniaque vitæ & probitatis ſtudia peruertere. monſtrum horrendum, ingens omni piaculo procurandum, pellendum ab aula: ne peſtilenti oris afflatu corpus reipublicæ vniuerſum à capite ad imos pedes tetra contagione contaminet.

CAPVT

CAPVT XII.

De aliis Principis virtutibus.

QVæ in commune de ſingulis virtutibus à magnis philoſophis præcepta ſunt, atque de ratione officij ſapientiſſimi Theologi diſputant, ea ad ſe omnia nihilominus Princeps pertinere iudicabit. Curabit diligenter, vt quo ſunt opes maiores, locus altior, eo amplius probitatis ſtudijs & ornamentis cæteris omnibus vnus præſtet. Neque enim fas eſt, qui lucem ciuibus præferre debet quam ſequantur, eum in ſordibus & in cœno vitiorum volutari: ſed potius cum ferro & legionibus cinctus hoſtes terreat, ſuorum beneuolentiam adiungat virtutum comitatu, honeſtatis pulchritudine. In ijs maius præſidium ponat, maius ornamentum eſſe putet ad omnem dignitatis partem, quam in ſatellitum numero, & reliquo aulæ apparatu. Sit in cibo & potu temperatus, ne ingluuies in brutorum animantium conditionem traducat: ciborum copia diſtento ſtomacho, curationi corporis magnam temporis partem dare cogat: morbis corrupta valetudine curis imperandi efficiatur impar. Fugiat libidinem, neque venerea voluptate ſe corrumpendum tradat. alienæ pudicitiæ ne inſidias faciat, probrum pudendum & graue, quod ſine inuidia populari, & multorum offenſione non contingat. cum delicijs & oblectationibus vitæ, quaſi cum domeſticis hoſtibus ſibi acriter pugnandum ſtatuat. Et qui debet alienam licentiam vindicare, legibus & ſupplicio cohibere, an æquum ſit, vt is ſe ſtupris pol-

luat, labem caſtis inferat? Cautionem & p
tiam adhibeat, ne aulicorum fraudibus de
omnes occaſiones captantium, deluſo P
honores diuitiasque cumulandi, aliena
centiam ludibrio habẽtes, abutentes alioru
plicitate. Nunquam ab æquitatis legibus di
ſe ſinat. ſummos cum infimis, atque cum ijs
coniunctos pace tenere non poterit, niſi ſi
bus perſuaſum, plus apud eum æquitatis iu
priuatos affectus poſſe, aut cuiuſquam gra
alioqui publicus iuſtitiæ vindex conſtitu
gnus regio nomine ſit, ſi ſe patiatur quacũm
tione ab ęquitate dimoueri. Ante omnia ſit
ſuaſum, imperia ope diuina fundari, auger
bonis omnibus amplificari. Numine ergo c
puriſſimo religionis cultu, caſtiſſimis p
propitiando det operam: atque ita vt à primi
eam opinionem ſuſcipiat, Dei prouidentia r
manas, atque adeo imperia gubernari. in d
beneuolentia & pietatis officijs maius rebu
præſidium, quam in armis, potentia, & calli
conſtituat: plurimumque ad auctoritatem c
liandam pertinere, ſi intelligatur ipſum De
rum eſſe & diuino præſidio vallari. Et quid
perturbatius atque calamitoſius vita homi
ſi nulla prouidentia fortuito verti credantur
in terris aguntur? aut quid immanius eſſet ho
ſoluto legibus, metu numinis ſublato? qui
faceret, quas non ederet ſtrages? Porro ad cu
religionis amplificandum, Principis mores
gnam vim habent. Exemplo rectoris facile c
magis quam vllis legibus aut ſeueritate, in eam o-
pinionem inducentur. Cum enim videant tantis
opibus

opibus innixum, diuinam opem nihilominus implorare, ad templa concurrere, nixis ad terram genibus, paſſis manibus, lacrymis toto ore manantibus Dei benignitatē propitiari: idem cæteri ſibi faciendum rebus aſperis ſtatuunt. Verum de religione plura alio loco dicenda ſunt. nunc ad eas virtutes veniamus, quæ vere regiæ ſunt, & quibus in omni vitæ parte Princeps ſeptus ornatusque eſſe debet. Ac primum curare diligenter debet, atque à prima ætate inſtitui, ne iracundiæ locus ſit, quæ eſt inimica conſilio, & mentem de poteſtate exire ſæpe compellit: quod motus ipſi, geſtusq; declarant, haud ſatis ſobrij hominis eſſe, diſtorquere labia, iactare brachia, ore pălleſcere, vocem contendere: quod faciunt quicunque ab iracundia ſuperantur. Quod vitium cum in priuata quotidianaque vita leuis eſt animi: tum vero nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adiungere. Eſt quidem difficile præſertim in rerum omnium licentia mutare animum: & ſi quid eſt natura inſitum penitus euellere: ſed inductione quadam & præceptis acerbitas ingenij mitigari poterit in teneris annis maxime. Perſuadeat inſtitutor nullum eſſe argumentum maius animi abiecti atque imbecilli, quam ab iracundia vinci, quod in pueris, mulieribus, ſenibus conſideramus huic perturbationi maxime eſſe obnoxios, propter ætatis nimirum aut ſexus imbecillitatem. Contra, excelſi animi eſt nunquam irritari iniuria, non ſe ſentire percuſſum. Sic irritus ingenti ſcopulo fluctus illiditur. neque immanis & generoſa fera ad canis latratum mouetur. Vehementiores animi concitationes & iurgia tum à grauitate mo-

rum aliena ſunt, tum contraria imperio & dignitati, nam ſi implacabiles ſunt iracundiæ, ſumma eſt acerbitas, ſin autem exorabiles, ſumma leuitas: quæ tamen, vt in malis acerbitati anteponenda eſt. Victus à primis annis ratio multum vehementem naturam remittet: conſuetudo etiam in contrarium flectet. Profuit iracundis ſæpe cum ſedatis hominibus conuerſari. cœlo ſalubri vires & valetudo corporis confirmantur, magis quam vllo medicamento. feræ, quæ diu in conuictu noſtro verſantur, commodiores fiunt: humanitatis aliquid ex vſu quotidiano hauriunt. Atque illud præcipuũ, quod inter bonos & moderatos nulla exiſtit occaſio exaſperandæ iracundiæ. A teneris aſſuefactus, cupiditates commotas voluntatemque frangere, haud facile irritatur. pueritia indomita, modeſtia etiam ingenia deprauantur. Iacobo primo Aragonio Regi malo fuit in ira regi non potuiſſe, vſque eò, vt Gerundenſi Epiſcopo linguam coram abſcindi fecerit, quaſi arcana retegiſſet, Theraſię Vidauræ fidem de coniugio ab eo ſuperiori tempore datam. Quod impium facinus fuit diris ab Innocentio Pontifice & mulcta graui vindicatum. Manſuetudini clementia eſt adiuncta, qua virtute nihil excellentius eſt, nihil quod magnos Principes Deo immortali magis ſimiles faciat: cuius præcipua & maxima laus eſt, in hominum erratis diſſimulare. *Si peccatis ſupplicia metiatur, iam pridem genus humanum extinxerit.* Cogitet ſe hominem eſſe. Omnes homines aliquo errore duci: hic in illo, in hoc ſibi alius indulget. Ne ergo omnes ſordes perſcrutetur: ne in alienis peccatis ſe inexorabilem præſtet. rectè enim quidam dixit: Qui peccata odit, homines odit.

clemen-

clementiæ laus tum maior, cum iræ cauſæ iuſtiſſimæ. Prouidendum quidem, ne benignitas ſi diſſoluta ſit, ſeueritatis nerui incidantur. ſalutaris animaduerſio vincit ſæpe inanem ſpeciem clementiæ. Sed eſt quidam vtriuſque rei modus ſicut reliquarum. commodo tamen reipublicæ ſemper Princeps ad exhibendam benignitatem promptior appareat, ſi opus erit ad vindicanda ſcelera, ſanciendum metum, aliquod ſeueritatis exemplum conſtituere, ſit omnibus teſtatum, inuitum ad ſupplicia & vindictam trahi: & quoad res patietur eam omnem curationem, ea iudicia à ſe remoueat, aliis magiſtratibus demandet. Plato Regem, Ægyptiorum in morem, ſacerdotem eſſe vult, neque cognitionibus intereſſe, quibus de exilio, carcere, aut cæde agitur. Aſſueſcat à primis annis benignitatem æqualibus exhibere: neque cædat ſua ipſe manu quemquam, quod turpe eſſet: quod in Petro Gaſtellæ, & Petro Luſitaniæ Regibus accuſatur, illum Mahomedem Rufum Granatę Regem peremiſſe, & quidem innoxium, addidiſſe impoſitæ plagæ linguæ petulantiam: hunc Portuenſem Epiſcopum ſua manu pulſaſſe, quamuis adulterij reum. Apage fœdum carnificis miniſterium. Ac ne inclementi quidem verbo compellare debet. Sed potius ſi ex aſſeclis atque miniſtris quem videt rapi ad verbera, non parum ſæpe debito quamuis ſupplicio eximat precibus auctoritateque. talibus animum rudimentis ad maiora comparabit. Clementiæ & manſuetudini liberalitas accedat, voluntas deſtinata ſi non omnibus, certe quam plurimis benefaciendi, numinis adinſtar, quod votis & precibus omnis ætas, ſexus,

conditio fatiget: fontis vberrimi & publici, vnde opem in rebus aſperis honorem, diuitias haurire cuncti contendant. Omnibus vt ſatisfaciat imperij opes non ſufficiant: ſed cum ope multos ſubleuarit, ſe adeuntes ſine diſcrimine blandis verbis appellet, magni beneficij loco erit Principis comitas, muneri magnam gratiam addet quamuis exiguo. Quorum preces irritæ erunt, ij aut culpam in miniſtros reijcient, aut magis facultatem quam voluntatem defuiſſe, ex tanta benignitate conijcient. Multum proderit Principem à primis annis dandis muneribus aſſueſcere: pecunia haud maligne in eum vſum ſuppeditanda: quam aut æqualibus dono det, vt cuiuſque meritum erit, aut ad ſubleuandum inopum indigentiam conuertat propria nonnunquam manu. Dandi dulcedine prouocatus maiora, confirmata ętate libentius largietur. intelligat nihil eſſe magis regium, quā poſſe ſubditis benefacere; imperandi curas moleſtas & graues hoc vno, velut condimento mitigari. Deum imitetur, qui dies ac noctes nuſquam ceſſat beneficia conferre. herbas, fruges, poma terra ſponte fundit. tot arbores frugiferæ vbique cernuntur omni naturæ parte tributum pendente ſcilicet. Dei imitatione non in fructum beneficij, ſed in ipſam beneficentiæ pulchritudinem debet reſpicere. multa perdenda ſunt beneficia dandaq; ingratis, vt vnum collocetur bene. Occurrat aliquando antequam rogetur, neq; moras nectat: cum nihil carius cōſtet, quam quod precibus & importunitate extortum ęſt. Det tamē cum iudicio maiora dignioribus, frequentius quam magna munera, ne fontem ipſum liberalitatis publicum ęrarium exhaurire aſſueſcat.

Blando

Blando ſermone ſemper, cuius facultas deeſſe non poteſt, accipiat omnes, etiam cum donum negatur. inuito ſic Principe negari credent, cum licuerit libenter daturum. Honores omnes aut opes in vnum paucosue cumulare noxium eſt, ne conſumpta ſpe ſegnes illi ad obſequia reddantur, largiendi alijs facultas non ſit. Eatenus ergo largiatur vt maiorum ſemper donorum, ſi merita ſuppetent, ſpem faciat. His virtutibus magnitudo animi alitur, vnde & ipſæ ortum habent, quæ maxime decet Principes. anguſto & puſillo animo nihil tetrius. Vanos præſertim metus contemnere diſcat, eaq; cura cum æqualibus certare, coram multitudine dicere, ne lucem fugiat & publicum, vmbratili vitæ aſſuetus. Feroces equos concitare nouerit ad curſum & in varios orbes flectere. armatus concurrat ſudibus in iuſtæ pugnæ modum. in arena taurum, aprum in ſyluis feriat. auribus tormentorum fragorem, tympanorum atque tubarum ſonitum ferre diſcat, neque conturbari animo. Sic ſi quod eſt in natura vitium, atraque bilis varias imagines commouet, frequenti exercitatione corrigetur. Sic Garſiam Regem Vaſconum, cognomento Tremulũ quod initio pugnæ toto corpore exhorreſceret, in tantũ virum euaſiſſe crediderim, abiectoque metu fortem ſe & ſtrenuum in prælijs omnibus præſtitiſſe, pauci vt conferri cum eo poſſint. Eſt enim metus animi degeneris argumentum, atq; à Principis dignitate penitus alienus, maieſtati aduerſus. Ergo ea fœditas amouenda eſt: dedecoris & infamiæ metus animo diligenter infigẽdus, quò metus metu trudatur. Carrionis regulos ſcimus, cum Cidi filias Eluiram & Solem vxores ſibi dari petijſſent,

nuptijs regio apparatu Valentiæ celebratis, ex turpi metu ſuſcepta ignominia in crudelitatem deſijſſe, vti fere faciunt ignaui. Adoleſcentes enim culti magis munditijs quam virilis ac militaris animi, haud ſatis ſocero mores probarunt. Semelq́; leone è cauea fortè an conſilio egreſſo præ metu ſe in turpes latebras condiderunt. iterum in pugna cum Mauris certamen exhorrere fugamq́; reſpicere viſi ſunt. Ea ignauia atque timoris ſignificatione fœdi dedecus, quod virtute procurare debuiſſent, turpiter vlti ſunt coniugum ſupplicio, quod ipſis exitiale fuit. Poſtremo ne ſe Princeps apparatu principali, miniſtrorũ obſequio cœlitum ferme ritu adorantium in ſuperbiam efferat, ciues contemnat, quod eſſet non minus noxium. diſcat cum æqualibus æquo iure viuere, ſiue res ſeriæ tractandæ, ſiue ludis remittendus animus, nihil ſibi pro imperio arrogare. Itaq; more Perſarum proſternentes humi corpora, & honores maiores, quam pro conditione mortali deferentes auerſabitur penitus: neq; patietur, quamuis adulatoribus contra diſputantibus, maieſtatem imperij ſalutis eſſe tutelam, optimos quoſq; mortales altiſſima cupere, degeneris animi eſſe oblatos honores repudiare. Meminerit nihil eſſe ea adulatione exitialius. Præclare Cyrus cum mors inſtaret, filijsq́; ſuprema præcepta daret, patrijs inſtitutis ſe ita aſſuefactum affirmauit, vt natu maioribus non fratribus ſolum, ſed ciuibus cederet via, ſede, atque ſermone. Quod ſi eſſent filij eius præceptum ſecuti, neq; delicijs & aſſentationibus corrumpendos ſe præbuiſſent, diutius imperium ſtetiſſet. Quid vero Theodoſius Magnus? Arſenium Roma euocatum vt filios ſuos ingenuis

artibus

artibus erudiret, cum forte vidiſſet coram filijs ſtare: commotus ira filijs vt ſurgerent, magiſtro vt ſederet, imperauit: fecitq; poteſtatem vt quoties videretur, eos verberibus cæderet, neq; in eorum erratis conniueret. Cuius ſi ad præceptum filij inſtituti fuiſſent, haudquaquam Romanum imperium eorum culpa, certe ipſis rerum potientibus fuiſſet magnopere labefactatum. Tuebitur Princeps maieſtatem diligenter, opinione magis quam viribus imperia ſtare perſuaſus. Verum neque in externos ritus degenerabit, me quidem iudice. Sed quantũ obſequium à minoribus exigit, tantam maioribus ipſe reuerentiam exhibebit. ac ijs præſertim, qui ſunt è ſacrato ordine, neque manus deoſculandas porriget, neq; genibus nixos patietur ſecum agere. Quo amplius religioni dederit, eo diuino magis præſidio fulcietur, quo principatus confirmantur, ſubditorum beneuolentia accedit: quorum animi nulla re magis capiũtur, quam religionis ſpecie obiecta. De qua alio ex principio dicendum eſt, & quantopere ſit Principibus neceſſaria explicandum, ſi prius de gloria dictum erit.

CAPVT XIII.

De gloria.

MVlta inſunt in natura noſtra, bona cœlo data ad ſalutem: nos ſtulti & ingrati ijs bonis ad conſectandam prauitatem abutimur contemptum numinis, noſtram ipſorum multorumque perniciem: quo quid indignius, quid calamitoſius eſſe poteſt? quid enim præſtantius animo,

quo

quo maxime à beluis diſcrepamus, cœli terræque ſpatia metimur? nos ratione & libertate, qua ad diuinam naturam propius accedimus, ad ſcelera conuertimus, ipſaſque beluas nonnumquam immanitate ſuperamus. Datum eſt corpus præſtanti formæ dignitate, omnibus partibus ad vnum concentum pulcherrime reuocatis, ad cœli cõtemplationem erectum, quod ipſa ſtatura declarat. Plerique illud ad terram abijciunt, hauriendis voluptatibus incumbunt, atque in vitiorum turpitudine quaſi cœno dies noctéſque volutantur. Habemus à natura ſenſum quendam religionis, quo incitati diuinam naturam agnoſcentes caſtiſſimo pietatis cultu veneremur. hominum amentia factum eſt, vt ab illo naturæ impetu tetræ ſuperſtitiones exiſterent, quæ fuſæ late per orbem terrarum longo tempore innumeras gentes turpitudine & cæcitate fœdarunt. Sic nullum eſt bonum tam præclarum, nullum tam inſigne munus, quod ſæpe ad exitium & deformitatem humana prauitas non conuertat. temere faciat atque ſtulte, qui de rebus ſingulis ex noſtro abuſu & non potius ex ipſa rerum natura ſtatuat. In hoc numero affectus omnes animi noſtri poni debent, amor, cupiditas, ira, metus, ſpes à natura dati ad proſequendum ſalutaria, contraria remouenda, conſentaneis vitæ officijs naturæ ſtatum conſeruandum. Nos ea præſidia plerumque ad flagitia, & vitæ peſtem conferimus. ex amore exiſtunt libidines noxiæ, ex cupiditate opes ſine modo, ſine honeſtatis cura coaceruandi ſtudium: ex ira iniuriæ, contumeliæ, cædes promanant: metu atque ſpe aut frangitur animi impetus ad res præclaras ſubeundas, aut ſuperbia ſeruimus & immanitati.

nitati. Inepti rerum æſtimatores, qui culpa hominum deprauatos affectus accuſant, eoſque penitus conuellere ex humana vita atque extirpare conantur. Quid enim, vitem ſylueſcentem, ramis luxuriantem in omnes partes, euellas, & non potius ferro coerceas? ferocem equum perimas, quem virga & fræno compeſcere poſſis, aſſuefacereq́ue ſeſſorē admittere? membrum vlcere afflictum præſcindas? ineptus ſis, niſi omnia prius experiaris, conſumasq́ue artis remedia. Sic à vitijs res per ſe honeſtas & ſalutares ſecernere in omni vitæ parte opus eſt. Sed non de re tanta hoc loco propoſitum erat diſputare. quod rei præſentis eſt, admonuiſſe ſit ſatis, animi impetus regendos eſſe, à primis annis ad honeſta & ſalutaria cōuertendos, vt non libidini & prauitati, ſed bonitati ac moderationi ſeruiant. Alioqui ſi penitus conuellantur, ne ſtupeat & langueſcat animus atque induſtria verendum eſt, quæ ijs quaſi ſtimulis & calcaribus concitatur. Et ſane ſine amoris ſynceritate, ſine amicorum præſidio, quid calamitoſius vita humana eſſet? quis tam ferreus, cuius ſi in oculis patria, parentesq́; vexentur, non efferueſcat ira, in vindictamq́ue concitetur? mitto alia, quæ longum eſſet accurata oratione explicare. Accedamus quo feſtinat oratio. Gloriæ cupiditas in natura inſita latiſſime patet: nullus enim eſt, neque tāta humanitate cultus, neq; tam agreſtis & inhumanus, qui non flagret infinita quadam gloriæ cupiditate. Deinde ita eſt in natura infixa vt nulla arte euelli, nulla lege aut metu ſupplicij comprimi poſſit: ipſa ætate, qua cæteri affectus minuuntur, maiores vires capit. Vt prudēter mihi quidam dixiſſe videatur: Laudis ſtudium vltimam eſſe tunicam

cam quam exuimus. Poſtremo tam vehemens eſt, vt animum nullo loco conſiſtere patiatur, ſed ſemper incenſum rapiat ad maiora indies & altiora in omni vitæ parte conſectanda. De qua hoc loco cõſtitui diſputare, primum an inter vitia naturæ poni debeat, quibus ex animo pellendis noſtra induſtria ſudare æquum ſit, an inter affectus animi numerari, ad præclaras actiones obeundas à natura datos. multum enim intereſt vtrouis modo loquamur. Pleriq; laudis ſtudium vituperant, & in rebus turpiſſimis ponunt, ſeueri videlicet & graues iudices, excellenti præ cæteris probitatis opinione, quaſi fallax, inane, inconſtans, modeſtiæ Chriſtianæ & diuinis legibus aduerſum, ſubducere ab oculis hominum iuſtitiæ opera præcipientibus, ne noxio popu'i aſpectu contaminata tabeſcant. Negant enim ſapientis eſſe habere ex aura populari ſuſpenſas vitæ rationes, virtutum cultu laudes hominum conſectari: cum debeat potius in internis animæ bonis, quæ ſunt honeſta, conſtantia, neq; inuitis eripi poſſunt, vitæ præſidia collocare. popularis plauſus neque veris virtutibus ſæpe paratur: ſed dolo & fraude circumuenta multitudo ſummis plerumq; laudibus celebrat, quos conſtat flagitijs & improbitate fœdos fuiſſe. Niſi forte parum conſtat inſignes tyrannos, qui bella ex bellis ſerendo cladem terris & vaſtitatem intulere, immortali fama & laudibus ab amenti plebe celebrari, quaſi ſtrenuos, clementes, æquitatis ſtudio conſpicuos. An maior dementia ſit, quam in iudicio multitudinis leuiſſimæ ſpem aliquam ponere, illiq; fidere? quæ breui momento in varias atque adeo contrarias partes mutatur. Euripi inſtar in modum venti, nunc huc nunc illuc

verſa

verſo mari ſeſe deuoluentis, vſque adeo vt leui de cauſa, quos paulo antea eximia laude afficiebat, eoſdem ignominia notare, bonis omnibus euertere non dubitet. In iſta tam mobili populi voluntate, quam in ſingulas horas inaniſſimi rumoris aura commutat, in tam præcipiti temeritate aliquid ineſſe ſtatuemus, quod ſit grauibus & honeſtis hominibus expetendum? Quid quæſo eſt grauitati & conſtantiæ magis aduerſum, quam ex vulgi temeritate pendere? quid miſerius quam in populi inſania partem aliquam felicitatis conſtituere? Sunt enim omnes rumores vmbræq; metuendi illis, qui ad gloriæ cupiditatem incumbunt: cum animaduertant q̃ facile populi ſtudia in contrarias partes vertantur. Neq; verendum eſt ſublata gloria vt ſtudia virtutum debilitentur, quod in ſuis diſputationibus quidã ponunt.alioqui virtutis genus inducemus humile, ſupplex, ambitioſum, intuens in omnes motus populi, iudicium multitudinis captans: quæ ſæpe mendacio fallitur & fraude: neque tam bene cum rebus humanis agitur, vt quæ honeſtiſſima ſunt, multis placeant. Quid præterea is faciat, qui in ſolitudine ſeceſſum apud ſe agẽs multitudinis plauſu impelli ad honeſtatem nõ poteſt? neceſſe eſt enim vt virtutis officia deponat, ſi verum eſt reſtingui virtutis ſtudiũ, niſi gloriæ igne incendatur: verẽdumq; ne dum gloriam falſis laudibus ornamus, virtutem proprijs ornamentis ſpoliemus: quæ ſola libera eſt, neque ſeruit famæ vanitati, aliena ornamenta non requirit, ſuis atque adeo diuinis dotibus illuſtrata. Sic illi diſputant, ſic ſtatuunt, nimirum non ſatis conſiderantes, dum modeſtiã ſtabiliunt, fundamenta humanæ vitæ ea diſputa-

diſputatione labefactare: honeſtatis ſtudia non parum debilitari. Quis enim non videat, laudis cupiditate, homines vehementer incendi ad præclara facinora ſuſcipienda? Nemo enim vnquam pro reipubl. ſalute, pro patria, & dignitate ſeſe diſcrimini obtuliſſet, nemo publicam vtilitatem antepoſuiſſet propriæ, nemo contemptus humanæ vitæ commodis ſapientiæ ſtudia coluiſſet, certe pauciſſimi, niſi primum fuiſſent ad ſpem, & ſtudium immortalitatis incitati. Repete veteres annales, euolue antiquitatis memoriam: inuenies proculdubio ex hoc fonte fortiſſimos duces, prudentes legiſlatores, ſummos philoſophos extitiſſe. Quis ad arte aliquam præclaram & ſalutarem animum adiecit? quis virtutem ſtudioſe colendam putauit, qui non primùm in egregij nominis celebritatem intenderet? Gloriæ igitur ſtudium non eſt in vulgi opinione, ſed in natura ſitum: id maxime declarat, quod omnibus innatum eſt mirum illius deſideriũ. Nulla eſt enim gens, nulla conditio, nulla ætas, quæ non inflammetur ea cupiditate. Mirum eſt pueri, infanteſq; quantopere laude excitentur, vſq; adeo vt quo quiſq; præſtantiſſima indole eſt natus, ita maxime huius cupiditatis à primis annis indicia exhibeat. Cyrus Perſarum Rex cum eſſet adhuc puer, adeo ad cupiditatem laudis exarſiſſe memoratur, vt illius amore omnia pericula ſuſcipienda iudicaret. *Mihi, inquit Fabius Quintilianus, ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iuuet, qui victus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc deſidiam nunquam verebor.* Quis igitur ſit tam ineptus rerum æſtimator, qui cupiditatem in natura inſitam, patentem latiſſime, &

ex qua recta indoles ingeniorum dijudicari debet, vituperandam arbitretur, ac non potius ſummis laudibus exornandam? Quid præterea honeſtius eſt eo ſtudio, quo honos ipſe paratur? Quid enim aliud gloria eſt? Quid vſu ſalutarius, quàm id, per quod rebus gerendis auctoritas, opes, honores, imperia parantur? Mirum enim eſt quantopere viros virtutis opinione præſtantes omnes obſeruent, vſq; adeo vt excellentis hominis conſpectu furor ſæpe popularis ſedetur. quod Virgilius elegantiſſime deſcripſit:

Magno, inquiens, *in populo cum ſæpe coorta eſt*
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus,
Iamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat:
Tum pietate grauem ac meritis ſi forte virum quem
Conſpexere, ſilent, arrectisq; auribus adſtant.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Ex quibus verbis perſpicitur, quantam vim habeat ad ſedandos populi motus perſpecta prudentiæ & probitatis opinio, qua magis quam rebus alijs imperia, regnaq; gubernantur fundanturq;. Principio enim cum nondum eſſent homines certo iure deuincti, nullius imperio conſtricti tenerentur, qui à potentioribus iniuria premebantur, fugiebant ad aliquem iuſtitia fideque præſtantem, cuius virtute vim hoſtium impetumque reprimerent. Cuius vero præſidium ſalutare in periculo fuiſſe populus expertus erat, ei rerum imperium vltro deferebant. Ex egregia itaque iuſtitiæ fama Regum maieſtas orta eſt, inde ſumma imperia nata: inde populis obſequium exiſtit, cum intelligant communem ſalutẽ, viri excellentis auctoritate & induſtria contineri. Sic ægroti medicis parent, de quorũ peritia

N integra

integra exiſtimatio eſt, Vectores ſæuiente ma
ſtantium gubernatorum nutus omnes obſe
milites incredibili alacritate eorum impera
iuſſa capeſſunt, quos vident excellere laude
ri. Ergo opinionem laudemque hominum
mnes vitæ humanę partes gubernantur, qu
xam, fallacem, atque inanem audeat vitu
Ipſæ profecto virtutes nullo maiori pręſidio
pudore muniuntur. tolle pudorem, virtutes
extinxeris. Eſt autem pudor vehemens quida
decoris & ignominiæ metus. hūc autem tim
appellat Plato diuinum, quod ſit cuſtos vi
omnium virtutum. Huius verecundiæ lu
omni ætate, ſed præſertim in pueris elucet,
xime qui clariori indole ſunt. Videmus eni
tam doloris metu, quam timore infamiæ &
miniæ contineri, commouerique. Hic igitu
tus eorum cupiditates coercet, ne ſe nimiæ
induſtriam acuit & in ſtudio vigilantes effic
enim ab æqualibus vinci turpe putant, nullu
borem ſpe victoriæ recuſant. & dum dedecu
mo ſtudio vitant, honeſtatem magno animo
ſectantur. Ætate progrediente quid eſt, quo
gis incendat, quam dedecoris metus, vt artes
tares exerceant, rempublicam regendam ſu
ant, in militari diſciplina ſe exerceant? Vides
quam vtile ſit inſitum turpitudinis odium
nihil eſſe in vita tetrius impudentia, ex q
mnes effrænatæ libidines, turpiſſima quæqu
gitia exiſtunt. Quod ſi metus ignominiæ
infamiæ vtilis eſt, famæ atque laudis ſtudium
eſſe minus ſalutare, fateri neceſſe eſt. Quid
aliud eſt pudor, quam motus animi dedecu

pellentis, ad laudem & gloriam aſpirantis? Ex quo efficitur omne ſtudium honeſtatis cupiditate gloriæ contineri. Et quis vellet, ſi humana tantum ſpectes, vel laborem ſuſcipere, vel voluptatem recuſare, vel vitam ipſam & ſalutem periculo obijcicere, ſi nō eſſet laudis & gloriæ ſuauitate delinitus? Ita quod præ cæteris nationibus noſtra gens bellica laude, deinde animi magnitudine floret, laudis ſtudio, cuius ſumus cupidiſſimi, magna ex parte tribuatur. Mihi quidem momenta argumentorum, quæ in vtramque partem allata ſunt, & laudis & gloriæ naturam conſideranti, atque animi humani motus, qua ratione inter ſe connectantur: ea ſententia vera & ſapiens videri ſolet, quæ inter res humanas ſecundum virtutem, gloriæ ac laudi principatum dat, modo legitimæ, atque honeſtatis ſtudijs & præclaris in rempubl. meritis petitæ atque hauſtæ. Inani enim gloria, nimirum quæ ex prauis facinoribus aut rebus ludicris quæritur, nihil eſſe vanius, nihil fallacius, nihil incōſtantius iudicamus. eam viri prudentes in ſuis diſputationibus merito & prudēter exagitant: eo exitialius malum, quod veram gloriam aſſimulando innumeros ad ſe trahit, naturali veræ laudis cupiditate incitatos, neque valentes inter vtramque diſcernere. Vt enim quo quis pulcherrima forma capitur, eo fucis ementita facilius decipitur, atque ad infamiſſima ſcorta maiori impetu trahitur, quæ vulgato corpore infamem quæſtum exercet: ita pro vera laude animus facile mendacem amplectitur. Ergo laus ex flagitio petita, reprobanda eſt, ac penitus eijcienda. Quicunque ab omni memoria vaſtitatem terris intulerunt, ij nobiles magis quā clari, maiori fama quam gloria vixerunt. Fama enim in

vtramque partem accipitur, gloria & claritas nominis approbationem & beneuolentiam multorum, ſed præſertim proborum hominum adiunctam habet. Neque Domitius Nero tum cætera prauitate, tum exercendis artibus ſcenicis, cum hiſtrionis habitu in theatrum prodiret, arguta manu & digitis fides impelleret, ſimul canoram vocem explicaret, Deorum nominibus à populo affictis, veram laudem & gloriam conſequebatur: ſed inani potius in præſenti aſſentatione celebratus, ad poſteritatem omnium turpitudinum maculis deformis efficiebatur. Inter aliorum prauorum Principum vitia virtutum veſtigia extabant, fortitudinis, magnitudinis animi, quæ poſteritatis præconio prædicantur. Ergo quod de populi vanitate, leuitate & inconſtantia ab aduerſarijs afferebatur, q̃ de præpoſtero iudicio dicta ſunt, & explicata eleganter, à ſuſcepta ſemel ſentẽtia mouere nõ debét. neq; enim veræ gloriæ fructum in populi arbitrio relinquimus: ſed ab eorum ſententia prorſus ad ſapientum conſenſum & tribunal prouocandum iudicamus. quorũ iudicium quoniam verũ eſt, ipſis naturæ principijs nixũ, obſcurari aliquando poteſt, opprimi penitus nõ poteſt, vt non aliquãdo emergat. ſublata poſt mortem inuidia, cadente errore populari, qui tantiſper laude celebres erant quaſi viri præſtantes atq; præclari, non à ſapientibus modo, ſed etiam ab vniuerſa multitudine vituperãtur. Neq; enim tam bene cum rebus humanis agitur, vt quæ recta ſunt omnib. placeant, prauitas à cunctis reijciatur: neq; tam male, vt deprauatum iudicium diuturnum ſit, & non ſæpe multitudo amore pulchritudinis alliciatur: vitia deteſtetur, quorum

tant-

tanta eſt deformitas, vt vel à ſectatoribus odio habeantur: tanta contra dignitas honeſtatis, vt à prauis etiam hominibus laudem habeat. Neq; vero nos cum laudis ſtudium quamuis inflammatum, vituperandum negamus, in eum quaſi in vltimum bonorum finem actiones dirigendas iudicamus. quod eſſet non minus turpe, quam contemptus laudis & gloriæ exitialis. atq; id eſt quod diuinis legibus vetatur, cum opera recta à conſpectu hominum ſubduci atq; à celebritate mandatur. Non ergo vlla turpitudo ſuſcipienda eſt laudis colligendæ ſtudio, ſed præclaris actionibus ita laus quærenda eſt, vt ad Deum auctorem omnium bonorum tandem referatur, ex quo omnes rationes noſtras habere ſuſpēſas conuenit. Præterea curandum, vt ea laude, atque celebri opinione quaſi virtutum inſtrumento vtamur ad excitandum animum, ad obeundas pręſtantiores indies & excellentiores actiones. Sic enim cum rerum natura animus conſentiet atque ſtudium, virtutem non laudis colligendæ cauſa inſtituente, ſed econtrario laudis cupiditatem ad alendas virtutes in animis noſtris ingenerante. Sapientiſſimus enim artifex Deus actionibus obeundis, quædam quaſi condimenta excogitauit, quibus ſuaues redderentur & faciles: primum voluptatē, qua deliniti ſenſus, officio ſuo fungerentur, eo maiorem indidit, quo actiones tum difficiliores tum magis neceſſariæ futuræ erant. vti in procreatione filiorum conſideramus, ne genera deficerent, infinitam quandā voluptatem corporibus animantium eſſe inſitam: cuius cupiditate ſe inuicē appeterent, & mutua coniunctione gauderent. Sed quoniam voluptatem cum cæteris animanti-

 bus

[illegible] *ſt fructus veræ virtutis honeſtiſſimus, repudiare.* E[illegible]incipis animus ad gloriæ cupiditatem eri[illegible]dq; trifariam. Primum enim certamina in[illegible]ur aut litteraria aut de pugnandi dexterita te [illegible]oſito præmio victori. ea ſpes & contentio pu[illegible]s animos vehemẽter inflammabit præſertim ad[illegible] præceptoris laude, vituperatione etiam eorum, ſi qui ſe ignauos & negligentes in certamine præbuerint. Deinde ijs audientibus laudetur induſtria virorum aut iuuenum in quauis laude præſtãtium, accuſentur aliorum flagitia. nimirum ille nõ ſe in poteſtate extulit, non fuit inſolens in pecunia. contra, illius opes & copiæ non bonitati ac moderationi facultatem & materiam dediſſe videntur, ſed ſuperbiæ, libidini atq; immanitati. vtriuſq; exitus & fama, ſi cõmemoretur, magni inſtar momẽti erit ad ingenerandũ turpitudinis odiũ, probitatis ſtudium excitandum. Quidam filium caſtigat his verbis:

Nonne vides Albi vt male viuat filius? vtq;
Barus inops, magnum documentum ne patriam rem
Perdere quis velit? Rurſus
Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe
Abſterrent vitijs.

Hac arte igniculis frequenter admotis flamma ingens atque diuturna excitabitur. Poſtremo à pueris ſtudiorum comitibus cauſæ fictæ agantur quãta fieri poterit actionis venuſtate & gratia: ita tamen, vt neque grauitas facetijs minuatur, neque iocus magnitudine rerum & grauitate perſonarum excludatur. Sic Xenophon memorat Cyro puero præſente & diſceptante, cauſas à pueris actitatas. qui nõ recte ſe geſſiſſet, aut perperam de quæſtione

propoſita iudicaſſet, eum verbis caſtigare, p
coercere moris erat. Ergo ea concertatio ad
firmandam memoriam iuuerit, atque para
rerum multarum cognitionem. Hærent e
memoria tenaciter quæ à primis annis ſuſcep
Argumentum de virtutum præſtantia, de vi
fœditate, de legibus, de moribus inſtitutisq;
bello & pace eſſe debet. Duo aut tres pueri
ptent in vtramque partem: vnus quaſi iudex
nunciata ſententia litem dirimat. Oratione
verbis ſplendidis ornatæ, multis ſententiaru
minibus diſtinctæ, vel à pueris ipſis compoſit
peritia adſit, vel à præceptore diligenter caſtig
ne in puerorum memoria hæreat aliquid, quod nō ſit ex ſanctiſſimis moribus, eruditioniq; conſonum curare opus eſt. Quod ſi hæc exercitatio frequens ſit, & pro dignitate ſuſcipiatur, nullo recuſato labore, nulla moleſtia, haud facile dictum eſt, quanti prouentus ſint breui futuri, quam copioſi & ampli induſtriæ fructus exiſtent. Illud ad extremum inſtitutori Principis ſit perſuaſum, cæteris mortalibus conſilia plurimum ad vtilitatem referri, quid cuiq; conducat: Principes diuerſa conditione agere: quorum actiones præcipue ad famam dirigendæ ſunt, atque ad celebritatem nominis comparandam.

CAPVT XIV.

De religione.

SVpereſt religionis ſtudiũ: de quo cum nonnulla ſint dicta, paulo plura adijcienda putabam. Neque enim pro dignitate ſatis commendari ea virtus

virtus poterit : neque afferre ſatietatem debet, cuius vſus eſt vel maxime Principibus ſalutaris. Ac primum religionem hoc loco intelligimus: ſynceri Dei cultum ex pietate & rerum diuinarum cognitione profectum. aut religio eſt noſtræ mentis cum Deo vinculum. Placet enim religionis vocem magis à religando deduci, quod Lactantius iudicauit, quam à reeligendo, relegendo, vel etiam relinquendo. quæ vocis notationes magnos ſingulæ auctores habent. Contra, ſuperſtitio eſt cultus veræ religioni contrarius cum errore, amentia, & improbitate coniunctus, ſiue ſit nimia atque importuna colendi Deum ſolicitudo, ex timore & animi anxietate nata, ſiue ritus ad mali dęmonis auxilium inuocandum ſuſceptus: idque dupliciter, verbis expreſſis, quod impium eſt, petere vt ferat opem, ſuamque præſentiam aliquo argumento declaret: aut cum ea cupimus pręſtari ad pellendos morbos, res futuras præſagiendas, quæ virium noſtrarum modum excedunt, adhibiti remedij facultatem. Neceſſe eſt enim interpretari maioris atque occultæ poteſtatis re ipſa auxilium implorari. Neque nunc de impio Deorum cultu diſputamus, qui per terras fuſus gentes innumeras dementauit, vt in cœlum reciperent aut prauos homines, aut cæteras animantes templis darent, etſi is etiam cultus ſuperſtitionis nomine & ambitu comprehendatur. Ergo cum Principi religionis ſtudium commendatum eſſe cupimus, nolumus vt religionis ſpecie deceptus anili ſuperſtitione maieſtatem polluat, futuros euentus perſcrutando, aliqua diuinandi arte (ſi ars eſt, & non potius vaniſſimorum hominum ludibrium) ad pellendos morbos, vi-

tandum periculum ineptis &anilibus am
magicis carminibus abutatur, quod nefas e
ptæ aut nimię religionis gemina exempla
ſatis habeã. Ioanne ſecundo Caſtellæ Rege
cerum animos ſanandos Medinæ Campe
conuentus erant, nouo ſacramento cun
nes in verba Regis adacti fortem & fidel
ram bello, quod in Aragonios inſtabat, na
indicaturosq; ſi qui contra molirentur: ad
crationes ſunt, ſi fidem fallerent, expiando
Hieroſolymam nudis pedibus ituros, iur
gratiam petituros nunquam. Nimia ea ca
deatur. Illud noxium quod Martinus Barb
cantariæ Magiſter à Ioanne quodam Sago
ptus, qui diu ſecretam ab hominibus vitam
& quaſi diuino monitu victoriam pollice
contra icti recens fœderis leges cum Mauris,
cta ſpecie religionis magna, ſed incondita h
multitudine, in Granatæ fines incurrens h
accurſu circumuentus cum ſuis omnibus
Dieſque Chriſti ad vitam reducis memori
uus reque & nomine candidus in atrum
eſt. atque nobili documento ſancitum in ex
dinaria ſpecie ſanctitatis ineſſe ſæpe fraudem
lumus ergo Principem ijs hominibus faciles
modare aures. Nolumus vt totos dies & no
precibus & animi anxietate conſumat, quod eſſet
non minus noxium. Sed ita ſe comparare debet, vt
neque de futuris euentibus magnopere laboret: in
diuino præſidio & pietate ſalutis ſpem ponat: ad
curandos morbos non alios quam medicę artis peritos
adhibeat, eorum cõſilio herbas ſalutares. Præterea
ita tempora diuidere debet, vt non ad otium,
natus

natus, ſed ad negotium eſſe videatur. Alioqui vera religio, vel maxime ſalutaris, eſt, cum omnibus, tum Principibus, quippe rebus aduerſis ſolamen, ſecundis temperamentum, ne animus ſe efferat, & rerum licentia abutatur ad perniciem. Magnæ vndique ærumnæ premunt, graues circumſiſtunt vitam noſtram calamitates. nulla vitæ pars, aut dolore libera aut moleſtia vacua eſt, aut exempta curis & anxietate. Adoleſcentiam libido exercet, iuuentutem temeritas, variæque cupiditates, ſenectus morbis & auaritia fatigatur. Varij extrinſecus metus vigent. ſæpe etiam nullo vento reflante ſæui in animo fluctus concitantur: & cadente externo malorum impetu, interna acerbiorque moleſtiarum procella exurgit: nulla certa cauſa temere ſæpe commouemur perturbamurque. Longum eſſet ire per ſingula: multiplices moleſtias oratione explicare ſuperuacaneum. Sed quoniam hæc mala vitare penitus non datur, nempe in natura inſita: mitigare ſinguli aliquo remedio conantur. Alij voluptates conſectantur: quidam actione & negotijs animum cogitatione prohibent ſuæ infelicitatis: nonnulli excurſu per agros vitam tolerant: plurimi in amicorum colloquio, quo nihil eſt dulcius, moleſtias deponere conantur, aut librorum lectione tempus fallunt. cuncti veluti ardentem febrim ſedare cupientes externa videlicet remedia conquirunt, cũ morbi vis in viſceribus lateat. Ei anxietati intimis medullis conceptæ, ſola certa religio aut maxime mederi poteſt, hoc eſt, cognitio, metus, cultusq; diuini numinis. Dum enim memoriam antiqui ſceleris reuocat, vnde in hæc mala & ſupplicia præcipitauimus, æquiori animo ærumnas patimur, & di-

uinæ

uinæ prouidentiæ conſilio, quæ vrgent mala in commodum noſtrum vtilitatemque diſpenſari intelligimus: ne vitæ iucunditates aliæ ſine modo ſuſceptæ de mentis ſtatu, naturæ gradu, & rationis dignitate deijciant. Accedit vitæ futuræ & beatioris cogitatio, variæ expiationes, quibus animus flagitio infectus expiatur, incredibile afflictis hominibus ſolatium. Et nimirum qui ad rerum diuinarum contemplationem facti ſumus, quod corporis ſtatura declarat ad cœlum erecti, in officijs pietatis & religionis, naturæ vniuerſæ contemplatione, diuinæque maieſtatis & ſapientiæ mirabiliter conquieſcimus. Neque temere Enos primus inter homines celebraſſe diuinas laudes memoratur: ſed vt ex vocis Hebraicæ interpretatione, qua homo ſignificatur, hominis officium intelligeretur: nihil naturæ humanæ ſalutarius, nihil iucundius eſſe religionis ſtudio. Quod ſi recipitur eadem voce hominem afflictum ærumna, malis contritum ſignificari: quod paulo ante dicebamus, rebus aſperis certius religione remedium excogitari non poſſe ea ſententia indicabitur. Ad hæc reſp. vniuerſa duabus rebus continetur maxime, præmio & pœna, quod res ipſa declarat, & magni viri teſtantur. ijs enim veluti fundamentis ſocietas inter homines & coniunctio continetur. ſæpe metus ſupplicij retinet, quos virtutis ſplendor non frænaret. ſæpe præmium propoſitum excitat animos, ne torpore & deſidia marceſcant. Verum hæc fundamenta ſalutis eatenus vim habent, ſi anticipata opinione de diuina prouidentia, ſupplicijs & præmijs futuris muniantur. Publicam aliquando vim cohibebit metus iudiciorum; occultæ fraudes ne ſuſcipiantur,

tur, quid efficiat, niſi diuinæ maieſtatis recordatio? aut vero ſublata de rebus religione quid eſſet deterius homine? quid efferacius? quid immanius? quo ſe ſcelere non polluet ſtupris, parricidijs, impunitate propoſita? Hoc cum legiſlatores intelligerent viri prudentes, vanam ſine religione omnem induſtriam fore, legibus ſanciendis ſacrorum ritus, reliquum religionis apparatum & cæremonias adiunxerunt: in eoque maxime laborarunt, vt populo perſuaderent pœnas ſcelerum aliquando ſeras, irritas eſſe nunquam: leges quas ipſi ferrent, non humana prudentia excogitatas, ſed acceptas diuinitus fuiſſe, commenti ſunt. Inde Minois cum Ioue confabulatio in antro Cretenſi, nocturni Numæ cum Egeria congreſſus. Nimirum ciues ad parendum non modo imperio, ſed etiam religione conſtringere ſatagebant. Sertorius etiam tanti nominis dux imperio Hiſpaniæ occupato, ad fallendos barbaros ceruam cibo antea auream petere aſſuefactam, inſuſurrare diuinitus quæ facienda erant, ſimulabat. Inepte hæc, inquis, omnia & aniliter. Fateor, quis enim id non videat? ſed in eo ſapienter quod vniuerſi naturæ impulſu excitati intellexerunt, quod res erat, neque congregari homines ſine lege, neque leges ſine religione conſtare. Solem è mundo detrahat neceſſe eſt, qui de rebus humanis religionem expunget: neque minor confuſio erit rerumque perturbatio, quam ſi in altiſſimis tenebris vita tranſigatur. Nam ſi nullum numen eſt, aut negotium neque habet neque exhibet alijs: qui commercia inter homines, fœdera, conuentaque ſanciantur? Cum enim è corpore & animo conſtemus, corpori quidem vis adhiberi, vincula innecti pote-

poterunt: animus liber ſui arbitrij nullis catenis retineatur niſi religione vinctus. & cum tanti receſſus in pectore ſint, facile eſſet polliceri, fallere oblata occaſione, niſi ſit perſuaſum fixumque ſcelera & fraudes cœleſtibus curæ eſſe. Quod conſenſus gentium omnium declarat, neque priuata fœdera firma credentium, niſi iuriſiurandi religione vallata: neque publica conuenta, niſi cæſis de more hoſtijs. Non alio fecialis olim pertinebat cum patre patrato bellum indicens, caduceator cæſuſue pacem componere ſolitus. non matrimonium, non liberi, non denique quidquam aliud niſi iubentibus ſacris deligebatur. Id fides in capitolio prope Iouem conſecrata & ſumma religione culta ſignificabat, fidem Deo imprimis eſſe caram. neque ab eius cultu & ſocietate ſeparari. Verum his omiſſis, quæ minime dubia ſunt, religionis ſuauitate vitæ dolores leniri, religionis ſanctitate leges publicas & fœdera inter homines conſtare: quod inſtat & cuius cauſa omnis diſputatio ſuſcepta eſt, agamus. Affirmo nulla re magis imperia quam religionis cultu confirmari, ſiue rem ipſam intueamur, ſiue opinionem hominum, qua ſæpe magis quam viribus & potentia conſiſtunt. Res humanas & conſilia, diuina mente gubernari nemini dubium eſt, conſequens ergo eſt vt credamus illius numen bonis eſſe propitium, improbos & ſceleratos auerſari, ac impios præſertim auſus ſempiternis ſupplicijs vindicare. eos præcipuo amore complecti, qui caſtiſſimis precibus cultuque religioſo eius opem implorant, ſeque & ſua illius arbitrio regenda permittunt. Iure igitur primi vrbium conditores felicitatis fundamentum in religione poſuerunt, re-

religionis

ligionis contemptores aut morte aut exilio mulctabant. nec enim illam remp. felicem fore credebant, in qua homines impij & ſcelerati impune verſarentur: peſtilenti contagione ciues inficerent, iram numinis peſſimis actionibus irritarent. Quod non verbis docuerunt, ſed vitæ magis exemplis demonſtrarunt, frequentes in templis, ſacra ſuis ipſi manibus tractantes, non domeſtica ſolum, ſed etiam publica: vſque eo vt in pleriſque gentibus ijdem Reges & ſacerdotes eſſent, vti veterum monimenta indicio ſunt. Omnino vt Iudaicæ gentis rectores & duces miſſos faciamus, Romanos Principes nihil niſi auſpicato geſſiſſe conſtat, multos ſe ſe imperio dato abdicaſſe, comitia inſtauranda curaſſe religione iubente. Inepte dices. eſto: quid enim ea religione turpius eſſe poterat? Sed in eo prudenter, quod rerum euentus non fortunæ temeritati permittebant, ſed nutu Dei regi credentes, pacis belliq; conſilia ad ipſum referebant: bello gerendo magis ſacrificijs, quam armis expediendis erant intenti. In quo Numæ exemplum ſequebantur, cui cum diceretur à quopiam, *Hoſtes ô Numa bellum contra te comparant: At ego* (inquit ille ridens) *ſacrifico.* hoſtium vires indicans magis Dei ope quam proprijs viribus debilitari. Deus enim probitati fauet, & eſt impijs infenſus: victoria pia & virtus, qua paratur in diuinis beneficijs numerantur. Sed & recentiori memoria in Hiſpania exemplum ſimile proditum eſt. Cum reſurgentis imperij noſtri fundamenta aduerſus Mauros ponebantur, Fernandus Antolinus Garſia Fernando Caſtellæ Comite Mauris, qui Gormatium vſque proceſſerant, obuiam in repentino metu profecto

rei

rei diuinæ procurandæ cauſa, in templo ipſo ſub conflictum reſtitit. Ea pietas quam grata numini eſſet, miraculo eſt indicatum. eius enim ſpecie quidam, genius ſcilicet bonus, inter primos [illegible] virtute dimicauit, vt eius diei victoria Antolino potiſſimum tribueretur. recentes notæ ſanguinis in equo & in armis viſæ miraculum confirmarunt: reque omni prodita, Antolini innocentia, qui domi metu ignominiæ latitabat, & virtus illuſtrior euaſit. pro ignominia, quam verebatur, laudem retulit. is ſuſceptæ pietatis fructus extitit. Non fabuloſa compoſitaque miraculi cauſa, ſed ſcripta teſtataque à maioribus tradimus: quibus oſtenditur piorum hominum innocentiam & religionem Deo curæ eſſe. Verum quanti momenti religio ſit ad conciliandam Principi multitudinis beneuolentiam, ſtudia excitanda dicendum eſt, priuſquam diſputationi finis imponatur. Quem aliarum virtutum ſplendore, ſed & religionis ſtudijs maxime vident homines excellere, viribus humanis eſſe ſuperiorem neque iniuriæ opportunum, aut inſidijs fore credunt. Quis enim eius rationes labefactare aggrediatur, quem ab eximia pietate, Deo eſſe curæ firmiter habet perſuaſum? perſpecta potius probitas omnium commouebit animos allicict voluntates. ſic diuino atque humano præſidio ſeptus, extra fortunæ aleam poſitus quaſcumque ſuperabit difficultates. Hoc intelligentes magni Principes non religionis præcipuam habuere curam, ſed ſacra ſuis ipſi manibus peragebant: ſacrificia ſolenni ritu inſtaurabant. Sic in diuinis legibus & humanis Principes legiſlatoresque ſacerdotum & Pontificum nomen habent. Heſiodus Re-

ges à Ioue prognatos cecinit. Heroes Homerus, quos immortali laude ornare volebat, certis Dijs caros eſſe finxit, nempe quibus maxime addicti fuerant, eorum in tutela præſidioque deliteſcere. Scipionem ſcimus, cui deuicta Carthago Africani nomen fecit, conſueuiſſe Capitolium & templa Romana frequētare. Eo religionis officio, ſeu ſyncero animo ſuſcepto ſeu aſſimulato ad tempus, opinione in ciuium animis excitata de eius probitate, rebus præclare geſtis nomen immortale conſecutus eſt. Poſſem multa exempla commemorare eorum, qui iiſdem veſtigijs ingreſſi ingentem gloriam pareſq; opes ſunt conſecuti. Sed finis eſto. *Sit ergo tibi, Princeps ſuauiſsime, conſtitutum, ſit fixum, religionis ſtudio certiſsimum rebus contineri præſidium. Tantumne in externos ritus aut ipſe degeneres, aut ciues degenerare ſinas, quod publico malo luatur. Nihil eſt enim in ſpeciem praua religione fallacius, nihil magis ſoluendo remp. quam vbi nō patrio, ſed nouo ritu ſacrificatur. Aniles ſuperſtitiones deuita. rerum cœleſtium peritiam futuris prædicendis euentibus vaniſsimam artem puta. tempora negotio debita ne in otio & rerū contēplatione conſumas. Alioqui hortor & moneo, vt caſtiſsimis precibus Deum ſuperosque omnes ſolicites, præſertim locorum tutelares, mentem ab oculorum conſuetudine auoces ſæpe, atque in diuinarum rerum contemplatione defigas: multus in tēplis ſis, ſilentio, modeſtia, totoque corporis habitu ciuibus ad imitandum exemplum eſto. ne garrulitate ſtrepant, in iocos riſuſque ſoluantur, ac omnino ne laſciuium aliquid extet, diligenter eſt curandum: ne pro diuino patrocinio, ad quod concurritur, ſuperum ira excitetur. Cum ſolus es remotis arbitris nunquā tibi deſis. ſtatis temporibus quotidie Deo & tibi vaca, in conclaui & in lecto, quantum*

onus humeris incumbat conſidera, quid erratum eo die, quid proximo ſit corrigendum diligenter diſpice. multum ea cura iuuerit in omnem vitæ imperijq́; partem. Denique ita te comparare debes, vt omnes intelligāt religionis præſtantius nihil eſſe: quæ ad cultum veræ maieſtatis erudit, cupiditates frænat, moleſtias doloresq́; mitigat, leges tuetur, ſocietatemque inter homines & fœderum ſanctitatem: Principes cœlo & hominibus gratos reddit, bonis omnibus atque immortali gloria cumulat.

LIBER

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De magiſtratibus.

PERBEATI populi videntur eſſe, penes quos rerum poteſtas eſt:cum copijs omnibus & voluptatibus circumfluant, quæ prima mortales putant. mihi omnium miſerrimi, qui purpura & auro multas & graues ſolicitudines tegant, quibus animi noctes dieſq; cruciantur. Atque illud grauiſſimum eſt, quod iniuncto muneri, vitæ ipſi innocentia & morum probitate ſatisfacere non poſſint, vt maxime pecuniæ, voluptati, cupiditatibus reſiſtant: niſi omnes miniſtros imperij quibus pars aliqua reip. demandatur, vniuerſos aulæ aſſeclas ſocijs, ciuibus, & reip. præſtari videantur. Proh miſeram atque grauem imperandi conditionem. Nam priuata peccata vitare multis contingat: non eſt enim poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi atque voluntatis: aliorum cupiditates frænare, in tanto preſertim miniſtrorum numero, tantaq; labe, maioris prudentiæ quam humanæ eſt, cœlo potius datum, quam humana partum induſtria. Itaq; ab omni memoria multos Principes conſideramus laudem conſecutos non tam probitate ipſorum, quam eorum integritate, quibus adminiſtris ſuæ poteſtatis vſi ſunt. contra, aliorum Principum nomen omnium

turpitudinum maculis deformatum, inuidioſumque eſſe factum, libertorum magis culpa, & magiſtratuum, quam ſua. Tametſi id crimen merito ſuſtinent, quod deligendis miniſtris, præficiendis magiſtratibus, non eam curam, quam par erat, adhibuerunt. neque enim diuinum numen deeſſet caſtiſſimis precibus ſolicitatum, ea ſuppeditare præſidia, quibus vita principalis opus habet. Ergo de Principis virtutibus ſuperiori libro multa ſunt dicta. nunc de ratione regendi remp. bello paceque diſputandum eſt: quibus præceptis maior ætate factus, atque in ſuam tutelam veniens opus habeat. Ac primum de adminiſtris quales eſſe debeant dicendum eſt. attentioque Principis in re tanta aliquot documentis iuuanda. Et quidem de miniſtris aulæ expedita præceptio eſt: ex omni nobilitate Principe maiore, ij diligantur, quos vitæ innocentia, ingenium, prudentia, magnitudo animi, obſequẽdi dexteritas commendabit. peruerſo homines ingenio, iuuenes luxu perditos, ne eorum colore mutetur, diligenter arcebit ab aula, atq; familiaritate. Neque enim integra probitatis opinio eſſe apud populum de eo poteſt, cuius domeſticos vident omnibus probris coopertos. Quapropter cuiuſq; vitam & mores, niſi à primis annis perſpecti ſint, excutiendos cenſeo, priuſquam ad conuictum Principis & obſequia domeſtica admittantur. Multis ſimulationum inuolucris tegitur, & quaſi velis quibuſdam obtenditur vniuſcuiuſq; natura: frons, oculi, vultus maxime mendacio ſeruit, oratio ſæpiſſime. Si quis opinionem de eo conceptam fefelliſſe viſus erit, aut aulæ licentia mutaſſe mores: is honeſta aliqua miſſione & omnino exigendus continuo

erit,

erit, [illegible]a prauitate quaſi peſte aulam inficiat: quæ inſt[illegible]mpli religioſiſſimi procul ab omni contagio[illegible]e debet. atque illud breuiſſimum eſt, & facilli[illegible] teneri poteſt, vt ita ſe ſerui Principis gerant, quaſi in oculis eius & conſpectu in omni actione verſentur. Si quis ex aulicis egregie fidelis fuerit, ſit in domeſticis rebus & priuatis: quæ res ad officium imperij, atque ad aliquam partem reipublicæ pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. multa enim quæ recte committi ſeruis fidelis poſſunt, tamen ſermonis & vituperationibus vitandi cauſa committenda non ſunt. Simul eorum arrogantiæ conſulendum, ne licentia inſolentes euadant, quæ maxima pernicies eſt. Vnde Polycleti, Seiani, Pallantes Romanorum imperio, noſtra & parentum memoria inuidioſa multorum libertorum nomina prodierunt. Debent quidem in familia Principis ij verſari, vnde præclari duces, incorrupti magiſtratus exiſtant: ſed dum reip. cura non demandabitur, ſibi alienas partes arrogare non debent, domeſticis obſequijs & gratia Principis contenti. Quam ille, me auctore, inter plures communicabit: neque vllum aliquem aut paucos immenſum creſcere permittet, quod ſine pernicie ſine motu non contingat: certè multorum inuidia & ſuſpicionibus, non virtutibus ſed vitiorum communioni aut miniſterio eam familiaritatem dari. Ne perſpecta quidem probitate viris dandum, vt præ cæteris Principis gratia ſine fine creſcant. Guterrio Caſtrio, quali ac quanto viro, Sanctius Caſtellæ Rex cognomento Deſideratus, Alfonſum filium infantulum educandum tutandumq; moriens anno milleſimo centeſimo quinquageſi-

mo octauo reliquit. Laræ reguli quorum erat prima vox in regni conuentibus auctoritas maxima, iniuriam interpretati eo prælato ſibi, remp. vexarunt diu, vt ferme ludibrio ac prædæ eſſet. quod ſi id contigit bono,& quo Rex ipſe inſtitutore creuerat, quid putemus fore in prauis aut ſuſpectis Principis familiaritate gratiaque? Miniſtris imperij deligendis, creandis magiſtratibus, ea diligentia adhibeatur, quam rei magnitudo exigit. alioqui ſi temere rebus præfecti fuerint, rempub. proculdubio prædæ habebunt, magna iudiciorum perturbatio exiſtet, magna ſcelerum licẽtia inualido legum auxilio, quæ vi, gratia, ambitu, pecunia corrumpentur. ſuo illi commodo, Principis infamia & periculo peccabunt. Ergo rebus præfici niſi proclamatos veto. quod Alexander Seuerus præclara Princeps indole Romæ faciebat, more à Chriſtianis translato. Nefas ſit à noſtris negligi, quod Princeps, quãuis probus noſtris ſacris nondum imbutus imitabatur. Quod ſi proclamari nõ placet, ne calumniæ & fraudes exiſtant in tanta colluuione vitiorum, tam effræni inuidia, certe diligenter in eorum qui præficiendi ſunt, vitam, mores & ingenium inquiratur. ne pro paſtoribus, lupis prouinciæ commendentur, diligenter prouidendum. Quod caput eſt, nunquam ad cuiuſquam gratiam is honos deferatur, quæ grauiſſima peſtis eſt. ſi enim medicum curando tuo aut tuorum corpori non adhibeas, quem amicus rogarit, ſed quem conſtiterit in medendi arte eſſe peritum, idemque faciendum in alijs artibus putes: quanta rerum peruerſio, in quo ſalus publica vertitur, gratiæ aut offenſæ aliquid dare deligendis magiſtratibus. Neque vero reſp. eſt

com-

commendanda ijs tantum qui ambiunt, quod video inſtitutum multis Principibus præpoſtera ratione probari: ſed potius quos idoneos eſſe conſtiterit, quos morum candor, & ex multo rerum vſu collecta prudentia commendabit, ij ſunt vltro ad gerendam rempublicam euocandi, abſtrahendi etiam à ſeceſſu: niſi forte vacatione quaſi emeritos milites rudeq, donandos Princeps iudicabit. Qui corruptis ſunt moribus, vita infami, in pecunia aut fraudibus ſpem ponunt. Qui ſe ingerunt, alieno patrocinio confiſi magis quam dexteritate, induſtria, vitæ innocentia. Qui anguſtia rei familiaris oppreſſi, quaſi ex naufragio ad ea magiſtratuum ſaxa adhærere, atque reip. diſpendio emergendi cupiditatem explere ſatagunt, qua nulla grauior peſtis: ij omnes ſunt omni cura repellendi. Nemo enim poteſtatem ſcelere quæſitam bonis artibus exercuit. ſtupra is, rapinas, ſcelerum licentiam volutabit animo, nulla famæ memoria, nulla honeſtatis. ſui ſimilis ſemper exiſtet. Eleganter quoq; feſtiuus poeta:

Virtute ambire oportet non fauitoribus.
Sat fauitorum habet ſemper qui recte facit.

Præterea qui in re familiari imprudens fuit, eum ſperes in rep. procuranda ſatis fore cautum? aliena curaturum diligenter, qui priuatas rationes neglexit? Contingat vt nulla ſua culpa, ſed temporũ aut inimicorum iniuria in calamitatem quis inciderit: contingat ſucceſſiſſe cum ætatę pœnitentiam, moreſque ſaniores factos eſſe: ſed dum id exploratum non erit, dum alij ſuppetent integra probatis fama, vnoque à prima ætate virtutum tenore, ij me auctore, ſi ſalui eſſe volumus, in omni

procuratione præferantur. Paulus certe eccleſijs præficiendos Epiſcopos ſancit, qui domibus ſuis recte & prudenter gubernatis inſitæ prudentiæ ſpecimen dederint. inuenioque memoriæ proditum apud Mileſios, quæ vrbs Aſiæ eſt, cum reipublicæ ſtatu commutato de eligendis magiſtratibus diſceptaretur, luſtrato vniuerſo agro ab ijs, quibus ea cura erat data, eos fuiſſe præfectos, quorum prædia diligenti cultura nitere præ cæteris oculis explorarunt. Quid vero, an æquum ſit hominum perditorum aut egenorum inopiam, cupiditatesque ſupplere publica calamitate? In quo placet Scipionis Æmiliani ratio, qui cum Seruius Sulpicius Galba, & Aurelius Conſules in ſenatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur; Patribus ſuſpenſis atque eius ſententiam expectantibus, neutrum placere reſpondit: *Alter nihil habet*, inquiens, *alteri eſt nihil ſatis. non minus periculi ab inopia, quam ab auaritia ſubeſſe indicans.* Placet etiam vt vni homini vna tantum cura demandetur: neque plures magiſtratus in vnum hominem cumulandi videntur. In quo Carthaginenſes publice peccaſſe accuſat Ariſtoteles: nos etiam multorum Principum præpoſteram in eo rationem poſſemus accuſare. Neque enim vnius vires & prudentia multis procurationibus ſit ſatis. concidat preſſus onere: gemat ipſe, gemāt ſubditi neceſſe eſt, temporis & rei familiaris diſpendium, dum liti aut negotio finis aut nunquam aut poſt longas moras, ingentes ſumptus imponitur. Et vt vnus ad multos gerendos magiſtratus ſatis eſſet, id incommodè accidit, quod ijs honoribus miniſterijsque inter plures partitis, plurium beneuolētia Principi conciliaretur,

:ſl... etur multis eius beneficijs conſtrictis: præ-
:e... occupatis negotio ciuibus minor nouarum
:e... & imperij cupiditas eſſet. qui enim bonorũ
:e... participes non exiſtunt, ipſi aut eorum ne-
:e... ij, ij vt oderint rerum ſtatum neceſſe eſt, mu-
:a... cupiant. quod miror Principes non conſide-
rare ſiue cùm magiſtratus creantur, ſiue cùm mini-
ſtri ad obſequia domeſtica & aulæ procurationem
adhibentur. Vt otioſi homines annuis vectigalibus
deſignatis rempub. arrodant, inania & imaginaria
officiorum nomina, metatores, regiæ procurato-
res, libellorum ſupplicum magiſtri, quorum eſſe
ſolet magnus numerus, præſertim repub. perturba-
ta, nunquam probabo. quam reip. labem Alexan-
der etiam Seuerus optimus Princeps ſuſtulit. Illud
contendo, vt magiſtratuum nomina inania eſſe nõ
debent: ita procurationes multas, magiſtratus ſiue
miniſteria in aula Principis non eſſe vni demandã-
da, quo nimirum partito onere facilius ſingula ex-
pediantur negotia, Principis beneficium latius pa-
teat. Atque cum hæc vera ſint, tum illud quæſtio-
nem habet: debeant magiſtratus eſſe perpetui, an
ad tempus mutari? Affirmat Plato regiæ poteſta-
tis ad inſtar perpetuos fore, quo maior prudentia
ipſis, maior reuerentia popularibus ſit. negat Ari-
ſtoteles, quòd quemadmodum in corporibus, ita
in animis quædã ſenectus eſt ad res gerẽdas inepta:
præterea rebus communibus expedire, vt ſinguli
rectores intelligant, ita imperium datum vt red-
dant, & an ijs legibus datũ ad quas reuertendũ ſit.
Platonis inſtitutũ Tiberio Imperatori placuit ægre
amouere ſolito præfectos prouinciarũ, quòd muſ-
cis ſimiles eſſe dictitaret, quo diutius vlceri inſe-

O 5 diſſeat,

diſſent, ſeq; ſanie ingurgitaſſent minus moleſtos. Pleriq; Principes, & reſpubl. diuerſum ſequuntur mutando frequenter magiſtratus, ne vitijs corrumpantur & ſocordia, ne degenerent in tyrannidem, exiſtimantes ex interuallo aſſuefaciendos æquo cũ cæteris iure viuere. exigere rationem adminiſtratæ reipubl. eſſe imprimis ſalutare. In eam rem video antiquis temporibus vſitatum, legeq; Caroli Magni Imperatoris ſancitum, vt certis temporib. rempublicam vniuerſam delecti ex vtroq; ordine Epiſcopi & viri primarij luſtrarent, inquiſitionemque inſtituerent de ſingulorum iudicum vita, moribus integritate. quæ ratio ſi in noſtros mores reuocaretur, non poſſet non eſſe imprimis ſalutaris. Nam quæ ratio tenetur, vt ſucceſſor in prioris vitam inquirat incommodis eſt obnoxia: ac periculum ne ſeueri in cæteros inter ſe mutuo parcant, in erratisq; diſſimulent. Mihi ſane non placet, præſertim cum noſtri mores tantum iam ad nimiam leuitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari Principem omnes ſordes, vindicare leuiſſima etiam magiſtratuum peccata: ſed ſingulorum mores exploratos habere conuenit, vt quanta ſit in quoq; fides & induſtria, tantum cuique committatur, maiori aliquanto cura futuri temporis quàm præteriti: cuius ea conditio eſt, vt mutari non poſſit. Quod extremum eſt præceptum, riſerit aliquis fortaſſe: eſt enim nõ tam acutum, quàm neceſſarium, magiſq; monitoris non fatui, q̃ eruditi magiſtri: vt finiendi lites ne infinitum progrediantur, ratio aliqua excogitetur. Minores controuerſias delecti in id iudices breui cognitione finiant nulla appellationis facultate. Maioribus cauſis tempus præſcribatur,

vltra

vltra quod non procedant. quod fiet tum alijs remedijs, tum teſtes ex remotis regionibus aduocandi ſublata ſpe, quæ via fraudis eſt. extinctos putent, qui intra breue tempus adeſſe non poterunt. Et quanta peruerſitas, cum his tergiuerſationibus, præuaricationibus, comperendinationibus, quaſi ex aliena miſeria infinitus hominum numerus viuant, aduocatorum, procuratorum, ſcribarum. Poſtremo, quoniam ſæpe inter iudices controuerſiæ contingunt, ad quem cuiuſq; litis cognitio ſpectet: optima ratio ea diſſidia componendi eſſet, ſi conſenſu eorum quorum intereſt, in ſingulis vrbibus vnus præficiatur cum ampla poteſtate componendi eas iudicum controuerſias. Porro quam Princeps iudicib' cõſtituendis, creandis magiſtratibus diligentiam adhibere æquum eſt, eam ac vero multo maiorem Epiſcopis præficiendis (quãdo id etiam negotij noſtris Principibus acceſſit) vt rei magnitudo & ſalus publica poſtulat. Neque enim religionis ſanctitas, morum integritas, publica ſalus cõſtabit ea cura neglecta: eo amplius quod vbi ſemel peccatum eſt mutare non licet. leges eccleſiaſticæ mouere loco ſacerdotem non facile patiuntur, quamuis moribus deprauatum. Præficiantur ergo viri perſpecta probitate & prudentia, ætate graues, ac quoad fieri poterit, à primis annis functionibus eccleſiaſticis addicti. neq; enim probamus vt ex profanis & populo, repente Chriſti gregis paſtores & magiſtri euadant: neque ſi id in Ambroſio, Nectario alijsq; paucis bene cecidit, in noſtris moribus frequens eſſe debet. Quo amplius in vulgata multorum controuerſia Iureconſulti an Theologi preſici potius eccleſijs debeãt, ea placebat ſenten-

ſententia, in pari ingenio ac probitate Theologos Iuriſperitis pręferendos videri. quoniam hi in ſtrepitu forenſi omnem induſtriam conſumunt, illi ſi profeſſioni vita reſpondeant, rerum ſacrarum cognitione & vſu præſtant. De qua tamen quæſtione alio ex principio diſputandum copioſius eſt, ſi illud adiecero, mirari me vehementer, neque tamen ad meum arbitrium reuocare de re tanta iudiciũ, cur veterum inſtitutum negligatur paſſim, eccleſijs olim præficentium eos maxime qui ex monachorũ ordine eſſent? Sibi nimirum veteres & merito perſuadebant, qui à teneris diſciplinæ eccleſiaſticæ aſſueuiſſent, mores integros imbuiſſent, didiciſſent frangere animum, commodiores magiſtros fore, quam ſi nulla diſciplina certè leui, repente ſe Chriſtianæ probitatis, virtutum omnium duces præberent. Itaque antiquis temporibus, qui ex monachis Epiſcopi ac ſummi Pontifices extiterint numerare vix licet, noſtra ætate vix vnum aut alterum: eoſque non tam vitæ integritate, quam malis artibus ambitioſos eccleſijs eſſe præfectos conſideramus. Ineptos rebus gerendis monachos accuſant vulgò, è tenebris in lucem productos perpetuo caligare: ſimul aliorum ambitioni occurrendum diſputant, ne vno præfecto praua multorum cupiditas accendatur, quæ argumenta hoc loco neque refellere animus erat, neque probare. *Nihil certe eſt in rebus humanis, quod vitio penitus careat.*

Capvt II.

De Epiſcopis.

Eligionis ſtudium, quo cultus cœleſtium & ſacræ ceremoniæ continentur, rempub. tranlam præſtare ac bonis omnibus affluentem, lõratione licet explicare: ciuibus inter ſe cõſtrindis & cum ſuo capite ſupremo rectore, vinculi diſſimi inſtar eſſe. mores patrios, legum ſanctim religionis incolumitate ſtare. ea cadente res munes perturbari atq; concidere, confirmare ltis poſſem. Atq; in quo Lactantij induſtria lauit effuſis omnibus ingenij copijs, exequi quã:opioſe: inſitam religionem in natura noſtra eſulla vt arte, nullis viribus euelli poſſit, nõ maquam cæteræ affectiones animi, ridendi, admidi, deliberandi, quibus ab ortu ſumus inſtruſummumque adeo hominis bonum non in re eſſe poſitum, quam in ſyncero cultu diuinæ eſtatis: nimirũ vt quod facturi ſumus in cœlo, inum numen voce, mente, corpore colamus, n vita præſens ſuppetet, huius ampliſſimi temacerdotes conſtituti diuinis laudibus celebranrerum natura contemplanda. Quæ ſententia eo argumento probabilis certaq; eſt, quod anim moleſtia victum, curis & anxietate grauem la re magis leuari contingat, quam Dei & natu:ontemplatione laudeq; numinis & cultu. Vexc aliaq; multa id genus miſſa facimus. Quod prium noſtræ diſputationis eſt & quo præſens utatio refertur. non noſtro tempore tantũ, ſed im ab omni memoria functioni vſq; adeo ſalutari

partem reipubl. fuiſſe creditam, amploſq; principatus attributos. Eorum enim opera & diligentia factum eſt, vt nõ penitus cuncta corruerint in tanta nouandi libidine, tantaq; temporum labe. Errant & grauiſſime falluntur, quicunq; repetita primi temporis memoria diſputant, è republ. atque communi ſalute fore, ſi Pontifices Apoſtolorum exemplo opes omnes, & principatus, curamque reipubl. abdicare compellantur. Enimuero cæci homines his præſidijs ſublatis in quæ mala incurreretur, quantaque plebis licentia futura eſſet, ſacrati ordinis contemptus quantus, non conſiderant. Sublatis opibus ſi virtutes ſuccederent, probanda eorum ratio eſſet fortaſſis. nunc detractis opibus, vt ſunt homines & tempora, maior vitiorum licentia exiſtat: quod in ijs prouincijs conſideramus, vbi ſacrorum miniſtri rerum inopia premuntur, nihilo meliores eſſe: paſſimque probris fœdari, contemni à populo, magno religionis dedecore. Cenſeo econtrario populi principibus & magiſtratibus reipubl. modo prudentia, & probitate conſpicuis, honores eccleſiaſticos tribuendos, & ſacratas opes participandas tum ipſis, tum eorũ filijs & neceſſarijs, vt cuiuſque ingenium erit. Nam ea illecti ſpe præmijsque propoſitis, ſacratum ordinem maiori beneuolentia complectentur, eccleſiæ iura opesque tuebuntur: alioqui certiſſimam peſtem denuncio allaturos. Animis alienatis facile Principi perſuadebunt ſacratas opes, quas otioſas eſſe dicent, ad reipublicæ inopiam ſubleuandam & in belli ſubſidia conuerti ſatius fore, tanta præſertim ærarij anguſtia, tantis vectigalibus feſſo populo, nouis ſubinde enatis difficultatibus. Inepte

:e ergo mea quidem ſententia id genus homi-
m, quidam acuti videlicet Theologi & præcla-
ab honoribus eccleſiaſticis penitus arceant quaſi
ptos, neque populum docere pro concione va-
.res, ſacrarum cæremoniarum expertes. Nam
)do reliqua ſuppetant, eam muneris demandati
rtem aliorum opera ſupplere facile erit, delega-
ue eas partes concionatoribus, quotum eſt ma-
us vbiq; numerus. Alioqui Valerium Cæſarau-
ſtanum Epiſcopum accuſemus, quod propter
ditatem linguæ docere populum pro concione
n poterat. Valerium item Hipponenſem ſugille-
ıs qui, quod Græcus natione eſſet, Diuo Augu-
10 tum Presbytero eas partes docendi populum
ɔ concione delegauit. Præterea Pontifices Ro-
ınos criminari licebit, quaſi non ſatis ſuo officio
ıgantur, cum à multis ſeculis vix quiſquam repe-
tur è cathedra docuiſſe. Itaque non placet vt iu-
:onſulti penitus ab eccleſiæ honoribus repellan-
:, doctrinæ certe merito: quod contentioſi ho-
nes confirmare nituntur ſacratis functionibus
ptos prorſus eſſe: cum omnium prouinciarum
)s contra habeat, longo tempore & vſu frequēti
ıfirmatus, quē temere reprobare non debemus.
concilij Trid. decretis nō tantum Theologi ſed
ım Iuriſperiti digni eccleſiæ præfectura iudican-
. Quis ergo tanta cōfidentia exiſtat, vt his aucto-
ıtibus velit repugnare? Atq; ego quidem liben-
dabo Theologos Iureconſultis ad capeſſendas
leſias in pari probitate & prudentia commodi-
s eſſe, pluresq; ex eo ordine deligendos videri
argumentis. Quoniam aduerſarij qui Iurecon-
os præferendos Theologis longa oratione diſ-

P putant,

mo octauo reliquit. Latæ reguli quorum erat prima vox in regni conuentibus auctoritas maxima, iniuriam interpretati eo prælato ſibi, remp. vexarunt diu, vt ferme ludibrio ac prædæ eſſet. quod ſi id contigit bono,& quo Rex ipſe inſtitutore creuerat, quid putemus fore in prauis aut ſuſpectis Principis familiaritate gratiaque? Miniſtris imperij deligendis, creandis magiſtratibus, ea diligentia adhibeatur, quam rei magnitudo exigit. alioqui ſi temere rebus præfecti fuerint, rempub. proculdubio prædæ habebunt, magna iudiciorum perturbatio exiſtet, magna ſcelerum licātia inualido legum auxilio, quæ vi, gratia, ambitu, pecunia corrumpentur. ſuo illi commodo, Principis infamia & periculo peccabunt. Ergo rebus præfici niſi proclamatos veto. quod Alexander Seuerus præclara Princeps indole Romæ faciebat, more à Chriſtianis tranſlato. Nefas ſit à noſtris negligi, quod Princeps quãuis probus noſtris ſacris nondum imbutus imitabatur. Quod ſi proclamari nō placet, ne calumniæ & fraudes exiſtant in tanta colluuione vitiorum, tam effræni inuidia, certe diligenter in eorum qui præficiendi ſunt, vitam, mores & ingenium inquiratur. ne pro paſtoribus, lupis prouinciæ commendentur, diligenter prouidendum. Quod caput eſt, nunquam ad cuiuſquam gratiam is honos deferatur, quæ grauiſſima peſtis eſt. ſi enim medicum curando tuo aut tuorum corpori non adhibeas, quem amicus rogarit, ſed quem conſtiterit in medendi arte eſſe peritum, idemque faciendum in alijs artibus putes: quanta rerum peruerſio, in quo ſalus publica vertitur, gratiæ aut offenſæ aliquid dare deligendis magiſtratibus. Neque vero reſp. eſt

com-

commendanda ijs tantum qui ambiunt, quod vitio inſtitutum multis Principibus præpoſtera ratione probari:ſed potius quos idoneos eſſe conſtiterit, quos morum candor, & ex multo rerum vſu collecta prudentia commendabit, ij ſunt vltro ad gerendam rempublicam euocandi, abſtrahendi etiam à ſeceſſu: niſi forte vacatione quaſi emeritos milites rudeq; donandos Princeps iudicabit. Qui corruptis ſunt moribus, vita infami, in pecunia aut fraudibus ſpem ponunt. Qui ſe ingerunt, alieno patrocinio confiſi magis quam dexteritate, induſtria, vitæ innocentia. Qui anguſtia rei familiaris oppreſſi, quaſi ex naufragio ad ea magiſtratuum ſaxa adhærere, atque reip. diſpendio emergendi cupiditatem explere ſatagunt, qua nulla grauior peſtis: ij omnes ſunt omni cura repellendi. Nemo enim poteſtatem ſcelere quæſitam bonis artibus exercuit. ſtupra is, rapinas, ſcelerum licentiam volutabit animo, nulla famæ memoria, nulla honeſtatis. ſui ſimilis ſemper exiſtet. Eleganter quoq; feſtiuus poeta:

Virtute ambire oportet non fauitoribus.
Sat fauitorum habet ſemper qui recte facit.

Præterea qui in re familiari imprudens fuit, eum ſperes in rep. procuranda ſatis fore cautum? aliena curaturum diligenter, qui priuatas rationes neglexit? Contingat vt nulla ſua culpa, ſed temporũ aut inimicorum iniuria in calamitatem quis inciderit: contingat ſucceſſiſſe cum ætatę pœnitentiam, moreſque ſaniores factos eſſe: ſed dum id exploratum non erit, dum alij ſuppetent integra probatis fama, vnoque à prima ætate virtutum tenore, ij me auctore, ſi ſalui eſſe volumus, in omni

procuratione præferantur. Paulus certe eccleſijs præficiendos Epiſcopos ſancit, qui domibus ſuis recte & prudenter gubernatis inſitæ prudentiæ ſpecimen dederint. inuenioque memoriæ proditum apud Mileſios, quæ vrbs Aſiæ eſt, cum reipublicæ ſtatu commutato de eligendis magiſtratibus diſceptaretur, luſtrato vniuerſo agro ab ijs, quibus ea cura erat data, eos fuiſſe præfectos, quorum prædia diligenti cultura nitere præ cæteris oculis explorarunt. Quid vero, an æquum ſit hominum perditorum aut egenorum inopiam, cupiditatesque ſupplere publica calamitate? In quo placet Scipionis Æmiliani ratio, qui cum Seruius Sulpicius Galba, & Aurelius Conſules in ſenatu contenderent, vter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur; Patribus ſuſpenſis atque eius ſententiam expectantibus, neutrum placere reſpondit: *Alter nihil habet*, inquiens, *alteri eſt nihil ſatis. non minus periculi ab inopia, quam ab auaritia ſubeſſe indicans.* Placet etiam vt vni homini vna tantum cura demandetur; neque plures magiſtratus in vnum hominem cumulandi videntur. In quo Carthaginenſes publice peccaſſe accuſat Ariſtoteles: nos etiam multorum Principum præpoſteram in eo rationem poſſemus accuſare. Neque enim vnius vires & prudentia multis procurationibus ſit ſatis. concidat preſſus onere: gemat ipſe, gemāt ſubditi neceſſe eſt, temporis & rei familiaris diſpendium, dum liti aut negotio finis aut nunquam aut poſt longas moras, ingentes ſumptus imponitur. Et vt vnus ad multos gerendos magiſtratus ſatis eſſet, id incommodè accidit, quod ijs honoribus miniſterijsque inter plures partitis, plurium beneuolētia Principi con-

ciliaretur,

cillaretur, multis eius beneficijs conſtrictis: præterea occupatis negotio ciuibus minor nouarum rerum & imperij cupiditas eſſet. qui enim bonorũ reipub. participes non exiſtunt, ipſi aut eorum neceſſarij, ij vt oderint rerum ſtatum neceſſe eſt, mutariq́; cupiant. quod miror Principes non conſiderare ſiue cùm magiſtratus creantur, ſiue cùm miniſtri ad obſequia domeſtica & aulæ procurationem adhibentur. Vt otioſi homines annuis vectigalibus deſignatis rempub. arrodant, inania & imaginaria officiorum nomina, metatores, regiæ procuratores, libellorum ſupplicum magiſtri, quorum eſſe ſolet magnus numerus, præſertim repub. perturbata, nunquam probabo. quam reip. labem Alexander etiam Seuerus optimus Princeps ſuſtulit. Illud contendo, vt magiſtratuum nomina inania eſſe nõ debent: ita procurationes multas, magiſtratus ſiue miniſteria in aula Principis non eſſe vni demandãda, quo nimirum partito onere facilius ſingula expediantur negotia, Principis beneficium latius pateat. Atque cum hæc vera ſint, tum illud quæſtionem habet: debeant magiſtratus eſſe perpetui, an ad tempus mutari? Affirmat Plato regiæ poteſtatis ad inſtar perpetuos fore, quo maior prudentia ipſis, maior reuerentia popularibus ſit. negat Ariſtoteles, quòd quemadmodum in corporibus, ita in animis quædã ſenectus eſt ad res gerẽdas inepta: præterea rebus communibus expedire, vt ſinguli rectores intelligant, ita imperium datum vt reddant, & an ijs legibus datũ ad quas reuertendũ ſit. Platonis inſtitutũ Tiberio Imperatori placuit ægre amouere ſolito præfectos prouinciarũ, quòd muſcis ſimiles eſſe dictitaret, quo diutius vlceri inſe-

diſſent, ſeq; ſanie ingurgitaſſent minus moleſt. Pleriq; Principes, & reſpubl. diuerſum ſequuntur mutando frequenter magiſtratus, ne vitijs corrumpantur & ſocordia, ne degenerent in tyrannidem, exiſtimantes ex interuallo aſſuefaciendos æquo cū cæteris iure viuere. exigere rationem adminiſtratæ reipubl. eſſe imprimis ſalutare. In eam rem video antiquis temporibus vſitatum, legeq; Caroli Magni Imperatoris ſancitum, vt certis temporib. rempublicam vniuerſam delecti ex vtroq; ordine Epiſcopi & viri primarij luſtrarent, inquiſitionemque inſtituerent de ſingulorum iudicum vita, moribus integritate. quæ ratio ſi in noſtros mores reuocaretur, non poſſet non eſſe imprimis ſalutaris. Nam quæ ratio tenetur, vt ſucceſſor in prioris vitam inquirat incommodis eſt obnoxia: ac periculum ne ſeueri in cæteros inter ſe mutuo parcant, in erratisq; diſſimulent. Mihi ſane non placet, præſertim cum noſtri mores tantum iam ad nimiam leuitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari Principem omnes ſordes, vindicare leuiſſima etiam magiſtratuum peccata: ſed ſingulorum mores exploratos habere conuenit, vt quanta ſit in quoq; fides & induſtria, tantum cuique committatur, maiori aliquanto cura futuri temporis quàm præteriti: cuius ea conditio eſt, vt mutari non poſſit. Quod extremum eſt præceptum, riſerit aliquis fortaſſe: eſt enim nō tam acutum, quàm neceſſarium, magisq; monitoris non fatui, q̃ eruditi magiſtri: vt finiendi lites ne infinitum progrediantur, ratio aliqua excogitetur. Minores controuerſias delecti in id iudices breui cognitione finiant nulla appellationis facultate. Maioribus cauſis tempus præſcribatur,

vltra

vltra quod non procedant. quod fiet tum alijs remedijs, tum teſtes ex remotis regionibus aduocandi ſublata ſpe, quæ via fraudis eſt. extinctos putent, qui intra breue tempus adeſſe non poterunt: Et quanta peruerſitas, cum his tergiuerſationibus, prævaricationibus, comperendinationibus, quaſi ex aliena miſeria infinitus hominum numerus viuant, aduocatorum, procuratorum, ſcribarum. Poſtremo, quoniam ſæpe inter iudices controuerſiæ contingunt, ad quem cuiuſq; litis cognitio ſpectet: optima ratio ea diſſidia componendi eſſet, ſi conſenſu eorum quorum intereſt, in ſingulis vrbibus vnus præficiatur cum ampla poteſtate componendi eas iudicum controuerſias. Porro quam Princeps iudicib⁹ cõſtituendis, creandis magiſtratibus diligentiam adhibere æquum eſt, eam ac vero multo maiorem Epiſcopis præficiendis (quãdo id etiam negotij noſtris Principibus acceſſit) vt rei magnitudo & ſalus publica poſtulat. Neque enim religionis ſanctitas, morum integritas, publica ſalus cõſtabit ea cura neglecta: eo amplius quod vbi ſemel peccatum eſt mutare non licet. leges eccleſiaſticæ mouere loco ſacerdotem non facile patiuntur, quamuis moribus deprauatum. Præficiantur ergo viri perſpecta probitate & prudentia, ætate graues, ac quoad fieri poterit, à primis annis functionibus eccleſiaſticis addicti. neq; enim probamus vt ex profanis & populo, repente Chriſti gregis paſtores & magiſtri euadant: neque ſi id in Ambroſio, Nectario alijsq; paucis bene cecidit, in noſtris moribus frequens eſſe debet. Quo amplius in vulgarą multorum controuerſia Iureconſulti an Theologi pręfici potius eccleſijs debeãt, ea placebat ſenten-

ſententia, in pari ingenio ac probitate Theologos Iuriſperitis prę ferendos videri. quoniam hi in ſtrepitu forenſi omnem induſtriam conſumunt, illi ſi profeſſioni vita reſpondeant, rerum ſacrarum cognitione & vſu præſtant. De qua tamen quæſtione alio ex principio diſputandum copioſius eſt, ſi illud adiecero, mirari me vehementer, neque tamen ad meum arbitrium reuocare de re tanta iudiciũ, cur veterum inſtitutum negligatur paſſim, eccleſijs olim præficentium eos maxime qui ex monachorũ ordine eſſent? Sibi nimirum veteres & merito perſuadebant, qui à teneris diſciplinæ eccleſiaſticæ aſſueuiſſent, mores integros imbuiſſent, didiciſſent frangere animum, commodiores magiſtros fore, quam ſi nulla diſciplina certè leui, repente ſe Chriſtianæ probitatis, virtutum omnium duces præberent. Itaque antiquis temporibus, qui ex monachis Epiſcopi ac ſummi Pontifices extiterint numerare vix licet, noſtra ætate vix vnum aut alterum: eosque non tam vitæ integritate, quam malis artibus ambitioſos eccleſijs eſſe præfectos conſideramus. Ineptos rebus gerendis monachos accuſant vulgò, è tenebris in lucem productos perpetuo caligare: ſimul aliorum ambitioni occurrendum diſputant, ne vno præfecto praua multorum cupiditas accendatur. quæ argumenta hoc loco neque refellere animus erat, neque probare. *Nihil certe eſt in rebus humanis, quod vitio penitus careat.*

Capvt

CAPVT II.

De Epiſcopis.

RЕligionis ſtudium, quo cultus cœleſtium & ſacræ ceremoniæ continentur, rempub. tranquillam præſtare ac bonis omnibus affluentem, lõga oratione licet explicare: ciuibus inter ſe cõſtringendis & cum ſuo capite ſupremo rectore, vinculi validiſſimi inſtar eſſe. mores patrios, legum ſanctitatem religionis incolumitate ſtare. ea cadente res communes perturbari atq; concidere, confirmare multis poſſem. Atq; in quo Lactantij induſtria laborauit effuſis omnibus ingenij copijs, exequi quãtis copioſe: inſitam religionem in natura noſtra eſſe, nulla vt arte, nullis viribus euelli poſſit, nõ magis quam cæteræ affectiones animi, ridendi, admirandi, deliberandi, quibus ab ortu ſumus inſtructi: ſummumque adeo hominis bonum non in re alia eſſe poſitum, quam in ſyncero cultu diuinæ maieſtatis: nimitũ vt quod facturi ſumus in cœlo, diuinum numen voce, mente, corpore colamus, dum vita præſens ſuppetet, huius ampliſſimi templi ſacerdotes conſtituti diuinis laudibus celebrandis, rerum natura contemplanda. Quæ ſententia vel eo argumento probabilis certaq; eſt, quod animum moleſtia victum, curis & anxietate grauem nulla re magis leuari contingat, quam Dei & naturæ contemplatione laudeq; numinis & cultu. Verũ hæc aliaq; multa id genus miſſa facimus. Quod proprium noſtræ diſputationis eſt & quo præſens diſputatio refertur. non noſtro tempore tantũ, ſed etiam ab omni memoria functioni vſq; adeo ſalutari

tari

tari miniſtros peculiares deſignatos fuiſſe conſtat, quos ſacerdotes vocamus: ex quibus hoc tempore alijsque ſacrorum miniſtris is ordo, eaque natio hominum conflatur, quam eccleſiam vocare, nos quidem conſueuimus, vocis amplitudine ad partem eam Chriſtiani populi ſignificandam deflexa, cui ſacrorum procuratio credita eſt. Deinde cum perſpectum eſſet, non poſſe à republ. religionem diuelli ſine vtriuſque exitio, non ſecus quam à corpore animus: omni tempore atque apud omnes gentes curatum eſt, vt miniſtri religionis, quos ſacerdotes dicimus, cum cæteris magiſtratibus, penes quos rerum poteſtas erat, coniunctiſſime viuerent: atque ita vt vnius corporis quaſi gemina eſſent membra, non corpora diuerſa conflarent. Omnino primis temporibus ijdem Reges & ſacerdotes erant, vti alio loco dictum eſt. inter Hebræorum placita omnes maiores natu filios in quauis familia ſacerdotes extitiſſe ſuſceptum vulgo eſt. eoq; iure Eſau Iacobo fratri pulmenti permutatione vendito à Paulo Apoſtolo ꝓfanus vocatur, quippe ſacram poteſtatem miniſteriumq; pretio mutauit. Moſes Iudæorum legiſlator eum morem à primis quamuis temporibus atq; inter omnes gentes ſuſceptum, primus immutare aggreſſus eſt: atque Aaroni ſacrorum cura demandata, ipſe ſibi reipub. adminiſtrationem retinuit. quod Iudicum & Regum tempore inſtitutum tenuit, vt pontificia poteſtas à regia maieſtate diſcreta eſſet: non ita tamen, vt ſacerdotibus gubernãdi populi cura penitus detraheretur: cum videamus ſæpe eoſdẽ Pontifices & ſummos gentis rectores extitiſſe. Eadẽ de cauſa eoque amplius ꝙ populus Chriſtianus reliquos religionis

gionis colendæ ſtudio ſuperare debet, Chriſtus Dei filius noua eccleſia & ſanctiore fūdata in terris cœleſtis exemplū, hæc duo munera ſeiuncta eſſe ſanxit. relictaq; Regibus, q̃ acceperant à maioribus, poteſtate remp. regendi, Petro & Romanis Pontificibus, alijsq; Apoſtolis & Epiſcopis, qui in eorum locum ſucceſſerunt, vnam religionis & ſacrorū curam delegauit. nō ita tamen, vt ſeiunctos penitus à populi gubernatione vellet, ac ꝓrſus ad id ineptos facere. Videmus enim (ꝙ repetendū hoc loco eſt) in multis prouincijs amplos pꝛincipatus ab antiquis temporibus viris ſacratis eſſe datos, magnas opes, quibus ſi ad inanem apparatum & populi plauſum ipſi abutūtur, faciunt præpoſtere, opes ad ſubleuandum egenorum miſeriam, ad reip. præſidiū datas, alio conuertentes. Ineptus ſit qui ex hominum prauitate de rerum natura ſtatuat. Præterea in regni conuentibus, quibus de publica ſalute deliberatio ſuſcipitur, in plerisq; gentibus primę partes Epiſcopis dantur. Nimirum maioribus noſtris viris prudentibus erat ꝓpoſitum, ita partes reipub. inter ſe comparare atq; conſtringere, nullū vt diſſidium eſſet, neq; profanis hominibus liceret remp. ex ipſorum libidine inuertere, mutare ſacra. Sacratis reip. cura credatur, honores, magiſtratus cōmendentur: quo & publicam ſalutem, vt eum ordinem decet, diligenter ꝓcurent: eccleſiæ iura & libertatem, ſanctiſſimæ religionis incolumitatem, vti ratio exigit, diligenter ipſi tueantur, ne ab aſtutis hominibus & profanis violari contingat. Quod in alijs gentibus, vbi vetuſtæ de religione opiniones mouentur, ſcimus ſalutare fuiſſe, Epiſcopis, quorum capiti ea potiſſimum procella minabatur, partem

partem reipubl. fuiſſe creditam, amploſq; principatus attributos. Eorum enim opera & diligentia factum eſt, vt nõ penitus cuncta corruerint in tanta nouandi libidine, tantaq; temporum labe. Errant & grauiſſime falluntur, quicunq; repetita primi temporis memoria diſputant, è republ. atque communi ſalute fore, ſi Pontifices Apoſtolorum exemplo opes omnes, & principatus, curamque reipubl. abdicare compellantur. Enimuero cæci homines his præſidijs ſublatis in quæ mala incurreretur, quantaque plebis licentia futura eſſet, ſacrati ordinis contemptus quantus, non conſiderant. Sublatis opibus ſi virtutes ſuccederent, probanda eorum ratio eſſet fortaſſis. nunc detractis opibus, vt ſunt homines & tempora, maior vitiorum licentia exiſtat: quod in ijs prouincijs conſideramus, vbi ſacrorum miniſtri rerum inopia premuntur, nihilo meliores eſſe: paſſimque probris fœdari, contemni à populo, magno religionis dedecore. Cenſeo econtrario populi principibus & magiſtratibus reipubl. modo prudentia, & probitate conſpicuis, honores eccleſiaſticos tribuendos, & ſacratas opes participandas tum ipſis, tum eorũ filijs & neceſſarijs, vt cuiuſque ingenium erit. Nam ea illecti ſpe præmijsque propoſitis, ſacratum ordinem maiori beneuolentia complectentur, eccleſiæ iura opesque tuebuntur: alioqui certiſſimam peſtem denuncio allaturos. Animis alienatis facile Principi perſuadebunt ſacratas opes, quas otioſas eſſe dicent, ad reipublicæ inopiam ſubleuandam & in belli ſubſidia conuerti ſatius fore, tanta præſertim ærarij anguſtia, tantis vectigalibus feſſo populo, nouis ſubinde enatis difficultatibus. Inepte

epte ergo mea quidem ſententia id genus hominum, quidam acuti videlicet Theologi & præclari, ab honoribus eccleſiaſticis penitus arcent quaſi ineptos, neque populum docere pro concione valentes, ſacrarum cæremoniarum expertes. Nam modo reliqua ſuppetant, eam muneris demandati partem aliorum opera ſupplere facile erit, delegareque eas partes concionatoribus, quotum eſt magnus vbiq; numerus. Alioqui Valerium Cæſarauguſtanum Epiſcopum accuſemus, quod propter tarditatem linguæ docere populum pro concione non poterat. Valerium item Hipponenſem ſugillemus qui, quod Græcus natione eſſet, Diuo Auguſtino tum Presbytero eas partes docendi populum pro concione delegauit. Præterea Pontifices Romanos criminari licebit, quaſi non ſatis ſuo officio fungantur, cum à multis ſeculis vix quiſquam reperiatur è cathedra docuiſſe. Itaque non placet vt iureconſulti penitus ab eccleſiæ honoribus repellantur, doctrinæ certe merito: quod contentioſi homines confirmare nituntur ſacratis functionibus ineptos prorſus eſſe: cum omnium prouinciarum mos contra habeat, longo tempore & vſu frequẽti confirmatus, quẽ temere reprobare non debemus. Et concilij Trid. decretis nõ tantum Theologi ſed etiam Iuriſperiti digni eccleſiæ præfectura iudicantur. Quis ergo tanta cõfidentia exiſtat, vt his auctoritatibus velit repugnare? Atq; ego quidem libenter dabo Theologos Iureconſultis ad capeſſendas eccleſias in pari probitate & prudentia commodiores eſſe, pluresq; ex eo ordine deligendos videri his argumentis. Quoniam aduerſarij qui Iureconſultos præferendos Theologis longa oratione diſ-

putant, hæreticis graſſantibus ac vera de religione placita nouis opinionibus conuellentibus, Theologos aptiores eſſe dant ex diuinis libris, in quibus dies noctesque verſari debent, reuincendis hæreticis opportunos: atq; idem concedunt ijs locis faciendum quibus hæretici vicini ſunt: ne ſi malum ſerpat peſtis adinſtar, incendiumque quaſi ex continentibus tectis in alia traijciendo late vagetur, imparatos ciues offendat, idoneoque præſide deſtitutos. Quæ ſi vera ſunt, hoc quidem tempore, quo reſpubl. Chriſtiana multis hæreſibus vexatur, atq; ita vt poſt Arij tempora nunquam maiora diſſidia de religione extiterint: atque in Hiſpania, cui Gallia finitima eſt, neque procul diſſita Anglia, concedendum ſit aduerſariorum etiam confeſſione, Epiſcopos è Theologorum numero videri præficiendos. Sero enim remedium parabitur inualeſcente iam malo: ac præſtat ſingulos atque vniuerſos religionem eſſe edoctos, eccleſiæ obtemperare quanti ſit admonitos: quod proprium Theologorum munus eſt, atq; ex diuinis libris & Theologorum ſcriptis tum veterum tum recentium omnis ea inſtitutio peti debet. Quod ſi Epiſcopum dedimus, docendi munus poſſe aliquando alijs delegare, quis tamen dubitabit, quis ibit inficias, inter alia munera id eſſe præcipuum atque maiori cura à Chriſto Epiſcopis commendatum, cum Apoſtolis, in quorum locum Epiſcopi ſucceſſere, docere omnes gentes mandauit: credito muneri eum cõmodius ſatisfacere qui ſacra cura ſuſcepta, docendi populi munus obire per ſe ſtatuit? Qua de cauſa ſedes Epiſcopi neque thronus, neq; tribunal vocatur, ſed cathedra: merito quidem vt admoneatur

ad

ad eius munus doctrinæ magis curam, quam aut Principis apparatum aut iudicis partes pertinere: foreque commodius reipub. ipſi priuatim ſalutarius, ſi alias ſui muneris partes viris prudentibus delegaris, docendi ipſe curam ſuſtineat. Quod ſi reguli litibus ſubditorum cognoſcendis alium ſubſtituunt, idemq́; maiores Principes faciunt: æquius multo erit vt tantũdem viri ſacrati præſtent, in ſtudium inſtituendi ſubditos, ſacra tractandi imprimis incitati. Præterea eſt natura datum, vt in quibus locis multi ſumus, quibuſq́; ſtudijs aſſueuimus, eorum colorem aſſumamus. Sic lacertæ quoniam in herbis viuunt, virides ſunt. lepores in rupibus verſantes earum colorem aſſumunt. Theologi de diuinis rebus diſputantes, & in ſacris libris verſantes maiorem animis pietatem ſuſcipiunt: iureconſulti in forenſibus diſceptationibus & litibus conſumentes ętatem, minus rebus diuinis afficiantur propemodum eſt neceſſe, profanos mores imbibant. Nemini iniuriam irrogari priuatim velim: neq; de ijs ago, quorum eſt probitas conſpicua, & multis argumentis teſtata pietas, tantum de profeſſione & diſciplina diſputatio erat: quò fere ſtudia eius nationis hominum ſpectent, quo cogitationes moresq́; referantur. Itaq; pauciſſimi ex eo numero ſacris ordinibus initiantur, niſi res ipſa cogat opimo aliquo ſacerdotio collato, vnde lautiſſime viuant. Quod cum nefas ſit Epiſcopos creari, qui in inferioribus gradibus & ordine non fuerint diligẽter verſati, vti eccleſiaſticis legibus ſancitum eſt: qua fronte profani homines è foro continuo in eccleſiæ præfecturam inuaderent, magiſtri conſtituti eius diſciplinæ, quam nullo tempore didicerunt?

quod quanto cum periculo contingat dicere nõ attinet. Bello Imperator non præficiatur, qui hoſtem nunquam viderit. nauis clauum non regat, qui ſe in arte nauigandi diu non exercuerit. ne iudices quidem repente ad ſumma euadant, ſed quibuſdam gradibus à minoribus functionibus recte ad maiores transferantur: eccleſiam committamus homini rerum ſacrarum prorſus imperito? virtutũ & pietatis Chriſtianæ ſcholis præficiatur eius artis prorſus ignarus? Et erant olim virorum monaſteria, quibus exactiora virtutum ſtudia exercentur, Epiſcopis quaſi magiſtris & primis doctoribus ſubdita: nunc ſacrarum virginum nõ pauca eorum ditione continentur. quibus inſtituendis certe temperandiſq; ſæpe Theologos ineptos eſſe non negamus: ſed multo tamen minus Iureconſulti vniuerſam eam diſciplinã moremq; viuendi aſſequantur, ꝓcul à diuinis libris, vnde ea præcepta peti debent, in cauſis & iudicijs & foro ætatẽ verſantes. Quam vero imperiti ſunt ad diſputandũ conſtituendumq; de ratione officij, dignoſcenda peccata ſingula, atq; de ijs ſtatuendum? de religionis dogmatibus quam pauca ſciunt? De diuina natura, Angelis, prædeſtinatione, auxilio diuino, liberis voluntatibus, quis ex eo ordine diſputare audeat? An de virtutis *dignitate*, vitiorum fœditate diſſerere ita poſſint, vt in auditorum animis pietatis flamma accendatur improbitatis odium? & contendent tamen religionis præceptores inſtitui, quam nunquam exacte didicerunt, viæ ductores, quam veſtigijs terere aut otium aut voluntas non fuit. Ad hæc in curia & inter Principes vitam agentes externo apparatu oblectantur: longo famulorum ordine ſtipati per plate-

as in-

cedunt: quod illi ad augendam maieſtatem
nere interpretantur. ſacti Epiſcopi, aucta re-
cit etiam inſania, quanta cum calamitate redi-
m eccleſiaſticorum, qui à maiorib. in meliores
paratierant, quantaq; cum iniuria egenorum
uorum alimento ab antiquo deſtinati erant, di-
non eſt neceſſe. Bernardi verbis inſectari ſatis
eā epiſtola quadrageſima ſecunda in hunc mo-
n eam vanitatem accuſantis. *Clamant nudi, cla-*
t famelici, conqueruntur & dicunt, Dicit Pontifi-
in fræno quid facit aurum? noſtrum eſt quod effundi-
nobis crudeliter ſubtrahitur, quod inaniter expendi-
vita noſtra cedit vobis in ſuperfluas copias: noſtris ne-
tatibus detrahitur quidquid accedit vanitatib. veſtris.
mma ergo diſputationis ſit, tum Theologis tum
econſultis merito eccleſias commendari, eſſeq;
pub. vt ex vtroq; genere ſacrorū antiſtites deli-
tur, quo maior nimirum inter eos & cum ec-
ſia animorum coniunctio ſit: vt ex omni con-
ione hominum in ſtudium doctrinæ vtriuſque,
lti ſpe præmiorum inflammentur: vt in con-
ntibus eccleſiaſticis ex vtroque ordine viri præ-
ntes interſint: quod ſit reipub. & eccleſiæ ſaluta-
Præterea Iurecōſulti probitatem, modeſtiamq;
nſpicuam, quales multos eſſe nouimus, Theo-
gi eruditioni, quantauis ea ſit, ſi vitæ & morum
tegritas deſit, præferendam certe eſſe contendā.
non diſpari tamen vitæ genere, neque diſſimi-
rudentia, Theologos ſacris regendis commo-
ores Iuriſperitis eſſe ob eas rationes, quæ paulo
te ſunt poſitæ, iudicabam. neque eſt exiſtiman-
m Theologiam tantopere rebus gerendis eſſe
eptam, vt quidam videri volunt. Quod ſi verum

id eſſet, tamen pluris ea præſidia ſunt facienda, quibus maxime Epiſcopus præcipuas ſui muneris partes implere poſſit. Quod ſi cum iuris ſcientia Theologiæ cognitio coniungatur, aut econtrario Theologus ecclesiaſticas leges teneat, ij maxime regendis eccleſijs idonei videntur: vti Abbas Panormitanus cum alijs affirmat, & res ipſa nullo monſtrante indicat.

Capvt III.

Num viri flagitioſi à republica gerenda remoueri penitus debeant?

Ex ijs quæ duabus diſputationibus ſuperioribus ſunt dicta, de viris flagitioſis & infamia coopertis facile quis ſtatuat, ab omni adminiſtratione reipub. eſſe remouendos: ne morum contagione creditam prouinciam inficiant, eorum væcordia publico multorũ malo & calamitate luatur. Quid enim agant? vbi furor reſiſtat? & eſt prauitas cum poteſtate coniuncta malum graue. Ac imprimis homines ſordidi remouendi ſunt, qui auri cupiditate incitati, auri cauſa ingentes fraudes ſuſcipiunt, omnia diuina & humana iura ſubuertunt. Ergo hæc à diſputatione remoueãtur, quaſi minime dubia. Illud quæſtionem habet, in minoribus ꝓbris, neq; tam latè vulgatis, quæ ratio tenenda ſit: debeant ijs obnoxij ad aliquam reip. partem accedere, an excludi penitus ae omni procuratione. Si enim prauis hominibus ad magiſtratus ſit aditus, iacebũt virtutum ſtudia, multoq; minor erit ꝓborum hominum numerus, q̃ nunc eſt. Virtus enim in arduo

poſita

:a eſt, multiſq; adeo impedita difficultatibus,
umanis ſenſib. abhorrens: niſi honore & præ-
erigantur homines, ea deſerta ferentur in præ-
, ſuauitate vitiorum & voluptate deliniti: ma-
q; malorũ colluuies exiſtet. Præſertim cum vi-
'ræfectorum imitari genus obſequij ſit: ſiue li-
ini ſeruiant, ſiue auri cupiditate exæſtuent, aut
uis alio probo teneantur obſtricti, ſubditos
ulos in conſortium prauitatis facile rapient,
ſi habituri ſolatium de aliorum fœditate. Ipſi
m luporum inſtar in fortunas, famam, pudici-
n ciuium nullo prohibente graſſabuntur, Prin-
e longinquo, aut alijs curis grauioribus diſtri-
, imbecillium lacrimis obturatis auribus. Et
nto commodius erat, tum ipſis tum populo
uidere ne peccaretur, optimo viro præfecto re-
, quam poſt factum peccata magiſtratuum le-
vindicare? In quo leges Perſarum maxime ce-
rantur: quarum vis in eo erat, vt delicta non
ent, magis quam vt ſuſceptam fœditatem ſup-
icio vindicarent. Hæc ſunt in hanc partem ar-
menta firmiſſima haud dubium, quod diffiteri
emo audeat. Sed & magiſtratus prauis ſæpe & im-
obis hominibus eſſe demandandos, curamque
eipub. multa ſuadent. Primum ad pacem tuen-
am, quò cura potiſſimum Principis referri debet,
ulla cũmodior ſit ratio, q̃ ſi promiſcue ex omni-
us deligantur, qui reipub. præſint. alioqui prauis,
uorum tantus eſt numerus, excluſis penitus, rerũ
urbatio exiſtet. euerſam eam remp. cupient, atque
um Principem ſublatum, quibus incolumibus
ident ſublatam ipſis emergendi facultatẽ. nam vt
mutent, exigua ſpes eſt altis radicib. fixa prauitate.

Deinde multi in poteſtatem contra ſpem aut metum agunt. excitantur quidam magnitudine rerũ: hebeſcunt alij puſillo homines ingenio, oppleti tenebris. negotio quidam obruuntur, alij otio ſublato multo commodiores moribus & vita euadunt. infuſo humore de vaſe iudicatur, confractum ſit an integrum. neq; facile eſt de moribus & ingenio, niſi data poteſtate ſtatuere. Et alioqui Principi innumeris curis diſtricto hoc oneris addere, vt in ſingulorum Præfectorum mores inquirat, graue ſit imperio tam late fuſo: præſertim cum ex rumore ſtatuere periculoſum ſit, calumnijs & delationibus aditus patefiat. Ambitioſi ſæpe homines ficta ſpecie ꝓbitatis Principis auribus inſidiantes alijs proſtratis ad honorum culmen euadent, quanta cum pernicie dicere non attinet. Ideo leges in facta feruntur, quia futura incerta multipliciter ſunt. neque verum eſt coniecturis ſtare: ac ſatis habeam ſi qui deliquerit, Principe vindice, lege iubente, tota plaudente prouincia pœnas dederit. Denique de ſingulis melius conuenit ſperare, quam in ſuperiore diſputatione ponebatur. Sic diſputatione ancipiti & in vtramque partem impedita, veniebat in mentem admirari in re omnium grauiſſima ab ſcholis Philoſophorum, diſcrepare aulas vel maxime, eorum etiam Principum, quorum actiones paſſim laudantur. Video enim Philoſophis ac Theologis fixum, neminem niſi cognitum & probatum præficiendum rebus videri. & Principes conſtat tamen, non modo ad aulæ miniſteria & obſequia, quod excuſari poterat, ſed ad ciuitates & prouincias gubernandas homines eligere, ſæpe haudquaquam moribus probatis. Circumfer

mentis

is oculos,atq; omnes prouincias intuere: præ-
& præſentis temporis memoriam complecte-
mo: ex tanto Præfectorum numero vix pau-
nuenies probo vacantes & vitijs. Hic ventri
læ ſeruit, illa rapaces manus in aliorum fortu-
nijcit: publicam alius pecuniam auertit do-
n: in hoc ſibi quidam indulget, alius in alio.
ed ſi obſcura ea vitia eſſent, ſi priuatim noce-
diſſimulari poterat: nunc pleraque manifeſta
, neque exemplo tantum, ſed etiam facto exi-
a. Componere cum aulis ſcholas plane diffici-
ſt. diſſidentes rationes & argumenta vtriuſque
tis aliquo temperamento conciliare tentabi-
s. Equidem nunquam ea mente ſim, vt ſanctiſ-
os Epiſcopos ac vero reliquos templorum mi-
ros & ſacerdotes legi concedam, niſi ex proba-
ima diſciplina, itaq; integra probitatis fama: a-
qui certam peſtem denuncio, quod pluribus
firmare non eſt opus: ex ſuperiori id diſputa-
ne petatur. fas non eſſe niſi proclamatos & quæ-
one de vita & moribus habita eccleſijs præfici.
urſus non negabo (qui enim poſſim?) belli cu-
m prudenter viris fortibus demandari, quamuis
oribus non ſatis integris. idemque ſanxerim de
ijs functionibus minoribus, legatis qui mittũtur
d Principes, annonæ, operum publicorum cura-
ribus, apparitoribus, lictoribus, fiſci procuratori-
us, publicanis, curis alijs recte ex vtraque homi-
um natione præfici, modo intelligentes eius ope-
is quod demandatur. Nam & ad conficiendos
alceos, extruendas ędes, paranda ferramenta, non
iros probos, ſed peritos earum rerum artifices ad-
ocamus. Optandum quidem eſſet vt omnes viri

 probi

probi eſſent, quibus Princeps adminiſtris vtitur ſuę poteſtatis. Sed vt res habent in tanta colluuie hominum perditorum, nolumus Principem omnes ſordes, omnes receſſus perſcrutari, ne onus imponatur, quod neq; regere ipſe poſſit, neque populus facile patiatur. De familia Principis, de vrbium magiſtratibus dubitabam, quamnam rationem fore magis ſalutarem putem. De familia facilis præceptio eſt. ſene Principe & à multo vſu cauto facilior delectus erit: citra magnum diſcrimen quiuis ad obſequia aulæ admittatur. Principe autem iuuene nemo ad iura præſertim familiaria & colloquium frequenter, prauis ac vero non probatis moribus accipi debet, niſi volumus contagione prauitatis breui Principem contaminari. Et quantum malum Principe reſidente in aula, oculis & auribus, nempe aulæ miniſtris, vti non ſynceris, ſed vitio infectis & improbitate? In quo Alexandri Seueri exemplum placet, Conſtantij Auguſti ſolertia. Is enim neminem vnquam ad colloquium & familiaritatem admiſit niſi integra probitatis fama. verebatur ſcilicet ne peſtilenti oris afflatu ſanctiſſimos mores corrumperet. Conſtantius autem ex multis Chriſtianis, qui in eius obſequijs erant, cupiens explorare quibus potiſſimum credere poſſet, finxit (neque enim noſtra ſacra ſuſceperat) impio Deorum cultu inſtaurando, aula exigere velle, ſpoliare honoribus, quicunque Chriſti religione repudiata, ad patriam ſuperſtitionem non redirent. Ea denunciatione multos nutare neceſſe fuit, quorum non erat in pietate ſtabilis & fixa ſententia. Alij in religione perſtiterunt. gratia Principis & honoribus potiorem ſuam ſalutem arbitran-

ſs. Conſtantius ea arte ſuorum animis explo-
mutata ratione in contrarium, qui deſciue-
i ſe remouit: qui Deo infideles extitiſſent, iis
magnæ rei tuto credi perſuaſus: qui perſtite-
os cariſſimos ac fideliſſimos habuit. Hac ar-
t ſimili Principem aulicorum mores explora-
iid prohibet? qui prauis ſe operibus, impudi-
ſocium, aut miniſtrum obtulerit, etiam roga-
um quaſi peſtem auerſetur. qui de turpitudine
ellatus, opprimendo innocente, vindicando-
, gratia Principis fecerit honeſtatem Deique
s, is amicus Principi, is intimus eſto: nihil erit
d tali viro credi non poſſit. Magiſtratus iuridi-
do me quidem iudice nunquam Princeps crea-
niſi integra probitatis fama, atque proclama-
, vti paulo ſuperius dictum eſt, in quibus tan-
n in vtramque partem momentum eſt. pro vt
lederint facile ad alios probitatem aut flagitium
lucent: ac ſi praui ſint, explendis cupiditatibus
faſque peruertent. Quorum arbitrio ſingulo-
m fortunæ, fama, ſalusque permittitur, niſi ſint
tegerrimi, quantæ exiſtent clades? Neque in eo
agnum onus imponimus. habeat quibus fidat.
s adminiſtris in aliorum mores inquirat, in quos
x diſiunctis locis teſtimonia conſenſerint, eos i-
oneos ad res gerendas iudicabit. quis ſit ido-
eus gentis conſenſu monſtratur. ea ratio facilli-
na eſt. Quid de vnoquoque fama loquatur, ſe-
io Princeps diſpiciat, vix vnquam ea ratio fal-
lat: ac plebis potius teſtimonia quam ditiorum au-
diat. Syncerius ſolent populares iudicare: poten-
tiores ad gratiam ſæpe loquuntur, ſtudiaque fere
vtilitate magis quam veritate metiri ſolent: eos
com-

commendantes maxime, vnde maior emolumenti ſpes affulſerit. Quem in poteſtate quidem nullum ſignum, nulla pictura, nulla veſtis, nullum mancipium, nulla forma, nulla pecunia à ſumma integritate continentiaque deduxerit, huic nihil eſt quod non poſſit delegari. quem autem in vita driuata conſtiterit fuiſſe abſtinentem, continere ſuas cupiditates, ſuas coercere, facilem ſe rebus cognoſcendis, audiendis hominibus præbere didiciſſe, pietati & diuino cultui eſſe deditum: tuto is ad Principis familiaritatem & iura domeſtica admittatur: curaque illi rei cuiuſcunq; gerendæ demandetur. Neque leue ipſe negotium Principis humeris incumbere cogitabam, tum alijs imperij curis, ſed præſertim legendis magiſtratibus idoneis: ne ſi is delectus negligatur, pro iudice lupus dilaniando lacerandoque populo ſubſtituatur, quanta cum pernicie me ſilente, quiuis per ſe intelligat. omniū miſeriarum examen in eum populum incurrere, cui Princeps improbus contigit, rectores venales pretio, aut alijs flagitijs infames.

Capvt IV.

De honoribus & præmiis in commune.

SOlon qui ſapiens vnus fuit ex ſeptem, quod Græcia ſuis præconijs celebrauit, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem, remp. duabus rebus contineri dixit præmio & pœna, metu nimirum & ſpe. Metus ſtimulat ciues, & in ſtudio dignitatis vigilantes efficit: ſpes honoris & præmij, homines fortes ob-

ſcuro

ſcuro quamuis loco natos dies noctéſque ſolicitat, & ad virtutes conſectandas impellit. Dedecoris metu ſublato quis è ciuium numero velit cum vitæ periculo præclarum aliquod facinus obire? ſpe dignitatis amota, quis pro communi ſalute vitam & fortunas in ſupremum diſcrimen inijciat? eſt ſcilicet vtriuſque rei modus ſicut reliquarum: neque Principem dandis honoribus ſuſum, neque vindicandis ſceleribus nimis ſeuerum eſſe volumus. Ita tamen his neruis remp. vniuerſam & omnes eius partes conſtringat, vt ſit omnibus perſuaſum neq; nobilitatem neq; diuitias, ſi alia deſint præſidia, fore ſatis cuiquam ad reip. honores conſequendos, fugienda ſupplicia: neque paſſurum vt cuiuſquam tenuitas, aut generis obſcuritas ſit imperioſis hominibus prædæ atque ludibrio: ac potius omnibus eſſe, ſi virtus adſit, curſum ad ſummos honores, magnaſq; copias apertum. Erit quidem, me auctore, Principi tuēda nobilitas, & aliquid poſteris dandum ob præclara maiorum merita: ita tamen ſi ad natalium ſplendorem mores haud diſſimiles, induſtriam, virtutemque ipſi adiecerint. Ignaua nobilitate nihil turpius: qui maiorum gloria tumidi opes hæreditate ſuſceptas in nequitia & leuitate cōſumunt: confiſiq; auorum laude, ignauia ipſi atque ſocordia marceſcunt, præmia virtutum vitijs adipiſci contendentes, virorum fortium locum per nobilitatis fucum ſegnitia & inertia occupare dupliciter adeo repellendi à Principe geminoq; probro fœdi, quod & ſe turpitudine contaminent & generis claritatem turpitudine maculent. quo enim clariores aui extiterunt, eo maiori odio digni ſunt, qui ſplendorem nobilitatis libidine & impuritate

ritate obſcurant. Ac præſertim tanta temeritate & amentia pleriq; ex eo numero ſunt, vt nominibus inaniſſimis ſuperbiẽtes obſcuro loco natos quamuis induſtrios, fortes & ſtrenuos, ita præ ſe contemnant, vt homines eſſe non putent. multisq; honoribus affecti maiora expetunt: omniaque præmia virtuti debita, nobilitati ſuæ deberi contendunt, malis artibus ambitioſi væcordesque. Sunt præterea non pauca diuitibus concedenda, quoniam magnum Principi præſidium eſt à pecunioſis hominibus ad omnem reipubl. partem conſtitutum: multaq; mouere poſſunt, niſi ſint Principis beneficio conſtricti. ſed ita demum in pretio habeantur ſi bonis artib. ſtudeant, ſi pecunias opeſq; ad honeſtatis ſtudiũ conferant. Si diuites quamuis omni virtute vacui, præmijs & honoribus augentur, auaritia, inſolentia, ignauia in populo ſancietur; ſoloſq; beatos credent, quorum erit ingens cenſus, amplæ poſſeſſiones. egeni in ſordibus perpetuo iacebunt nulla emergendi ſpe: vnde deſperatione concepta, concitati in diuites impetum facient. rixæ, contumeliæ, latrocinia exiſtent: reſp. in contrarias partes diſtracta funditus peribit. Si igitur Princeps ſuæ dignitati & ſaluti publicæ ſeruire cupit, non opes ingentes, ſi virtute nudatæ ſint, reſpiciat: non generis nobilitatem fouebit, ſi fuerit honeſtatis luce deſtituta: ſed potius virtutem amplectetur & induſtriam, vbicunque erit: retentaque ſtatuendi libertate nullius hominis inanem fremitum timebit: ad nullius offenſionem mouebitur: nullus erit tantis opibus nixus vel tanta nobilitate clarus, qui leges imperandi imponat, tantumque ſibi ſumat, vt ab ſtudio ornandæ virtutis abducere Principem audeat. Cui debet eſſe propoſitum, in quocunque homi-

rum genere virtutem honeſtare, atq; in ſupremum dignitatis gradum extollere: factiſq; oſtendere nihil apud eum plus valere, quam ſplendorem iuſtitiæ, animiq; in virtutum genere præſtantiam. Sic pulcherrimum inter ciues certamen exiſtet, quo cuncti ordines excellere virtute contendant: beneuolentia omnes Principem complectentur: & quaſi diuinum hominem aut ex veteri annalium memoria heroem nobiliſſimum intuebuntur. innumeri tota ditione exiſtent forti pectore, excelſo animo parati, pro patria, pro Principe ſi res ferat vitam, ſanguinemque profundere. Quicunq; virtutes colendas ſuſceperit, atque in eo ſtudio cæteris præſtantior euaſerit, is carus Principi, is nobilis eſto. Nullum ſit honoris genus, nullum præmium ad quod ſit illi aditus interclusus, ſiue Hiſpanus is fuerit, ſiue Italus, Siculus aut Belga, quam late Hiſpanicum imperium pertinet: omnes pari beneuolentia complectatur, ijſdem honoribus proſequatur. Sic enim plures atque adeo innumeros ſuæ dignitatis propugnatores habebit: quorum conſentientes voluntates vireſque coniunctas nulla temeritas fortunæ, nulla hoſtium iniuria vllo tempore labefactet: quin imperium æquitate conſtitutum, ſuorumque beneuolentia munitum, æternum ſtabiliatur lateq; propagetur. Neque opus erit numeroſas legiones militum alere, præſidia militaria per vrbes & prouincias conſtituere, atque in eam rem pares imperij amplitudini opes conſumere, noua & grauiſſima indies vectigalia imperare ſubditis, exhaurire prouincias. Inſtar magnarum copiarum, ciuium beneuolentia erit, ſi præmijs dandis partem aliquam regiæ gazæ conſumpſerit, ſi honores pro cuiuſque meri-

tis

tis abſq; vllo diſcrimine cum iudicio diſtribuet, ſiue eccleſiaſtici ij ſint, ſiue magiſtratus ciuiles: tot ſuæ poteſtatis adminiſtros habebit, tot ſtrenuos milites, quantus eſt numerus ciuiũ in vniuerſo eius imperio. Omnino Lacedæmonũ, Athenienſiumq; res afflixit, euertit imperium, quod quanquam armis pollerent, ciuibus ſuis quaſi liberis beneuolentiam exhibebant, externos, quos barbaros vocabant, cum armis domuerant, ſeruire cogebant. Quam illi conditionem, quia iniqua erat atq; ab omni humanitate remota, diu ferre non potuerũt. quod in ſimili cauſa accidiſſe Romanis video, imperium orbis amiſiſſe, quia quos ferro ſabegerant, metu potius quam beneuolentia continere voluerunt, legionibus per prouincias innumeris conſtitutis: quibus alendis pares imperii opes prodigerēt, neq; proficerent tamen tot gētium animis alienatis, quibus non perinde atq; corporibus vis afferatur. Prudētius Annibalis mihi, dictitabat, Carthaginenſis erit, qui hoſtem ſtrenue feriet. ſic dicat opus eſt Princeps. Qui hoſtem propulſarit, acieſque inuicto pectore perruperit, ipſo mortis contemptu ferocior, is mihi indigena, is nobilis erit. Finge animo numeroſas hoſtium copias bello laceſſere, inferre prouinciæ vaſtitatem: ſi erit collatis ſignis dimicandum, num ſalutem & dignitatem fortibus & ſtrenuis hominibus credas, ſint quamuis externi, ignobiles & obſcuro loco nati, an molli & delicatæ nobilitati, cæteriſque, qui maiorum virtute potius quam ſuis meritis & robore conſpicui ſunt? non dubium quin in periculo homines robuſti & acres ſint alijs omnibus præferendi, quocunq; è genere natione ve ſint. Quid igitur magis abſurdum, quã

quo-

quorum virtute atque fide ſalus publica, dignitas Principis nititur, eoſdem inferiores ducere is, quorum ignauiæ atque imbecillitati diffiditur, ac vero nullo numero habere reip. honoribus dādis? Quid indignius, quam omnes honores reip. in has fæces congerere: illos qui virtute excellunt contemnere, inopes atque inglorios eſſe permittere? Quanta vacordia, propriæ ſingulorum virtuti denegare, quod alienæ, hoc eſt, maiorum tribuitur? Sed Salomonem, ais, ea ſapientia Regem, externas gentes retuliſſe in ærarios, ſeruire iuſſiſſe, Iudæorum ex gente, militiæ addixiſſe vectigalibus liberos. Superſtitioſam gentem opponis, & à cæteris gentibus abhorrentem, quod exitio tandem fuit. Neque ego contendo nullum inter prouincias fore diſcrimen, præſidia militaria externis nationibus detrahenda penitus; ſed inter eos etiam, qui virtute excellent ſi honoribus augebuntur, magna erga Principem multorum beneuolentia exiſtet, cæteris præſidijs validior. praui nihilominus metu, & quaſi iniectis teneantur compedibus. Deinde inter prouinciales, nullus Principi nouus homo eſſe debet, nullus quaſi ex libertino genere contemptui ſit. Tantum cuique credatur, quantum in eo probitatis & prudentiæ elucebit. Sint collegijs inſtituendis per prouinciam noui homines, eo contubernio ea ſocietate excluſi, ſeiuncti ab alijs, & quadam populari infamia notati (quod hoc loco inſtitutum neq; probare eſt animus, neq; accuſare.) Id Principi certe debet eſſe propoſitum, ne homines ambitioſos pietatis prætextu concedat, melioribus proſtratis ad ſumma contendere: neque patiatur in eo ipſo incertis rumoribus populi integras fa-

Q milias

milias traduci: ne æternum quidem ea macula infamiaq; vigeat. tempus maiorum noxæ aut obſcuritati præſcribatur: vltra ꝗ tempus maiorum nouitas ne poſterorum ſupplicio atque infamia luatur. Prętereà non tanti id inſtitutum fore conſideret, vt nulla exceptione viri alioqui inſigni probitate, meritis aut litteris excellentes tueri ſe poſſint, nulla compenſatio detur. nulla concedatur eius legis aut moris inter nos ſuſcepti venia. Et quantum eſt, maioribus ſæpe vitijs conniuere: quod tanti non eſt, nullis meritis animi aut corporis dotibus compenſari. Omnes quicunque hoc tempore clari genere ſunt, aliquando ex obſcuro loco emerſere. ſi nouis hominibus, ſi plebeis fuiſſet olim aditus ad maiora interclufus, nullam hodie haberemus nobilitatem. Num æquũ ſit, quo itinere ad ſumma maiores eorum peruenerunt, illud alijs omnib. intercludere? Nũ pœnitet ex externis & ex alia religione inſignes viros in nobilium numerum tranſijſſe? quos ne nominatim prodamus, eorum poſteris noſtræ ætatis inuidię tribuendum puto. Inueteraſcent noui quoque, & quod veteribus exemplis tueri poſſumus, inter exempla erit. Ergo id Principi imprimis curæ eſſe debet: id contendat ſuo exemplo ſancire, in hominum delectu nihil virtuti præferendum. ea ſi conſpicua ſit, loco multarum imaginum, inſtar aliorum præſidiorum viris excellentibus fore. Siue bellum gerendum ſit, ſiue reſp. adminiſtranda, tantum cuique poteſtatis detur, quanta erit probitas, virtus, prudentia. Honoribus dandis ſiue militares ij ſint, ſiue eccleſiaſtici, ita nobiles præferantur, vt cæteris locus aliquis relictus eſſe videatur. Quantum enim malum, id eſt, magnę prouincialiũ partis

egregiam

egregiam indolem virtutum debilitari, ne ſe commouere poſſint ſine periculo infamiæ: eoq; terrore quaſi vmbra detineri, ne remp. bello paceque forti animo capeſſant? Quam pernicioſum exemplum id agere, vt reſpubl. diſtracta in partes, odio magnæ partis ciuium incredibili vexetur: vnde occaſione data, rixæ & contentiones exiſtant? Quod ſi pauci eſſent ea ignominia notati, ſine periculo forſan arcerentur ab honoribus: nunc confuſo fere ordinum ſanguine, tantum hoſtium numerum in patria alere, quot ſunt ij qui nullo ſuo merito, ſed vitio natalium à publicis honoribus excluduntur, graue ſit neq; periculo vacet. Et eſt proprium tyranni inter ciues diſſidia ſerere, ne in vnam voluntatem aliquando conſpirent depellendæ tyrannidis: Regis legitimi cura eo refertur, vt omnes reip. partes inter ſe beneuolentia conſtrictæ pro Principis dignitate, pro ſalute publica, in vnam voluntatem conſpirent hoſtium impetum propulſandi, vindicandi iniurias, belli defendendi, ſicunde ſit illatum. Ad Illuſtrium familiarum ſanguine, qui continuis delicijs flaccеſcit, recoquendum, & ad priſtinum habitum reuocandũ, dum acria ingenia & militaria cũ ſedatis per coniugia miſcẽda, quod inter præcipuas regij muneris partes Plato poſuit, nulla cõmodior ratio, quam ſi virtuti certe bellicæ ad præcipuos reip. honores pareſq; opes aditus relinquatur. Et quantum eſt vna opera virtutem ornare, & nobilitatem, quæ quendam ſitum vetuſtate ducit, vt mortalia omnia in prouincia identidem innouari, & quaſi refloreſcere ſurculis alijs.

Capvt V.

De re militari.

De honorum diſtributione, & magiſtratuum delectu ea dicta ſunt, quæ ex vſu fore videbantur, ea poſita præcepta, quæ multa lectio & nonnullus vſus peperit. Nunc de re militari diſſerendum arbitror, quoniam in eius præſidio ſanctiſſimæ leges, pacis artes vniuerſæ, publicæ & priuatæ fortunę deliteſcunt: neque poterit reſp. longo tempore bonis omnibus & felicitate florere, niſi vallidis armis & præſid js, fortiſſimis legionibus ſepta. Quibus tum perditorum ciuium audaciam temeritatemque fręnet, quorum eſt ſemper magnus numerus in omni ciuitate & prouincia, niſi metus contineat, res nouare & ex aliorum præda ſuam inopiam explere cupientium: nimirum vt ſit vnde gulæ, ventri, aleæ impotentibus dominis ſeruiatur: tum externam hoſtium vim iniuriamque prohibere alia ratione non poterit, cum omni ex parte circumfuſi ſæpe laceſſant, prædas agant immenſa cupiditate ambitioneque fines imperij aliena iniuria propagandi. Debet quidem Princeps omnia conſilia ad reip. tranquillitatem referre, cum finitimis cum longinquis pacis fœdera iungere, neque arma ſumere niſi re neceſſaria coactus: cum aut bellum aliunde illatum defendēdum eſt, vel atroces iniuriæ vindicandæ: tarditatem tamen deliberationis, apparatus magnitudine & celeritate compenſabit. In eam rem, numeroſas peditum ac equitum copias alet in pace, validis claſſibus vtrumque mare conſtratum habebit, quod ad augendam maieſta-

ieſtatem, incutiendum terrorem hoſtibus vel maxime pertinebit. Sit omni bellico & nautico inſtrumento inſtructus, ne aliunde vrgente belli neceſſitate præſidia petenda ſint. equos, arma, tela rebus tranquillis paret. in pace de bello cogitare non deſiſtat. ſic tutiſſimus aget. Sed ærarij tenuitatem fortaſſe prudens aliquis excuſabit, tantis & perpetuis ſumptibus imparem: noua ſubditis vectigalia imperare in belli ſumptus moleſtum & exitiale eſſe: ineptum vt externis metum incutias, ciuium animos alienare, atque vt hoſtium iniurias vindices, multo plures intra prouinciam hoſtes parare. Si bellici ſumptus vectigalibus regijs maiores multo, ijque continui ſint, certa peſtis exiſtet, neque proſtratis hoſtibus & prouincialibus exhauſtis. Si qua imperij pars conſeruari niſi ijs ſumptibus non poteſt, quaſi putre membrum à reliquo corpore abſcindatur, honeſta id in aliqua ratione excogitata. Verum id quidem eſt, periculum atque incommodum omni ratione procurandum: atque Principi perſuadendum in tanta rerum omnium & annonæ caritate, nullum Principem poſſe bellum ſuis ſumptibus ſuſtinere. Corruat in medio curſu neceſſe erit, aut prouinciales grauiſſimis tributis exacerbet: niſi rationem inſtituat, qua bellum ſi non modico certe tolerabili ſumptu geratur. Milites in pace claſſeſque & reliqui apparatus ordinarijs vectigalibus ſine ciuium gemitu retineantur, alioqui ex vtraque parte graue periculum denuncio, ſiue inermi prouincia, ſiue nouis indies vectigalibus exhauſta. Primum ergo milites otioſos eſſe non ſinet. bella ex bellis ferret, neque enim legitimæ cauſæ deeſſe

 poſſunt,

bus, certe nationibus prouincijſque Hiſpaniæ, vt ſuo ſumptu & ſua litora tueantur, & hoſtium fines inuadant. Ex ijs claſſibus ſingulis, cum vſus erit & bellum ingruet, numeroſam claſſem conflare facile erit: cuius virtute hoſtes proſternantur, atque adeo orbis imperium paretur. Hæc noſtra ſententia eſt à multis annis fixa animo, vtinam tam felix & grata, quam à ſyncero animo profecta, optimoque ſtudio ſuſcepta patriam iuuandi. Sed & honoribus reip. qui maximi in Hiſpania ſunt, prudenter diſtribuendis ſumptus bellici magna ex parte minuentur. Nulli induere crucem concedatur nobilitatis inſigne, qui vnum & alterum annum in caſtris aut claſſe operam reip. ſuo ſumptu non nauarit: tantundemq; temporis cogatur, poſt ſuſceptam crucē in militia exigere modico ſtipendio ex reditibus ſacris cuiuſq; ordinis militaris deſignato. Ijs hominibus pro meritis aut pro ratione temporis præmia militaria dentur. aulicis delicatis hominibus, qui nunquam hoſtem viderunt, opes à maioribus induſtriæ paratas deſtinataſq; tribui, exitiale malum eſt, atq; omnibus piaculis repellēdum. Addantur honores alij & excogitentur, ad ciuium virtutem excitandam. vti Alfonſus vndecimus militiam Bandæ nomine inuexit. Banda vulgari Hiſpanorum lingua tænia eſt, quam noui milites rubro colore quatuor latam digitos, à dextro humero ſub ſiniſtro brachio corpori circūducebāt, honoris inſigne ingenuis tm̄, qui decē minimū annis in caſtris aulaq; verſati eſſent. Ea militia ferme antiquata Io. Alfonſi nepos Caſtellæ Rex nouum inſigne excogitauit, ex aureo torque radijs diſtincto columbæ effigiem, aulicis atq; nobilibus ad preclara facinora incita-

incitamentum. Ad hæc, magiſtratus ciuiles, præſertim qui nulla peritia litterarum geri poſſunt, militibus bello feſſis vſu prudentibus demandari æquum erit: ſacerdotia etiam tribuantur, aut eccleſiaſtici reditus Pontificum venia, ſi qui exiſtent ex eo numero probitate conſpicui: certe ſi eorum cognatis & neceſſarijs, ijs deprecatoribus aut in eorum gratiam dentur, multum iuuerit. Honos & ſpes artes militares ſuſtentabit: pertinaciſſimus enim eſt animus, quem ingentes ſpes inflammarunt. Quod caput eſt, in familiam regiam ad aulæ miniſteria fortiſſimos milites deligendos arbitror, ratio commodiſſima excitandi ad virtutem prouincialium animos. Simul opportunum maxime erit, vt eorum conuictu & frequenti ſermone maiorem rei militaris peritiam Princeps ſuſcipiat, animum excelſum, erectum, periculorum & mortis contemptorem. Hæc Dauidis fortiſſimi & feliciſſimi Regis, quem ad effigiem optimi Principis diuini libri proponunt, exemplum confirmat, regendis populis, ſacriſq; patrijs adminiſtrandis viros fortiſſimos præficientis: vti ijdem diuini libri teſtantur, aulæ miniſteria obire conſtituentis ſingulis per annum menſibus, præcipuos copiarũ duces, ſingulos magnæ regij exercitus parti cum imperio præfectos. Proh ſapientiam mirabilem, atq; humana maiorẽ prudentiam. Vt mirum non ſit ea arte promerendi milites exiguo quamuis cenſu, anguſtis quamuis regni finibus, multis gentibus iugum impoſuiſſe: filioq; Salomoni reliquiſſe imperium ipſis Ægypti & Meſopotamiæ finibus terminatum, Nilo, atque Euphrate diſiunctiſſimis fluuijs, quod fore aliquãdo diuinis vaticinijs erat pronunciatum. Sed &

ritate obſcurant. Ac præſertim tanta temeritate & amentia pleriq; ex eo numero ſunt, vt nominibus inaniſſimis ſuperbiētes obſcuro loco natos quamuis induſtrios, fortes & ſtrenuos, ita præ ſe contemnant, vt homines eſſe non putent. multisq; honoribus affecti maiora expetunt: omniaque præmia virtuti debita, nobilitati ſuæ deberi contendunt, malis artibus ambitioſi væcordesque. Sunt præterea non pauca diuitibus concedenda, quoniam magnum Principi præſidium eſt à pecunioſis hominibus ad omnem reipubl. partem conſtitutum: multaq; mouere poſſunt, niſi ſint Principis beneficio conſtricti. ſed ita demum in pretio habeantur ſi bonis artib. ſtudeant, ſi pecunias opeſq; ad honeſtatis ſtudiū conferant. Si diuites quamuis omni virtute vacui, præmijs & honoribus augentur, auaritia, inſolentia, ignauia in populo ſancietur; ſoloſq; beatos credent, quorum erit ingens cenſus, amplæ poſſeſſiones. egeni in ſordibus perpetuo iacebunt nulla emergendi ſpe: vnde deſperatione concepta, concitati in diuites impetum facient. rixæ, contumeliæ, latrocinia exiſtent: reſp. in contrarias partes diſtracta funditus peribit. Si igitur Princeps ſuæ dignitati & ſaluti publicæ ſeruire cupit, non opes ingentes, ſi virtute nudatæ ſint, reſpiciat: non generis nobilitatem fouebit, ſi fuerit honeſtatis luce deſtituta: ſed potius virtutem amplectetur & induſtriam, vbicunque erit: retentaque ſtatuendi libertate nullius hominis inanem fremitum timebit: ad nullius offenſionem mouebitur: nullus erit tantis opibus nixus vel tanta nobilitate clarus, qui leges imperandi imponat, tantumque ſibi ſumat, vt ab ſtudio ornandæ virtutis abducere Principem audeat. Cui debet eſſe propoſitum, in quocunque homi-

rum genere virtutem honeſtare, atq; in ſupremum dignitatis gradum extollere: factiſq; oſtendere nihil apud eum plus valere, quam ſplendorem iuſtitiæ, animiq; in virtutum genere præſtantiam. Sic pulcherrimum inter ciues certamen exiſtet, quo cuncti ordines excellere virtute contendant: beneuolentia omnes Principem complectentur: & quaſi diuinum hominem aut ex veteri annalium memoria heroem nobiliſſimum intuebuntur. innumeri tota ditione exiſtent forti pectore, excelſo animo parati, pro patria, pro Principe ſi res ferat vitam, ſanguinemque profundere. Quicunq; virtutes colendas ſuſceperit, atque in eo ſtudio cæteris præſtantior euaſerit, is carus Principi, is nobilis eſto. Nullum ſit honoris genus, nullum præmium ad quod ſit illi aditus intercluſus, ſiue Hiſpanus is fuerit, ſiue Italus, Siculus aut Belga, quam late Hiſpanicum imperium pertinet: omnes pari beneuolentia complectatur, iiſdem honoribus proſequatur. Sic enim plures atque adeo innumeros ſuæ dignitatis propugnatores habebit: quorum conſentientes voluntates vireſque coniunctas nulla temeritas fortunæ, nulla hoſtium iniuria vllo tempore labefactet: quin imperium æquitate conſtitutum, ſuorumque beneuolentia munitum, æternum ſtabiliatur lateq; propagetur. Neque opus erit numeroſas legiones militum alere, præſidia militaria per vrbes & prouincias conſtituere, atque in eam rem pares imperij amplitudini opes conſumere, noua & grauiſſima indies vectigalia imperare ſubditis, exhaurire prouincias. Inſtar magnarum copiarum, ciuium beneuolentia erit, ſi præmijs dandis partem aliquam regiæ gazæ conſumpſerit, ſi honores pro cuiuſque meri-

tis

tis abſq; vllo diſcrimine cum iudicio diſtribuet, ſiue eccleſiaſtici ij ſint, ſiue magiſtratus ciuiles: tot ſuæ poteſtatis adminiſtros habebit, tot ſtrenuos milites, quantus eſt numerus ciuiũ in vniuerſo eius imperio. Omnino Lacedæmonũ, Athenienſiumq; res afflixit, euertit imperium, quod quanquam armis pollerent, ciuibus ſuis quaſi liberis beneuolentiam exhibebant, externos, quos barbaros vocabant, cum armis domuerant, ſeruire cogebant. Quam illi conditionem, quia iniqua erat atq; ab omni humanitate remota, diu ferre non potuerũt. quod in ſimili cauſa accidiſſe Romanis video, imperium orbis amiſiſſe, quia quos ferro ſubegerant, metu potius quam beneuolentia continere voluerunt, legionibus per prouincias innumeris conſtitutis: quibus alendis pares imperii opes prodigerēt, neq; proficerent tamen tot gētium animis alienatis, quibus non perinde atq; corporibus vis afferatur. Prudētius Annibalis mihi, dictitabat, Carthaginenſis erit, qui hoſtem ſtrenue feriet. ſic dicat opus eſt Princeps. Qui hoſtem propulſarit, acieſque inuicto pectore perruperit, ipſo mortis contemptu ferocior, is mihi indigena, is nobilis erit. Finge animo numeroſas hoſtium copias bello laceſſere, inferre prouinciæ vaſtitatem: ſi erit collatis ſignis dimicandum, num ſalutem & dignitatem fortibus & ſtrenuis hominibus credas, ſint quamuis externi, ignobiles & obſcuro loco nati, an molli & delicatæ nobilitati, cæteriſque, qui maiorum virtute potius quam ſuis meritis & robore conſpicui ſunt? non dubium quin in periculo homines robuſti & acres ſint alijs omnibus præferendi, quocunq; è genere nationeve ſint. Quid igitur magis abſurdum, quã quo-

quorum virtute atque fide ſalus publica, dignitas Principis nititur, eoſdem inferiores ducere is, quorum ignauiæ atque imbecillitati diffiditur, ac vero nullo numero habere reip. honoribus dãdis? Quid indignius quam omnes honores reip. in has fæces congerere: illos qui virtute excellunt contemnere, inopes atque inglorios eſſe permittere? Quanta væcordia, propriæ ſingulorum virtuti denegare, quod alienæ, hoc eſt, maiorum tribuitur? Sed Salomonem, ais, ea ſapientia Regem, externas gentes retuliſſe in ærarios, ſeruire iuſſiſſe, Iudæorum ex gente, militiæ addixiſſe vectigalibus liberos. Superſtitioſam gentem opponis, & à cæteris gentibus abhorrentem, quod exitio tandem fuit. Neque ego contendo nullum inter prouincias fore diſcrimen, præſidia militaria externis nationibus detrahenda penitus: ſed inter eos etiam, qui virtute excellent ſi honoribus augebuntur, magna erga Principem multorum beneuolentia exiſtet, cæteris præſidijs validior. praui nihilominus metu, & quaſi iniectis teneantur compedibus. Deinde inter prouinciales, nullus Principi nouus homo eſſe debet, nullus quaſi ex libertino genere contemptui ſit. Tantum cuique credatur, quantum in eo probitatis & prudentiæ elucebit. Sint collegijs inſtituendis per prouinciam noui homines, eo contubernio ea ſocietate excluſi, ſeiuncti ab alijs, & quadam populari infamia notati (quod hoc loco inſtitutum neq; probare eſt animus, neq; accuſare.) Id Principi certe debet eſſe propoſitum, ne homines ambitioſos pietatis prætextu concedat, melioribus proſtratis ad ſumma contendere: neque patiatur in eo ipſo incertis rumoribus populi integras fa-

milias traduci: ne æternum quidem ea macula infamiaq; vigeat.tempus maiorum noxæ aut obſcuritati præſcribatur: vltra ꝙ tempus maiorum nouitas ne poſterorum ſupplicio atque infamia luatur. Pręterea non tanti id inſtitutum fore conſideret, vt nulla exceptione viri alioqui inſigni probitate, meritis aut litteris excellentes tueri ſe poſſint, nulla compenſatio detur.nulla concedatur eius legis aut moris inter nos ſuſcepti venia.Et quantum eſt, maioribus ſæpe vitijs conniuere: quod tanti non eſt, nullis meritis animi aut corporis dotibus compenſari. Omnes quicunque hoc tempore clari genere ſunt,aliquando ex obſcuro loco emerſere. ſi nouis hominibus, ſi plebeis fuiſſet olim aditus ad maiora interclufus,nullam hodie haberemus nobilitatem. Num æquũ ſit, quo itinere ad ſumma maiores eorum peruenerunt, illud alijs omnib. intercludere? Nũ pœnitet ex externis & ex alia religione inſignes viros in nobilium numerum tranſijſſe?quos ne nominatim prodamus, eorum poſteris noſtræ ætatis inuidię tribuendum puto.Inueteraſcent noui quoque, & quod veteribus exemplis tueri poſſumus, inter exempla erit. Ergo id Principi imprimis curæ eſſe debet:id contendat ſuo exemplo ſancire,in hominum delectu nihil virtuti præferendum. ea ſi conſpicua ſit, loco multarum imaginum, inſtar aliorum præſidiorum viris excellentibus fore. Siue bellum gerendum ſit,ſiue reſp.adminiſtranda, tantum cuique poteſtatis detur, quanta erit probitas, virtus,prudentia. Honoribus dandis ſiue militares ij ſint, ſiue eccleſiaſtici, ita nobiles præferantur, vt cæteris locus aliquis relictus eſſe videatur. Quantum enim malum,id eſt,magnę prouincialiũ partis egregiam

egregiam indolem virtutum debilitari, ne ſe commouere poſſint ſine periculo infamiæ: eoq; terrore quaſi vmbra detineri, ne temp. bello paceque forti animo capeſſant? Quam perniciosum exemplum id agere, vt reſpubl. diſtracta in partes, odio magnæ partis ciuium incredibili vexetur: vnde occaſione data, rixæ & contentiones exiſtant? Quod ſi pauci eſſent ea ignominia notati, ſine periculo forſan arcerētur ab honoribus: nunc confuſo fere ordinum ſanguine, tantum hoſtium numerum in patria alere, quot ſunt ij qui nullo ſuo merito, ſed vitio natalium à publicis honoribus excluduntur, graue ſit neq; periculo vacet. Et eſt proprium tyranni inter ciues diſſidia ſerere, ne in vnam voluntatem aliquando conſpirent depellendæ tyrannidis: Regis legitimi cura eo refertur, vt omnes reip. partes inter ſe beneuolentia conſtrictæ pro Principis dignitate, pro ſalute publica, in vnam voluntatem conſpirent hoſtium impetum propulſandi, vindicandi iniurias, belli defendendi, ſicunde ſit illatum. Ad Illuſtrium familiarum ſanguine, qui continuis delicijs flacceſcit, recoquendum, & ad priſtinum habitum reuocandū, dum acria ingenia & militaria cū ſedatis per coniugia miſcēda, quod inter pręcipuas regij muneris partes Plato poſuit, nulla cōmodior ratio, quam ſi virtuti certe bellicæ ad præcipuos reip. honores pareſq; opes aditus relinquatur. Et quantum eſt vna opera virtutem ornare, & nobilitatem, quæ quendam ſitum vetuſtate ducit, vt mortalia omnia in prouincia identidem innouari, & quaſi refloreſcere ſurculis alijs.

Capvt V.

De re militari.

DE honorum diſtributione, & magiſtratuum delectu ea dicta ſunt, quæ ex vſu fore videbantur, ea poſita præcepta, quæ multa lectio & nonnullus vſus peperit. Nunc de re militari differendum arbitror, quoniam in eius præſidio ſanctiſſimæ leges, pacis artes vniuerſæ, publicæ & priuatæ fortunę deliteſcunt: neque poterit reſp. longo tempore bonis omnibus & felicitate florere, niſi validis armis & præſidijs, fortiſſimis legionibus ſepta. Quibus tum perditorum ciuium audaciam temeritatemque fręnet, quorum eſt ſemper magnus numerus in omni ciuitate & prouincia, niſi metus contineat, res nouare & ex aliorum præda ſuam inopiam explere cupientium: nimirum vt ſit vnde gulæ, ventri, aleæ impotentibus dominis ſeruiatur: tum externam hoſtium vim iniuriamque prohibere alia ratione non poterit, cum omni ex parte circumfuſi ſæpe laceſſant, prædas agant immenſa cupiditate ambitioneque fines imperij aliena iniuria propagandi. Debet quidem Princeps omnia conſilia ad reip. tranquillitatem referre, cum finitimis cum longinquis pacis fœdera iungere, neque arma ſumere niſi re neceſſaria coactus: cum aut bellum aliunde illatum defendẽdum eſt, vel atroces iniuriæ vindicandæ: tarditatem tamen deliberationis, apparatus magnitudine & celeritate compenſabit. In eam rem, numeroſas peditum ac equitum copias alet in pace, validis claſſibus vtrumque mare conſtratum habebit, quod ad augendam maieſta-

ie tem, incutiendum terrorem hoſtibus vel maxi pertinebit. Sit omni bellico & nautico inſt mento inſtructus, ne aliunde vrgente belli nece ate præſidia petenda ſint. equos, arma, tela r tranquillis paret. in pace de bello cogitar n deſiſtat. ſic tutiſſimus aget. Sed ærarij ten tem fortaſſe prudens aliquis excuſabit, tantu perpetuis ſumptibus imparem: noua ſubdid ctigalia imperare in belli ſumptus moleſtum & riale eſſe: ineptum vt externis metum incuti ciuium animos alienare, atque vt hoſtium in rias vindices, multo plures intra prouinciam h s parare. Si bellici ſumptus vectigalibus reg maiores multo, ijque continui ſint, certa peſtis e t, neque proſtratis hoſtibus & prouincialib xhauſtis. Si qua imperij pars conſeruari niſi ij mptibus non poteſt, quaſi putre membrum à uo corpore abſcindatur, honeſta id in aliq tione excogitata. Verum id quidem eſt, peric n atque incommodum omni ratione procur um: atque Principi perſuadendum in tanta rer omnium & annonæ caritate, nullum Principe poſſe bellum ſuis ſumptibus ſuſtinere. Corru n medio curſu neceſſe erit, aut prouinciales grauiſſimis tributis exacerbet; niſi rationem inſtituat, qua bellum ſi non modico certe tolerabili ſumptu geratur. Milites in pace claſſesque & reliqui apparatus ordinarijs vectigalibus ſine ciuium gemitu retineantur, alioqui ex vtraque parte graue periculum denuncio, ſiue inermi prouincia, ſiue nouis indies vectigalibus exhauſta. Primum ergo milites otioſos eſſe non ſinet. bella ex bellis ferret. neque enim legitimæ cauſæ deeſſe

 poſſunt,

poſſunt, à finitimis, à longinquis, vel iura vetera repetendi, vel recentes iniurias vindicandi. Quid, dicet aliquis, an bellum paci præferendum iudicas? Hoſtis humani generis is, atque infenſiſſimus aduerſarius. quid enim bello tetrius, quo agri, vrbes, oppida vruntur, diripiũtur, vaſtantur? quid pace amabilius, per quam ornantur ciuitates, omnia honeſtatis ſtudia atque elegantiæ effloreſcunt? Non ita ſim mente deſtitutus, vt bellum paci præferam, qui ſciam tum demum bellum recte geri, cum ad pacem refertur, neque bellum in pace quærendum, ſed in bello pacem: idem tamen contendo, pacem domeſticam diu ſtare non poſſe, niſi arma cum externis exerceantur. neque enim aut cauſa iuſta deeſſe poteſt, aut militum otio marceſcere pati debemus: ſed potius mari terraque prædas agere, in alienos fines irrumpere, vrbes præſertim impiorum diripiendas militi tradere: quibus ſpolijs ditatus haud magnopere militaria ſtipendia requirat: ne præmia quidem, ſatis magnum laborum fructum arbitratus, quod confectis ſtipendijs veteranus fixis in aliquo templo armis, habeat vnde vitam honeſte ſuſtentare poſſit. Prima ergo cura Principi ſit, vt bellum ſe ipſum alat. quo conſilio Cato cum primum Conſul in Hiſpaniam eſt appulſus, claſſem dimiſit in Galliam, redemptores prohibuit ſequi caſtra. nimirum id in primo ſecutus vt ſpe reditus militi niſi victori ſublata, maiori animo pro communi ſalute & imperij dignitate pugnaret: in altero cogitans ex hoſtili præda militem, ſi ſtrenuus eſſet, ali debere, ſi ignauus ipſa eſſe vita & nomine Romano indignum. Neque ſpes fefellit, ea arte multo promptiori milite in bello

vſus

vſus eſt. Sed & prouincialibus concedendum arbitror, imperandum etiam ſi recuſent: vnumquemque pro cenſu & re familiari equos & arma habere. Curandum vt militares artes exerceant. concurrant equites, pedites in modum iuſtæ pugnæ, ſaltu, iactu, lucta; curſuque certent: ad ſcopum iaculentur miſſis ſagittis, aut globis plumbeis è tubo ferreo eluctante flamma eiaculatis: qui collimauerit aut alioqui in certamine victor extiterit, ei præmium de publico eſtò, veſtis, gemma, anulus. In ciuium beneuolentia & dexteritate maius præſidium Princeps ponet ad tuendam dignitatem, & publicam omnium ſalutem conſeruandam, quam in milite mercenario conductitijſque auxilijs. Ab his rudimētis me arbitro, ad vera certamina tranſeant. Detur facultas prouincialibus, quod leges noſtræ permittunt, & moribus ante ſuſceptum, nunc neſcio quam ob cauſam ſublatum penitus eſt, vt conſilijs inter ſe & viribus communicatis ex priuata pecunia triremes, actuariave inſtruant: quibus prædatoriam exerceant, in fines impiorum irruant feroces & formidabiles. Quid enim, cum hoſtibus ea facultas libera ſit, mareque vtrumque infeſtum piratæ omnibus annis reddant, cum bello ſæpe laceſſant, de noſtris prædas agant, eam facultatem noſtris hominibus penitus eſſe præciſam velimus? Scimus ſuperioribus ſeculis Catalaunos exiguam regionibus gentem, validis claſſibus diu maris imperium tenuiſſe, Africæ atque Italiæ, ſed & remotis ſæpe gentibus terrorem armaque intuliſſe. An egregiam virtutis indolem extinctam eſſe putamus? aut extingui otio potius & ceſſatione feramus? Detur ergo ea venia ſi non ſingulis homini-

bus, certe nationibus prouincijſque Hiſpaniæ, vt ſuo ſumptu & ſua litora tueantur, & hoſtium fines inuadant. Ex ijs claſſibus ſingulis, cum vſus erit & bellum ingruet, numeroſam claſſem conflare facile erit: cuius virtute hoſtes proſternantur, atque adeo orbis imperium paretur. Hæc noſtra ſententia eſt à multis annis fixa animo, vtinam tam felix & grata, quam à ſyncero animo profecta, optimoque ſtudio ſuſcepta patriam iuuandi. Sed & honoribus reip. qui maximi in Hiſpania ſunt, prudenter diſtribuendis ſumptus bellici magna ex parte minuentur. Nulli induere crucem concedatur nobilitatis inſigne, qui vnum & alterum annum in caſtris aut claſſe operam reip. ſuo ſumptu non nauarit: tantundemq; temporis cogatur, poſt ſuſceptam crucẽ in militia exigere modico ſtipendio ex reditibus ſacris cuiuſq; ordinis militaris deſignato. Ijs hominibus pro meritis aut pro ratione temporis præmia militaria dentur. aulicis delicatis hominibus, qui nunquam hoſtem viderunt, opes à maioribus induſtriæ paratas deſtinataſq; tribui, exitiale malum eſt, atq; omnibus piaculis repellẽdum. Addantur honores alij & excogitentur, ad ciuium virtutem excitandam. vti Alfonſus vndecimus militiam Bandæ nomine inuexit. Banda vulgari Hiſpanorum lingua tænia eſt, quam noui milites rubro colore quatuor latam digitos, à dextro humero ſub ſiniſtro brachio corpori circũducebãt, honoris inſigne ingenuis tm̃, qui decẽ minimũ annis in caſtris aulaq; verſati eſſent. Ea militia ferme antiquata Io. Alfonſi nepos Caſtellæ Rex nouum inſigne excogitauit, ex aureo torque radijs diſtincto columbæ effigiem, aulicis atq; nobilibus ad præclara facinora incita-

incitamentum. Ad hæc, magiſtratus ciuiles, præſertim qui nulla peritia litterarum geri poſſunt, militibus bello feſſis vſu prudentibus demandari æquum erit: ſacerdotia etiam tribuantur, aut eccleſiaſtici reditus Pontificum venia, ſi qui exiſtent ex eo numero probitate conſpicui: certe ſi eorum cognatis & neceſſarijs, ijs deprecatoribus aut in eorum gratiam dentur, multum iuuerit. Honos & ſpes artes militares ſuſtentabit: pertinaciſſimus enim eſt animus, quem ingentes ſpes inflammarunt. Quod caput eſt, in familiam regiam ad aulæ miniſteria fortiſſimos milites deligendos arbitror, ratio commodiſſima excitandi ad virtutem prouincialium animos. Simul opportunum maxime erit, vt eorum conuictu & frequenti ſermone maiorem rei militaris peritiam Princeps ſuſcipiat, animum excelſum, erectum, periculorum & mortis contemptorem. Hæc Dauidis fortiſſimi & feliciſſimi Regis, quem ad effigiem optimi Principis diuini libri proponunt, exemplum confirmat, regendis populis, ſacriſq; patrijs adminiſtrandis viros fortiſſimos præficientis: vti ijdem diuini libri teſtantur, aulæ miniſteria obire conſtituentis ſingulis per annum menſibus, præcipuos copiarū duces, ſingulos magnæ regij exercitus parti cum imperio præfectos. Proh ſapientiam mirabilem, atq; humana maiorē prudentiam. Vt mirum non ſit ea arte promerendi milites exiguo quamuis cenſu, anguſtis quamuis regni finibus, multis gentibus iugum impoſuiſſe: filioq; Salomoni reliquiſſe imperium ipſis Ægypti & Meſopotamiæ finibus terminatum, Nilo atque Euphrate diſiunctiſſimis fluuijs, quod fore aliquādo diuinis vaticinijs erat pronunciatum. Sed &

Ariſtoteles ea prudentia philoſophus, ex ſenatoribus & militibus legendos fore ſacerdotes ſanxit, alijs omnibus, qui quæſtuoſas aut ſordidas artes exercent, ſiue in cultura terræ verſantur penitus excluſis. Sed & ipſos ſenatores, ex militibus legi magna ex parte ſalutare arbitror, vt maiori animo ſinguli ordines militiæ labores ſuſcipiant, & maiori conſtantia res publicas & priuatas facti ſenatores, adepti magiſtratus tueantur. Summa ſit, præcipuos honores & præmia militibus danda. plura homines in ſpe ponimus, quam in pecunia. belli pericula libenter ſubimus, ſi parta victoria credamus finē laboribus fore. Placet nihilominus inſtitutū Athenienſium militum, qui in bello perierant, vxores & liberos alentium de publico. In hunc vſum ſi ſacrorum redituū pars aliqua eſſet publice deſtinata, & opulentiſſima templa inſtar Prytanei cuiuſdā ſingula eſſent, ſalutaris ratio habeatur. Sit deniq; omnibus perſuaſum, qui fortem & diligentem operam reip. in bello nauarit, eum ciuem optimum, eum nobilem ingenuumq; fore. natalium vitium, maiorum infamiam, ſiqua erit, virtuti impedimento non fore, quominus ad ſummos honores, præcipuos magiſtratus euehatur. His artibus arbitror ſuperiores Principes in Hiſpania tenui quamuis ærario, modicis imperij regionibus ditionis fines late propagaſſe: neque conſtitiſſe prius, quam Maurorum gente oppreſſa penitus in Hiſpania, in alias prouincias victricia arma tranſtulere. Sic ingentes Maurorum, Afrorumque copiæ noſtrorum virtuti ſæpe ceſſerunt. nimirum ſpe familiam illuſtrandi, ingentia præmia conſequendi, leonum inſtar obſcuriſſimi quamuis homines, in confertos

tus hoſtes rapiebantur feroces & formidabiles: media penetrabant agmina ipſo periculorum contemptu & patriæ cariſſimæ amore vehementer incitati. Per eum modum exiguis vectigalibus videmus, res ampliſſimas mari terraque paratas fuiſſe. Nimirum Principes non tam ſua pecunia, quàm militibus voluntarijs bella gerebant: reguli pro opibus & cenſu, certo equitum numero proſequente exemplo Regum prodibant in aciem: vrbium conuentus valida peditum auxilia ſubminiſtrabant ſuo ſumptu. Quod inſtitutum ſaluberrime à veteribus excogitatum, cur noſtra & parentum ætate fuerit immutatum non video: niſi forte Principes ciuium voluntati diffidunt, quæ magna pernicies eſſet: ſua pecunia volunt bella adminiſtrare, quod vix fieri poſſit, præſertim miniſtris omnibus rapaces manus in regia vectigalia inijcientibus, quanta cum iniuria & periculo reipub. dicere non attinet. Minori impenſa maiori commodo arma prouincialibus dentur quàm externis. Eæ ſunt vires tutiſſimæ quæ propriæ. Hac via Alexander Macedo prius, deinde Romani innumeris gentibus imperij iugum impoſuere. Namque per diffidentiam prouincia inermi atq; imbelli, ære aliunde exercitum quærere, id eſt, tyrannũ agere non legitimũ Regem. Omnino cum hac via nõ ſuccedat, ad maiorũ calculos reuocandas noſtras rationes fore arbitrabar: curandumq; vt proceribus & populo vigor animorũ reuocetur, armorum vſu conceſſo: vt opes nobilitatis atq; ciuitatum, præceſſis voluptatibus ad meliores vſus conuertantur, milites nõ tantum belli, ſed etiã pacis tempore alant. Quod ſi factũ erit: ipſorum dignitatis ꝓ pugnatores, publicæ

ſalutis

ſalutis defenſores præclari & multi exiſtét in omne tempus parati. Martiaq; virtutum indoles temporum magis quam hominum culpa ferme extincta, in noſtræ gentis pectoribus excitabitur: fietque vt terrori nomen noſtræ gentis ſit, vti erat ſuperioribus annis, finitimis, longinquis: audaciaq; hoſtiũ compreſſa opes, dignitatem, imperium ampliſſime propagabimus. Quod vtinam aliquando cœlo detur: vt Principes noſtri meliora conſilia ſequãtur, pares imperio vires, maiorq; felicitas contingat numine cœleſti noſtros errores & pericula miſerato.

Capvt VI.

Princeps bellum ipſe per ſe gerat.

Sed & ijs quæ à me dicta ſunt plura fortaſſis, quàm quæ noſtris hominibus probari poſſint, gemina ad extremum præcepta adijcienda cogitabam à vulgi ſenſu abhorrentia vel maxime, neque noſtris moribus conſentanea, ſaluberrima tamen tum publicè tum priuatim: quibus ab omni memoria conſiderabam conſeruatis, rempubl. bonis omnibus amplificatam, neglectis euerſam penitus atq; labefactatam. Cenſeo ergo Principem ingruente bello debere ipſum arma induere, hoſti prodire obuiam. Cenſeo militares copias non ex hominibus externis, ſed ex ciuibus & ſubditis conſtare debere. Contingat quidem in vtramque partem peccare niſi cautio adhibeatur. nam neq; Principem in caſtris tempus omne conſumere fas eſt, neq; conuenit periculis obijcere, cuius ꝓuidentia omnes

[illegible] ipub. partes continentur, cuius inco-
[illegible] omnium ſtat. neque negaueris, quî
[illegible] ſæpe externos milites fuiſſe cum ſu-
[illegible] ſigna vocatos. quod multis exemplis tum
[illegible] tum recentibus confirmare licet. Et eſt
prudentis Principis, qua re quæq; natio præſtat, ſi-
ue equitatu valeat, ſiue pugna ſtataria excellat, aut
peritia ſagittandi, ea vti ad prouinciæ ſibi creditæ
incolumitatem procurandam, ſuperandos aduer-
ſarios. Sed ſi modus ſit, magnæ exiſtent commo-
ditates, ſicut econtrario certa peſtis. Regem enim
imbellem, arma auerſantem, viri militares conte-
mnunt primum, deinde ciues alij. contemptũ per-
nicies ſequitur: cum maieſtas opinione magis ho-
minum & reuerentia, q̃ viribus & potentia nitatur.
Contra Principem ad bellum euntem, in caſtris
verſantem ſubditi & milites quaſi numen venerã-
tur, maiorem conditione mortali heroem. pro eius
ſalute omnes ordines ad omnia templa placandis
ſuperis vota ſuſcipiunt. eius exemplo atque impe-
rio ſummi, medij, infimi ad arma inflammantur:
nefasque putant domi reſiſtere, delitijs incubare,
quorum Princeps in acie & in puluere atque in pe-
riculo pro communi ſalute, atque imperij dignita-
te verſatur. In Principis oculis milites pro ſe quiſq;
gratia quamuis pericula adeunt. labori aut ſangui-
ni pro patria & pro tali Principe parcere impium
arbitrantur. longum ſit ſingula commemorare.
Rationes certe & conſilia belli adminiſtrandi præ-
ſente Principe facile explicantur: abſente ſæpe poſt
res afferuntur, lapſa agendi opportunitate, quæ
momẽto temporis vertitur. Præſtat Syneſij eximij
Philoſophi verbis ad Arcadium Imperatorem hanc
noſtræ

noſtræ diſputationis partem copioſius explicate. *Sermo*, inquit, *progrediens Regem aula eductum, poſt amicos militibus tradit, & ipſis amicis: deſcendensque in campum virorum, armorum atque equorum inſpectorem conſtituit & iudicem. vt cum equite certet de equitandi peritia, de velocitate cum pedite, cum armatis induat arma, cum clypeatis aſſumat clypeum, cum expedito mittat iacula: communione cuiuſque operum ad ſocietatem quandam animatam quemque perducens. Ex quo illud exiſtit profecto, ne nugator videatur, cum palam viros militares commilitones dicit, re cum voce certe conſentiente. Moleſtum fortaſsis ſit, quod laborare præcipimus. mihi crede tamen, regium corpus labori minime cedere. eſt enim natura fixum, vt labori aſſuetus minimam ex eo ſentiat moleſtiam, præſertim multorum plauſu emolliente difficultatem. Regi enim ſiue corpus exercenti, ſiue verſanti in caſtris, armato atque inermi circumfuſa multitudo inſtar theatri eſt, cunctorum in eum oculis verſis. Quodcunque in conſpicuo facit, non plauſu celebratur, ſed & carmine omnium aures perſonanti. Accedit beneuolentia ex hac Regis conſuetudine & commercio, in animis militum potenter infixa, qua nullum eſt firmius præſidium. Quæ enim poteſtas valentior ea quæ beneuolentia fulcitur? quis autem etiam è priuatis ſecurior agit eo Rege, non quem metuunt ciues, ſed pro quo metuunt? Omnino natio hæc hominum minime malo ingenio, conſuetudine facile capitur. Eos Plato cuſtodes vocat, & canibus eſſe ſimiles ait. quod genus cognitione ducitur, cognitione amicum ab aduerſario diſcernit. quam ſit autem turpe Regem à militibus niſi ex pictura non cognoſci, explicare non eſt opus. Sed & ex eo commercio efficietur, vt vniuerſus exercitus quaſi vnum corpus ex ſuis aptum partibus euadat. Quin multa alia*

commo-

commoda exiſtent. Militaris exercitatio quoddam præludium belli & tyrocinium erit. ludicris ad vera certamina inſtruentur. Ac illud quanti erit, ex eo vſu Ducem de nomine compellandi facultas, Legatum, turmarum cohortiumque Præfectos, præterea teſſerarium militem. noſſe denique veteranos certe quoſdam, quibus pars aliqua adminiſtrationis bellicæ demandatur. Homerus quidem Deum quendam Achæorum in pugnam inducẽs ſceptri percuſſione facit iuuenum animos inflammare, vt maiori impetu pugnam inuaderent, pedibus & manibus dare motum ne poſſent quieſcere. Quid enim aliud eſt: Furunt inferius pedes, manus autem ſuperne: quam ſua ſponte in certamen proſiliunt. Accedit quod ea compellatione ſingulorum animos ad pugnam accendit quauis tuba potentius. Omnes Rege teſte, atque in eius oculis laborare amant. quod quam ſit in bello atque in pace vtile idem Poeta indicat, Agamemnonem inducens etiam gregarios milites nomine compellantem. ſed & fratri ſuadentem non ex nomine modo, ſed ex parentibus & maioribus ſingulos nominare, honore cunctos proſequi, neque efferri ſuperbia. Quod nihil eſt aliud quam commemorare, ſi quid boni geſſiſſe ſingulis, aut accidiſſe nouerit. Vides Homerum Regi præconis partes dare etiam erga quemuis è plebe hominem. Quis vero laudante Rege ſanguini parcat ſuo? Ad hæc ex frequenti vſu, militum vitam & mores perſpectos habebit, quid cuique curæ poſſit demandari. Rex bellorum eſt artifex, non minus quam calceorum ſutor. rideatur hic artis inſtrumenta ignorans, neque Rex militibus ſuæ poteſtatis adminiſtris recte, ſi ignotis, vtatur. Hactenus Syneſius. cuius iudicium eo maioris ponderis eſſe debet quod in ipſa tempora incidit, quibus Romanum imperium

in præceps toto impetu ibat, ac vero penitus corruit Principum ignauia potiſſimum, belli curam ducibus demandantium. verebantur videlicet ne ſi ſe commouerent, felices eſſe non poſſent. Fuit ea illorum temporum conditio. extincta copia voluptatum nouoq; cœlo Martia Romanorum indole, Principum exemplo corrupti populares accubantes in conuiuijs, gulæ & ventri ſeruientes à belli cogitatione abhorrebant maxime. idem contigiſſe Francorum Regibus video: regno deturbatis aditum Pipino & poſteris ad imperium patefactum, quoniam Regum ob ignauiam, rerum penes ipſos erat procuratio. Simili de cauſa Mauri Reges Cordubæ præcipitarũt, in otio deſidentes belli cura ad Alhagibos, hoc eſt, proreges imprudenter ablegata. Enimuero quorum vitia imitabantur, eundem cum Romanis exitum habuere. Vnde in nouum incommodum Romæ quidem præcipitatum eſt. Externi milites ad profliganda bella, quæ multis locis exiſtebant, & barbari euocabantur magnis propoſitis præmijs, maiori periculo, cum tot feroces gentes lingua, moribus, inſtitutis ac toto vitæ genere diſcrepantes, in prouincias imperij attraherentur. collidant neceſſe eſt, quorum vis & ratio diuerſa eſt. Quibus tumultuantibus, vti erat neceſſe, florentiſſimum imperium miſeris modis dilaceratum eſt, ipſumq; orbis caput Roma direpta, incenſa, vexata, ad ludibrium rerum humanarum inconſtantiæ. exemplum quo doceantur Principes, ſalutem & dignitatem haud prudenter genti efferæ & barbaræ committi. verum hanc etiã partem Syneſij verbis in ea diſputatione ad Arcadium de Regno licebit exequi quamuis copioſe. quæ ex
Græcis

Græcis ad hunc etiam modum Latina facimus. *Debet*, inquit, *Rex frequenter cum militibus agere, ſed ijs maxime, quos agri, & vrbes denique vniuerſa prouincia imperio ſubditæ propugnatores dant, legum & reipub. cuſtodes, ſub quibus educati inſtitutiq; ſunt. Hi enim ſunt quos canibus Plato aſſimilat. Nunquam cum canibus paſtor lupos conſtituat. alioqui canibus imbecillis aut ignauis, ipſos lupi, gregem paſtoremq; adeo ipſum inuadent. Ne legislator quidem arma det ijs, vnde nullum beneuolentiæ pignus exiſtat, non natis nimirum atque educatis ſub ipſius legibus. Temeritas ſit non audacia, tantum alienæ iuuentutis alibi educatæ ſine moribus viuentis non timere: neque conſiderare ex ea re Tantali ſaxum tenui filo impendere capiti. oblatam enim opportunitatem nocendi nunquam externi milites intermittent. Exiſtunt ſane huius iam mali quædam præludia: quædam reipublicæ partes, non ſecus ac corporis membra laborant. Coaleſcere quæ aliena ſunt cum natiuis non valent. quæ à republ. prudentes Imperatores, à corpore medici ſi vtraque ſalua velimus, excernenda præcipiunt. Iam vero quantum malum, nullum exercitum aduerſus hanc peſtem habere paratum: ac potius vacationem alijs paſſim dare, vnde pernicies certa exiſtat. cum eſſet conſentaneum Scythis profligandis ab aratro & ligone homines, ingenti delectu philoſophos ex ſcholis, opifices ex officinis, plebem e theatris ad ſigna, armaque vocare ſuadereque omnibus huic rei aliquando vacare quantum referat, priuſquam riſus mutetur lacrymis. nullus impediat pudor quominus robur oſtendant, virtutemque militarem propriam eſſe Romani generis & ſanguinis. Perinde enim in republica atque in domo propugnandi partes viris conueniunt, internarum rerum cura fœminis. qui ergo feramus viriles partes externis dari? quam turpe virilem*

maxime magiſtratum concedere alijs, militares hono-res? Ego quidem ſi ſæpe de noſtris hoſtibus victores ex-titerint, pudore ſuffundar. illud autem intelligo, quod quicunque ratione præditus confitebitur, niſi quod virile eſt cum fœminea parte conſentiat quodam ſocietatis ge-nere, eueniet profecto, vt leui momento ſe arma tenentes ciuium eſſe dominos arbitrentur: cogantur certe belli in-expertes cum exercitatis, ſi ſalui eſſe velint, in certamen deſcendere. Priuſquam ergo huc veniatur, Romano-rum animi aſſumendi nobis ſunt. aſſuefaciendique ſu-mus, victores per nos exiſtere nullo cum barbaris commer-cio. Primum ergo externi magiſtratibus honoribusque arceantur: quibus magno noſtro dedecore data ſunt, quæ apud nos honeſtiſſima erant. Nam Themidem quæ ſena-tui præeſt, & Bellonam bellorum præſidem velare faci-em arbitror, cum penula ſcortea cernunt chlamydatorum eſſe Ducem: togaque eundem ſumpta de ſumma rerum deliberare Conſuli proximum, procul ſedentibus qui-bus is honor debebatur. rurſus è curia egreſſum, repe-tentem pelles ſuas, togam Romanam inter ſuos ridere, quaſi ſtringendo ferro haud ſatis habile. Magni apud nos exercitus ſunt. ex eo genere neſcio quo fato in Romanum imperium infuſi Duces, magna auctoritate non apud ſuos tantum ſed inter nos. Quod malum ex noſtra ſo-cordia natum, ne augeatur, ſeruis noſtris, quoniam ex ea gente ſunt, ad eos confluentibus verendum. Occur-rendum periculo, caſtra purganda, non ſecus quam fru-menti lolio detracto aceruus. Neque id erit difficile, quando Romani Scythis conſilio & manu præſtant. He-rodotus, quod vſus docuit, Scythas timori obnoxios eſſe ait. adhæc ex eorum numero ſerui vbique viſuntur. nulla ſtabili ſede, ſed pulſi patrio ſolo ad nos noſtra ætate vene-runt, non animo bellandi ſed ſupplices. noſtræ ergo pro-

ſtratos

pratas humanitati parem gratiam retulerunt ſcilicet, obliti beneficij. Noxæ cum patri tuo meritas pœnas dediſſent, rurſus ad eius benignitatem ſupplices cum vxoribus receptum habuerunt: rurſus proſtratos erexit, arma dedit, ciuitate donauit, bonorum omnium participes fecit, parte etiam Romani agri data. Illi patris tui humanitatem, ad nos ridendi occaſionem vertunt. ijs finitimi equites & ſagittarij ſimili ſpe ad nos veniunt, quod alijs datum eſt minori virtute, negari ſibi non ferentes. At difficile eſt colluuiem iſtam pellere. Si me audies minuetur difficultas, ſi militum tuorum numerum auxeris ſi Romanorum virtutem excitaris, ſi magno animo in iſtam barbariem irrueris. Mox enim aut ad agros colendos ſe conuertent, aut qua venerunt, fugam capeſſent: nunciabuntque ijs, qui trans Iſtrum incolunt, non amplius ad Romanos facilem acceſſum patere Ducem habere iuuenem generoſum, virum fortem, qui innoxium etiam pellere poſſit. Hæc (quibuſdam præciſis breuitatis ſtudio) Syneſius ſcripſit ad Arcadium initio ſuſcepti imperij poſt patris magni Theodóſij obitum. quæ ſi conſiderata ſerio fuiſſent, tempeſtiuis remedijs reſpub. potuiſſet à caſu diutius ſuſtentari. Barbari enim cum aliquandiu quieuiſſent, reſumptis armis imperij prouincias vexarunt: neq; prius conſtiterunt quam Romana reſpub. penitus afflicta atque proſtrata eſſet, prouincijs ferme omnibus longe lateq; vaſtatis. Præterita mutari non poſſunt ea peſſima conditio eſt: ſed ex alieno malo & ignauia, ſi rebus bellicis adminiſtrandis ſaluberrima præcepta ſumantur, ſatis habeam. Non ea ſim mente, vt externos milites penitus repelli velim: qui ſciam noſtra ætate nullum exercitum ſatis validũ credi, niſi ex varijs gentibus conflatum. Hæc natio perita

iaculandi præſtat; illa equitandi, alia fortior cum res ad manus rediјt & gladios. Prudens Princeps qui vndiq; ſubſidia colligit, alitque æmulationem inter milites ex ipſa nationum varietate. Illud contendo, ita Principem externa ope vti debere, vt maiorem ſpem in ſuorum armis & beneuolentia reponat. *Alienæ calamitatis exempla multa & grauia pro documentis ſunto, ne ita externis credat auxilijs, vt non plus ſui roboris ſuarumque proprie virium in caſtris habeat.* quæ ſunt ipſa fere Liuij verba in re ſimili. Illud ſi addidero finem faciam: non ſine cauſa Iuſtitiæ diſtrictum gladium affingi manu, comites adiungi Martem atque Mineruam: ſed vt indicaretur Iuſtitiæ cuſtodem duabus rebus opus habere ſapientia atque armis. vtrumque ſi per ſe Princeps præſtiterit, commodius impoſito muneri me quidem arbitro ſatisfaciat. Omnibus bellis imperio late fuſo intereſſe non poſſit. Sed & ipſe arte ne multa ſimul moueantur curare debet, alijs ſedatis irruere in alios: ac interna potius quam externa, propinqua quam longinqua ipſe gerat, per duces alia.

Capvt VII.

De vectigalibus.

IMminutis belli ſumptibus, vt dictum eſt, prouinciales vectigalibus feſſos recreandi facultas erit. efficiendi certe ne ad vetera tributa noua quotidie addere ſit neceſſe, quod ſine dolore moleſtiaque graui non continget. Principis rationib. haudquaquã expedit, popularium voluntates alienatas

habere.

habere. Nulla in reipubl. parte procuranda tanta vis pecuniç inſumitur, ſiue iura danda ſint populis, magiſtratus conſtituendi mercede de publico conſtituta, ſiue pro cuiuſq; merito munera externis indigeniſq; danda, ne aulæ quidem ſumptu quamuis ampliſſimo, quantũ bellico apparatu: ſiue defendenda ſit patria, ſiue imperij fines proferendi, ingentes theſauros effundere opus eſt: ærarium quãuis copioſum exhaurire. Quod ſi proceres & ciuitates quaſi ſymbolis collatis equos, viros, arma ſuppeditare contingat, aliæq; rationes inſtituantur voluntarios milites ad ſigna bellumq; prouocandi, quantũ de regijs ſumptib. detrahatur, res ipſa indicat. Porro moleſtius contingit quamuis exiguam pecuniam in ærariũ tributi nomine conferre, quam multiplicẽ in bello caſtriſq; ſua quemq; manu, ſuoque arbitrio expendere. referri in ærarios ſublatis immunitatibus grauiſſimum accidit. Eò ergo Principis curæ referantur, vt ſuperuacaneis ſumptibus detractis, modus vectigalibus ſit. Et ꝙ frugales homines præcipere ſolent, procuranda re familiari cogitare diligenter, vt expenſæ publicæ ſi non minores, certe regio cenſu maiores non ſint: vnde cogatur verſurã facere, auctoq; indies fœnore opes imperij effundere. Vendere etiam pretio annua vectigalia, copioſiſq; hominibus addicere noxiũ eſt, atq; omni ratione vitandũ. placetq; Principi præſcribere, ipſe certe ſecũ ſtatuat, ꝙ Ariſtoteles memorat olim in multis ciuitatibus lege fuiſſe cautũ, nemini licere, primariã hæreditatẽ pecunia vendere. Lex etiã frequenti fama celebratur Oxei, vt creditur. *Fœnori pecuniam dari fundo aut fundi parte oppigneratа nemini liceto.* Enimuero regius cenſus trifariam

riam diuiſus eſt. aut enim ex prædijs gentilitijs pecunia aut fructuum parte locatis reditus percipiuntur. Ex ijs regia familia, vniuerſæ aulæ apparatus debet ſuſtentari. Deinde vectigalia ordinaria quacunque ratione atque ex quibuſcunque rebus ſuppeditentur, ad rempubl. in pace regendam deſtinata ſint. inde annuæ mercedes publicis miniſtris pendantur, vrbes muniantur, ædificentur arces, viæ publicæ ſternantur, reficiantur pontes, alantur milites præſidiarij. Præter hæc certis temporibus pecuniæ extraordinariæ populis imperantur. earum pecuniarum ſubſidio bellum ſi ingruit defendatur, ſiue etiam vltro alienis finibus inferatur. Ergo magna & prima cura eſſe debet, vti paulo antè dictũ eſt, vt ſumptus ſinguli facultati & copiæ ſint exæquati, ratio vectigalium & erogandi neceſſitas inter ſe congruant, ne ſi modum excedant, reſpublica maioribus malis implicetur. Si maiores multo vectigalibus regij ſumptus diu erunt, haud dubia peſtis conſequetur. noua indies tributa imperandi neceſſitate, obſurdeſcent aures prouincialium, exacerbabuntur animi. Multum contulerit regia vectigalia vndecumque exiſtant, diligenter curari, ne à varijs hominibus & prauis, qui omnes pecuniæ vias norunt, omneſque fraudes pecuniæ cauſa ſuſcipiunt, minuantur: ſiue publicani ij ſint, ſiue quibus cura regiorum vectigalium credita eſt, qua peſte vix vlla magis terra excogitari poteſt. Quam graue reipubl. bonis inuidioſum, pleroſque ad eam procurationem accedere exſuccos, ſine cenſu eoſdẽ intra paucos annos copioſos & beatos euadere: à quibus ꝑfectò exigendũ eſſet, vt rationẽ opum quæſitarũ exactam ponerent. Auferrentur
quarum

quarũ certas origines nominare non poſſent. Multo aliter Romæus externus quãuis homo in Raymundi Prouinciæ Comitis gratiã acceptus, cũ honeſtis rationibus vectigalia triplo maiora, q̃ erant antea, reddidiſſet, criminibus tandẽ appetitus, atq; ad rationes reuocatus, cum baculo & pera, cũ quibus Cõpoſtella venerat ea iniuria offenſus receſſit: neq; vnq̃ vnde venerat, aut quo diſceſſerit cognoſci potuit: Paucos ꝓfectò ſi noſtro tempore Romæos haberemus, haud quaq̃ tanta inopia ærarij premeremur. Prouideat ꝑterea Princeps, ne otioſi homines inania officiorũ nomina metatorũ, hiſtoricorũ, regiorum ſacerdotũ, annuis ſalarijs remp. ludibrio prædęq; habeant, nullò ꝑterea ꝓuentu. ac pręſertim cogitandũ ne ꝓceres auidas manus in publicas opes inijciant, de publico rapaces vnde priuatim effundant. Id ſecutus Henricus eo nomine tertius Caſtellæ Rex, cui excelſus animus fuit, maior ætate prudentia, vectigalia à proceribus occupata, memorabili exemplo liberauit. Burgis, quæ vrbs in veteri Caſtella eſt, minor annis morabatur, ſeque aucupio coturnicum oblectare ſolitus erat. Accidit vt ad multam diem aliquando in aulam rediret feſſus mora, feſſus labore. nihil obſonij paratum erat. appellatus de ea re regius obſonator renunciauit, non tantum pecuniam regiam, ſed fidẽ etiam conſumptã. Rex in præſenti dolore diſſimulato, oppignerato pallio arietinas carnes emi iubet: ex ijs & captis coturnicibus prandiũ omnino parari. Audit inter prandendum meliori conditione ꝓceres agere. quotidie inter ſe lautiſſima conuiuia frequentare omni alia cura ſolutos, certare luxu & ſplendore menſarum. Forte ea nocte apud Toletanum Archiepiſcopum Petrum Tenorium

cœnabatur. adeſt inuoluto capite Rex. omnia videt lætitia & delicijs redundare. peracta cœna pro ſe quemque narrare, quantum redituum ex paternis oppidis, quantum ex regijs vectigalibus quotannis perciperet. Poſtera die Rex vindictæ auidus & certus fingit graui ſe morbo implicitum teneri, ſuprema mandata velle dare. ea denunciatione proceres feſtini & pauidi, diuerſi in arcem conueniunt. ij excluſis famulis, vt erat iuſſum, admittuntur, conſiſtuntque ad multam in cœnatione diem, moræ cauſam mirantes. Rex tandem ad proceres ferro tectus, diſtricto enſe ingreditur. Cum pauefactis eo aſpectu omnibus aſſediſſet, irato ſimilis toruo aſpectu rogat ex proceribus, quot ſinguli Reges in prouincia vidiſſent. quibuſdam duos, alijs tres aut quatuor, vt cuiuſq; erat ætas, reſpondentibus, *Ecqui*, inquit, *verum eſt quod dicitis, cum ego hac ætate viginti nihilominus in Caſtella Reges nouerim?* mirantibus dicti cauſam, atque ſuſpenſis animis quorſum res euaſura eſſet, expectantibus, *Vos*, inquit, *omnes, vos*, inquam, *Reges eſtis. regni arcibus & copijs occupatis mihi inane nomen, ſordes & egeſtatem reliquiſtis. an idonea cauſa videatur cur nos ludibrio habeatis? Sed ne amplius faciatis veſtris omnium capitibus ſanciam.* Simul quæ ad ſupplicium poſtulabat, parari afferriq; iubet. contenta voce lictores euocat, militesque ſexcentos, quos arcano paratos habebat. Alijs attonitis metu, Toletanus Archiepiſcopus, vt erat magno animo, in genua procumbens lacrymis toto ore manantib᷒ veniã precatur: idem eius exemplo cæteri faciũt. Mortis metu perfuſis & ſupplicibus veniam dat: neq; ax arce tamen ante vnum & alterũ menſem dimitti placuit. Quo

[...]tio arces & vectigalia Regi tradere compulſi [...]nt. Magnum Regem, præclarum facinus. quo a[...]ctionum tenore regni theſauros quidem ingentes, [...] innoxios & ſine prouincialium moleſtia reprehenſioneque filio reliquit. exemplum quod imitentur poſteri, ad procerum auiditatem audaciamque frænandam. Sed & alia excogitari ratio poteſt, ad ſubleuandum inopiam prouincialium. merces quibus ad vitam ſuſtentandam populus opus habet, vinum frumentum, carnes, veſtis lanea lineaque, ſi præſertim nimia elegantia abſit, modico vectigali impoſito vendantur. quod ex ijs rebus detractum fuerit, ex curioſis mercibus ſuppleatur, aromatis quibus Hiſpania carere potuiſſet, ſacharo, bombyce, vino generoſo, auium ferarumque carnibus, multiſq; alijs mercibus, ſine quibus humana vita traducitur: & quæ potius ad emolliēda corpora, debilitandos animos magnam vim habent. Sic enim & inopibus conſuletur, quorum eſt magnus numerus, & luxui hominum potentium modus erit, ne facile opes effundant, ventri gulæque ſeruientes. quod ſi ſanari noluerint, ex eorum amentia fructum aliquem ad remp. redire æquum erit. Simul continget, vt neque inopes penitus exhauriantur, vnde noui & graues motus exiſtant: neque diuites, qui rebus fere curioſis aucto præſertim earum pretio ſoli vtentur, nimium creſcant opibus & potentia. Vtrumque enim noxium eſt, vti magni Philoſophi affirmatum reliquerunt, & res ipſa indicat. Quod inſtitutum inter Romanos Imperatores Alexander Seuerus ſanctiſſimus iuuenis, ſi noſtra ſacra ſuſcepiſſet, ſecutus immortalem laudem habeat neceſſe eſt. Atque eam rationem

præſertim in ſcrutis ſeruari volo, quæ ex alijs prouincijs venient. magno impoſito vectigali vendantur. Sic pecuniæ minus deferetur ad exteros: multi earum rerum artifices ſpe quæſtus in Hiſpaniā confluent, quo ciuium multitudo augeatur: qua re nihil eſt commodius ad augendas opes tum Principis tum prouinciæ. Poſtremo aulæ ſumptibus, muneribus dandis, effuſus Princeps eſſe non debet, ne fontem ipſum liberalitatis exhauriat publicum ærarium. Debet quidem omnia ad ſplendorem imperij referre, neq; infamiam ſubire tenacis aut parci: ſed ſi iudicium & diligentiam adhibuerit, neque immeritis largitus fuerit: maieſtati & famæ conſulet, neq; regios theſauros temere effundet. Atq; illud ſit perſuaſum, non conuenire Hiſpaniam magnis vectigalibus grauari. Primum quoniam magnam eius partē ſqualida ſiccitate loca, rupes horridæ & ſaxa tenent, præſertim qua parte ad Septentrionem vergitur: nam Auſtralia benigniora ſunt. Sæpe propter aeris ſiccitatem pluuiarum inopia in æſtate, annonæ penuria laboramus, vt prouētus labori & ſumptibus non reſpondeat. graue ſit nouis tributis & magnis temporis calamitatem augere. Deinde ab aratoribus in Hiſpania & paſtoribus, alijſque omnibus agricolis decumæ fructuum omnium integra fide templis perſoluuntur. quod ſi tantundem prædiorum dominis, certe qui agros proprios non habent, pendere cogantur, quantulum miſeris reliquum erit vnde ipſi viuant, & quod in ærarium conferatur. cum potius eos ſubleuare, ex quorum labore & induſtria vniuerſa prouincia ſuſtentatur, æquum profecto videatur. Poſtremo graue eſt immunitatem maioribus datam, & aſper-

aſperrimis reipublicæ temporibus retentam atque illibatam, quo tempore Reges noſtri continuis bellis impliciti modica vectigalia habebant: noſtro tempore à potentiſſimis Regibus, quorum imperium terra quidem latiſſime patet, mari autem ipſis orbis finibus deſcriptum eſt, eam libertatem imminui maiorum meritis datam: qui ſuis armis & virtute hoſtibus profligandis, imperio conſtituendo multum contulerunt. Moleſtum ſit eorum poſteros nouis indies tributis grauare, eoque adigere, vt familiam ſeque ſuſtinendo non ſint. Erant ergo qui Principib. noſtris exemplo Italię atq; Galliæ perſuadet, maiora vt tributa Hiſpanis imponant, beatiſſimæ, vt prædicant, prouinciæ, omnibus bonis & felicitate affluenti, vaniloqui videlicet, aſſentatores, fallaces, quorum eſt magnus numerus, certa peſtis, quia blanda. nihil enim gratius Principibus contingit rei numariæ difficultate impeditis, implicitis bello aut magnarum rerum procuratione, quam ſi quis nouam ſe viam colligendæ pecuniæ excogitaſſe afferat. Nihil prouinciæ grauius, quam nouas artes quotidie excogitare, miſeros emungendi atque extenuandi prouinciales. Ac ne illi quidem ſatis conſiderant, in quæ mala fuerit præcipitatum in Gallia, præſertim ex quo tempore immenſum regia vectigalia creuerunt, nulloque conſenſu ciuium aucta à Regibus pro poteſtate proque arbitratu ſuo.

CAPVT

CAPVT VIII.

De moneta.

QVidam ad ſupplendam inopiam p
quo malo nunquam nō laboratur, p
late fuſo imperio, multiſq; ex eo difficulta
modum fore ſtatuunt acuti homines & c
monetæ de pondere aliquid, aut de bon
trahatur metallo adulterato, priſtino valo
to. Quantum enim de pecuniæ bonitate &
re detrahetur, tantundem Principi cedit: q
rere amplius ſine prouincialium iniuria &
Mirabilē plane artem nō occultam, ſed ſal
qua incredibilis auri & argenti vis in æra
blicum redigitur nullo nouo onere ſubdit
ſito. Equidem vaniſſimos homines ſempe
re conſueui, qui occulta quadam ratione
tare metalla pollicentur ex ære argentum
gento aurum facere quibuſdam medicam
culatoribus circumforaneis ſimiles. Nunc
præſtari video metalla nullo labore gem
nullis fornacibus victa lege tantum Princi
ſacro contactu & vi quigam altiori mult
Et communi cumulo ſubditos quantum a
bebant integra fide recipere: quod reliquum
vſus Principis cedere publicam vtilitatem
erit tam præpoſtero ingenio aut ſi mauis,
ſpicaci, qui hanc reip felicitatem inuideat? p
tim cum non afferantur noua, ſed viam ingre
mur multorum veſtigijs calcatam, qua inſiſtentes
magni ab omni memoria Principes è ſupremis an-
guſtijs emerſerunt. An negare quis poterit Roma-
nos vrgente bello Punico aſſes, qui ante librales e-

rant,

tam, ad duas vncias redegiſſe prius, deinde ad vnciam atque ſemunciam æris: qua arte ære alieno liberatam rempublicã. Denarijs, qui ex argento puro videbatur, Druſum tribunum plebis æs miſcuiſſe. ſcitum eſt illud Plauti vt vetuſtum, nouas comœdias & prauas nouæ monetæ ſimiles perhibentis. Quid gentem Hebraicam commemorem ſuperſtitioſum genus hominum abhorrens à cæteris? ſed apud quam tamen ſuſceptum video ſiclum ſanctuarij maiorem populari ſiclo fuiſſe duplo, nõ alia quidem ratione, quam quod poſteriori tempore ad populum de monetæ pondere iuſto & antiquo dimidium plane fuerit detractum ſeu ſemel vnoque impetu, ſeu ſenſim repetita ſæpius fraude quod magis arbitror. De cæteris gentibus laborare non eſt opus: cum conſtet memoriam ſuperioris temporis explicanti ſæpe à magnis Regibus pecuniam detractione frequenti peiorem factam. An alia ratione credis ſolidos, qui aurei primum erant, deinde factos argenteos, ac tandem in æreos deſiiſſe magna ex parte, niſi propter licẽtiam ſuſceptam metalla aliena mixtura adulterãdi? Quid de noſtro maravedino dicam aureo olim, argenteo non ita pridem, nunc æreo penitus? Quis vero tanta confidentia ſit, qui morem omni tempore & inter omnes gentes vſurpatum vituperare audeat? An maiorum inſtitutis reprehendẽdis quærimus laudem, inanem populi captamus auram? Equidem non negabo (qui enim poſſim?) à maioribus ſæpe monetam adulteratam, poſſeque aliquando eas anguſtias incidere, in quibus ſit neceſſario ad id remedium recurrendum. Illud contendo primum non omnia quæ à maiorib. facta ſunt, carere vitio. Deinde

inde in eximiæ &paratæ vtilitatis ſpecie latere ſi-
dem, mera ludibria eſſe, maiora incommoda
blice priuatimq; ex eo commento exiſtere: vi
quam vt eo deſcendendum,ſi res ſaluas volu
Ac primum illud conſtituo Principis in iure no
ſe bona ſubditorum ſiue mouētia ſiue fundi,
arbitratu ea poſſit aut ſibi ſumere aut transfer
alios temere. Vaniloqui & aſſentatores ſunt,qu
in aulis Principum multi viuunt, qui ſecus di
tant. Sed ex quo tamen illud efficitur, eum n
poſſe ſine conſenſu populi noua genti tributa
petare. Exigat enim precario non emungat ſub
tos, neq; aliquid pro voluntate quotidie decerp
vnde ex copioſis & beatis paulo ante ad inop
redigantur. Id enim eſſet tyrannum agere, qu
cupiditatibus omnia metitur, cuncta ſibi arrog
non Regem, qui à volentibus acceptam poteſ
lege & ratione temperat, neque immenſum ex
dit. Verum rem perſpicuam, & alio loco copio
diſputatam pluribus exequi nolo. Addam mo
ex his duobus illud effici Regem pro ſuo arbit
populo inconſulto monetam adulterare non p
ſe. Id.n.genus tributi eſt, quo de ſubditorum b
aliquid detrahitur. Aurum argento pari pond
mutare, argentum ferro quis concedat. Quid
pro aurea moneta argenteam, maiori ex parte
argentea ęream? quod fit, quoties adulteratur pe
nia Licebit quidem Regi monetę formam mu
quando inter ea quę iure regio continētur leg
peratoria, moneta numeratur, valore tamen in
pecuniæ bonitatem & leges priores ſancito. Et qu
dē monetę valor duplex eſt, naturalis alter ſum
ex metalli qualitate & pondere, qui & intrinſec
dici

dici poteſt: Legalis & extrinſecus alter, quem Princeps lege definit ſicut & mercium aliarum pretia, vt non vendantur maioris quam quod lex profectò ſanxit. Stultus qui hos valores ita ſeiunxerit, vt poſterior non inhæreat legalis naturali: iniquus qui quod vulgo inter homines quinq; æſtimatur, decem omnino vendi mandet: neque vt ita fiat, vlla diligentia aſſequatur aut ſeueritate. Homines enim communi æſtimatione ducuntur, quæ ex rerũ qualitate, & inopia naſcitur copia, fruſtra Princeps contendat hæc commercij fũdamenta conuellere, quæ immota melius ſtarent exorbitare à communi conſenſu & quaſi vim afferre animis. Quod in alijs mercibus contingit, idem ad pecuniam extendatur: debere Principem valore lege taxando, metalli legitimum pretium & pondus conſiderare, neque vltra niti, præterquam quod pro cudendi labore parum aliquid addi ad metalli valorem poteſt. Neque enim in ea ſumus ſententia, quæ tamen magnos auctores habet iureconſultos præclaros; ſuo ſumptu debere Principem monetam percutere: neque propterea ad verum metalli valorem aliquid addere. Alioqui niſi aberrare volumus & naturæ leges inuertere, valor legalis non diſcrepet à naturali & intrinſeco: quæ turpiſſima nundinatio eſſet, atque eo fœdior, ſi quod de bonitate metalli de pondere pecuniæ detrahitur, Princeps in ſuum comodũ vertat. An liceret in horrea ciuium irrumpere, partem ſibi ſumere, compenſare damnũ facultate conceſſa vendendi, ꝙ relinquitur, quanti integrum aceruum antequam pars eſſet detracta? Quis non apertum latrocinium clamaret, turpiſſimum peculatum? Idem licet in apothecis, fundis & reliqua

reliqua ſupellectile exequi quamuis copioſe: ſed genus ipſum videtis. Primis quidem temporibus nullo pecuniæ vſu res inuicem permutabant pro oue capram, bouem pro frumento. Intellexerunt deinde commodum fore, ſi merces & annonam cum metallis mutarent auro, argento, ære. Poſtremo ne metalla ſemper appendere in mutuos vſus & commercia foret neceſſe, quod eſſet ſane moleſtum, vt publica auctoritate diuiderentur in partes, eæque pro cuiuſque pondere ſignarentur, viſum eſt. is vero legitimus & naturalis pecuniæ vſus eſt, quod Ariſtoteles in primo Politico tradit, reliquæ artes quæſtuariæ ad emungendum populum comparatæ & inuentæ ſunt ab ijs hominibus, quos nihil minus ſolicitat quam honeſtatis, & æquitatis cura. Quod ſi Princeps in alias merces non irruit, non ſibi arrogat, de moneta ſæpe partem decerpit, non eo contingit, quod minus crimen in eo ſit, neque minor ſit naturæ legum peruerſio & labes. Sed occultæ artes, fucatæ rationes pleroſq; fallunt, minus vt ea peſtis ſentiatur. Quid enim mali eſſe aiũt, ſi Princeps pecuniæ dimidium aut quadrantem ſibi ſumat, quod priuatis relinquitur expendatur non minoris quam integra ſumma ante? Veſtem, annonam emis quam ante prorſus. quid igitur damni? neque enim pecunia alio refertur quam ad res neceſſarias comparandas, ſic facile deluditur populus, vt monetam adulterari toleret. Deinde Princeps maiorem in monetam poteſtatem habet quã in alias merces. officinæ monetariæ tribuni monetales earum operæ & miniſtri in eius penitus iure & mancipio. Sic miſcere metalla nullo prohibente poteſt, pro veteri nouam monetam intrudere,

nouo

nouo percuſſam ſigno, honeſtatis nihil amplius quam ſi aperta vi ciuium alia bona ad ſe auerteret. Reges fortaſſis quid faciendum cum ſuperbus hoſtis bello laceſſit, adde victoria parta ferox, viribus & copijs validus neque pecunia ſuppetit, vnde conſcribatur miles ſtipendium ſoluatur. An ceſſandum, putabis potius atque omnia perferenda mala, ne contingatur moneta? Ego quidem omnia remedia tentāda prius cogitem, quam ad hoc extremum veniatur, vt pecunia adulteretur. Verum ſi ſupremā anguſtia premit & publica ſalus venit in periculum, neque ciues, quorum res agitur, in conuentum cogi poſſunt; quemadmodum Princeps alia ſubditorum bona poteſt in publicos vſus vertere, vt patriæ extreme laboranti ſuccurrat, ita poterit metalla miſcere de pondere decerpere partem, cum eo tamen, vt licentia adulterandi cum bello finiatur, neque labes ſit perpetua, deinde praua moneta, quam inuexit neceſſitas, tranſacta continuo antiquetur, pro illa bona fide poſſeſſoribus legitima & vetus reponatur. Aſſidebat Fridericus Auguſtus eo nomine ſecundus Fauentiæ in Flaminia duriſſima hyeme. Deerat in ſtipendium pecunia; & milites paſſim dilabebantur, ſignaque infrequentia relinquebantur ſoluere obſidionem turpe erat & graue, perſeuerare difficile. Pecuniam è corio ſignauit aurei nummi valore, qua arte ex ijs anguſtijs euaſit. Vrbe ſubdita victor, quod erat pollicitus coriaceos nummos aureis totidem mutauit. Auctor Collenutius Neapolitanæ hiſtoriæ libro quarto. Exemplum in ſimili rerum anguſtia vſurpatum ſuperiori quidem & recenti memoria, monetaque è corio ſæpius aliquando etiam è pa-

pyro ſignata ſine noxa & reprehenſione eſt. Si vero extra eas anguſtias vt ſuppleat modo ærarij inopiam, quod ſemper malum plus minus viget, Princeps ſui arbitrij eſſe putet pecuniam adulterare, certam perniciem denuntio grauiſſima mala, neque tamen diuturna reſpiratio erit, vti ſequentia declarant. Ac primum mercium omnium & annonæ caritas conſequetur haud dubium non minor quam quantum fuerit detractum de pecuniæ bonitate. neque enim pluris pecuniam homines faciunt quam pro metalli qualitate & modo, non ſi ſeueris legibus contra caueatur. Tunc vero populus ſe vana ſpecie deluſum gemet, ſentietque nouam pecuniam pro veteri ſubſtitutam, non tantum valere quantum priorem, quando ad alendam familiam multo maiori copia quam ante opus habebit. An ſomnia afferimus, & non potius noſtrorum annalium fide perſpicua? Alfonſus Caſtellæ Rex cognomento ſapiens, cum primum regni inſulas & ſceptra capeſſijt, pro Pepionibus, quæ moneta in vſu erat, Burgaleſes ſubſtituit non probam pecuniam. Subſecutam ex eo continuo rerum caritatē vt leuaret, noua lege merces taxauit. Recrudiut remedio malum cum nemo eo pretio vendere vellet. Sic taxatio ſub ipſa principia ſublata eſt: caritatis malum diu viguit: quam præcipuam cauſam inuenio gentis alienatæ, atque Sanctij & filij in eius locum eo viuente ſubſtituti monetæ labem. nam vt erat capitoſus ſeptimo regni anno Burgaleſibus abrogatis monetam inuexit, nigram à vilitate metalli dictam. Alfonſus vndecimus haudquaquam proaui exemplo calamitatis caſtigatus nouā & ipſe monetam ſignauit ex metallo non probo,

quam

quam Noüenes & Coronatos dixere. Ex ea mutatione ne annona creſceret & res aliæ, prudenter ſane cauit, ne argenti marcus ſeu bes maioris quam ante eſſet marauedinis, nempe centum viginti quinque. Irritus tamen is conatus fuit inanis cautio, caritas nihilominus conſecuta eſt, argentiq; valor excreuit. Alfonſi huius filius Henricus Secundus Petro Rege fratre ſuo occiſo regni compos factus, vt militibus externis ſtipendia prouincialibus promiſſa exolueret, quibus ſalutem & ſceptra debebat, in magna rei numariç difficultate theſauris publicis & priuatis conſumptis ad id remedium recurrit. Duo monetæ genera percuſſit Regales & cruciatos, maioris haud dubium valoris quam pro metalli modo. Vidimus Petri Regis & Henrici fratris Regales, Petri quidem ex argento probo, ac quali cuditur noſtra ætate in Caſtella, Henrici autem ſubnigros, quippe multo ære admixto, conſecutam ex eo caritatem rerum cum prouincialium gemitu vt leuaret, compulſus eſt noua cenſura de vtroque monetæ genere duas tertias valoris detrahere. Sic in contrarium ſæpe cadunt, quæ callide excogitata in ſalutem videbantur. Improuidas hominum mentes & cæcas. Tantundem Henrici filio Ioanni Regi contigiſſe, ex eius legibus perſpicuũ eſt. Bellis enim exhauſtus quç cum Luſitanis prius, deinde cum Anglis etiam con inenter geſſit, vt pecuniam expediret Leceſtrio Duci riuali debitam ex fœdere cum eo recens inito, monetã percuſſit Candidã dixit. Creuit mox annona: ꝙ malũ vt leuaret, nouç pecuniç valorẽ ferme ad ſemiſſem mox redegit: neq; remiſit tamẽ caritas, vti ipſemet faſſus eſt in con-

conuētu Burgenſi anno prorſus M. ccc.Lxxx. VIII. Quid conſequētes Reges commemorem? eandem inuenio labem ex vitiato fonte extitiſſe. Atque hactenus de caritate rerum. Ex ea vero nouum incommodum manat. Commercium quo maiori ex parte publicæ & priuatæ opes conſiſtunt, moneta deprauata impeditur. Inſtitores & emptores terret profecto pecuniæ prauitas, terret conſecuta ex eo malo caritas rerum. Quod ſi Princeps, vt fieri amat, pretia rerum taxet lege, pro remedio multo magis malum exaſperabitur, nullo qui eo pretio velit vendere, nempe iniquo, neque cum æſtimatione communi exæquato. Sublato commercio nullum erit genus mali quod in eam gentem non incurrat. Certe prouinciales extenuari neceſſum erit, idque dupliciter. Primum enim quæſtus ceſſabit emptionibus & venditionibus infrequentibus, vnde magna populi pars viuit, artifices maxime & quorum victus ſpes in manibus eſt & labore quotidiano, quæ maxima multitudo eſt. Deinde Princeps cogetur mali cauſam prauam pecuniam aut penitus abrogare, aut reddere viliorem valore priori imminuto. *Sic factum* Henrico Secundo Caſtellæ Rege ex noua ſua pecunia duas valoris tertias detraxit nihilominus. Quorum in manibus ea pecunia erat, repente inuenerunt trecentos verbi gratia, aureos ad centum non amplius redactos. Ludos narrare videmur. Sed mittantur vetera. Henricus eo nomine octauus Angliæ Rex ex quo ab eccleſia receſſit, in multa mala præcipitauit. In eo numero argenteam pecuniam deprauauit. nam quæ vndecimam æris partem admixtam habuit, eo ſenſim redacta eſt, vt ſextam argenti

genti modo partem retineret. Veterem pecuniam à prouincialibus corraſit nouo edito, noua & praua pari numero & pondere mutatam. Siluit populus tantiſper hominis ſæuitiam veriti, cui ludus eſſet ciuium ſanguis. Eo tamen extincto ab Eduardo filio eſt impetratum vt valor eius monetæ ad ſemiſſem decreſceret. Iſabella etiam rerum potita Eduardi ſoror ſemiſſem iterum reliqui valoris detraxit. ſic factum vt qui quadringentos aureos in ea pecunia obtinebat dodrante detracto ad centum redigeretur. Neque in eo reſtitit malum, pecunia ea prorſus antiquata eſt nullo qui damnum reponeret, infame latrocinium. Sic Sanderus affirmat ſub finem libri primi de ſchiſmate Anglicano, vir doctus mihi quondam familiaris. Sublato commercio atque ex eo prouincialibus extenuatis regiorum vectigalium miſerabilis exiſtet calamitas. Sic Princeps tantiſper lucro ex ea pecunia lætatus pœnas princeps exoluet. Neque enim Regi bene eſſe poteſt regno quaſi corpore laborante: neque extenuari prouinciales tributa ſoluendo erunt: ac ne publicani conducent tributa regia quanti erant ſoliti. Alfonſo vndecimo Caſtellæ Rege minore inuenio regni procuratores ad rationes compulſos: deprehenſumque regia vectigalia omnia ad ſedecim centena millia marauedinos pertingere annua. Erant quidem marauedini illi maiores quam noſtri ac fere ſinguli quantum ſeptemdecim noſtri: exigua tamen prorſus ſumma atq; deridicula. Qui res geſtas eius Regis ſcripſit tantæ calamitatis è duabus cauſis, alteram exponit monetæ deprauationem à ſuperioribus

Regibus pluribus factam. Quippe ſubditi ſublato commercio ad inopiam redacti in fiſcum inferre non poterant quæ ſoliti rebus integris erant. Magna hæc incommoda quis non videat? quis non fateatur? mauis tamen omnibus eſt odium populare quo Princeps neceſſario opprimetur. Diligi quam timeri præſtantius eſt. Omnia peccata publica vulgo imputantur capiti. Sic Philippus Pulcher Galliæ Rex ſub mortem non alia cauſa quam ob deprauatam monetam odium populi ſe ſuſtinere fatetur: ac filio Ludouico Hutino vt mutaret, poſtremis verbis mandauit. auctor Robertus Gaguinus. Quid Hutinus fecerit non inuenio, illud conſtat motus populares & odia non antea conquieuiſſe, quam Marincus Engerranus tetri conſilij auctor publice eſt vindicatus nobilitate pleraque inſtigante vniuerſo plaudente populo. Exemplum calamitatis quod Carolum Pulchrum Hutini fratrem & Philippum Valeſium vtriuſque patruelem & ſuc eſſorem non deterruit, quominus eadem via inſiſterent deprauandæ in Gallia pecuniæ, quanto cum populi motu dicere non eſt neceſſe, ſuſceptæ diſputationi finis potius imponatur. Illud ad extremum Principes monitos velim, commercij fundamenta prima pondera, menſuras, monetam, ſi rempublicam ſaluam volunt, ne attingant in ſpecie vtilitatis præſentis fraus multiplex latet.

CAPVT

CAPVT IX.

De annona.

ANnonæ cura reſp. bello paceque multum iuuatur, eaque procuratione vel maxime, frumenti præſertim copia, popularium beneuolentia Principi conciliatur: ſi eius induſtria rebus quæ ad victum cultumque corporis neceſſariæ ſunt, abundare contingat: quod ad felicitatem ſuorum temporum pertinere populares arbitrantur. Et quidem tempora præſtare, vnde frugum vbertas exiſtit, frumenti, pecoris copia, non humanæ facultatis eſt: ſed diuinum tamen numen caſtiſſimis precibus rebus aſperis inuocare moris eſt: curandumque ne graue aliquod ſcelus publice exiſtat, quod communi ciuium malo & rerum inopia luatur. Præterea commercia cum alijs regionibus iuuanda potius moderatis vectigalibus ſunt, quam impedienda tributorum grauitate. nam etſi quidquid venditori detrahitur aucto vectigali, totũ emptori accreſcit: graui tamen pretio minor ementiũ copia eſt, maior commercij difficultas. Inuectiones euectioneſque rerum neceſſariarum, vt mari terraque ſint faciles, prouidendum eſt. Sic fiet vt quibus rebus abundat prouincia, cum ijs mutentur, quarum penuria exiſtit, apud alios copia maior: qui eſt verus mercaturæ vſus & finis, quo tota ea ars referri debet. Nam malis artibus, repetitiſq; in eodem loco venditionibus rem augere, quod auidi mercatores faciunt. lege prohibendum eſt, ne ex eorum auiditate pretia rerum augeantur. Alioqui mercatorum cõmodis conſulendum arbitror. iure & legibus adiuuanda ars

da ars imprimis reipublicæ ſalutaris. Quod præcipuum eſt in hac procuratione, agri vt tota prouincia diligenter colantur, neque ſitu & ſqualore inculti iacere ſinantur, rectori cura eſſe debet: etiam aſperis temporibus ea re maior multo vbertas erit. Dauid ea prudentia Rex ad exemplar boni Principis in diuinis libris propoſitus operi ruſtico, vineis, oliuetis, pecoribus non ſuis tantum, vt ego interpretor, ſed ciuium omnium præfecit viros ſelectos. Eo ergo conſilio, quod Ariſtoteles etiam ſecutus eſt, per vrbes & oppida magiſtratus creetur, cui cura ſit prædia omnia agroſq; luſtrandi. Sit de publico præmium induſtriæ eius, qui præ cęteris oppidanis poſſeſſiones diligenter coluerit, cuius nitidiores fuerint agri maiori fructuum vbertate. ignominia pecuniaque mulctetur ignauia eius, qui eam curam neglexerit, præſertim ſi inopia rei familiaris oppreſſus non erat: & nihilominus publicę ij agri colantur. quod inſumptum fuerit, primũ omnium de fructibus detrahatur: deinde reliquorum fructuum pars tertia, aut omnino quarta regio fiſco addicta ſit, aut publice oppido, ciuitative cedat, quæ in publicos vſus inſumatur. multum ea diligentia proficeretur. Vix in tam latis regionibus, ſi agri omnes & prædia colantur, annonæ magna difficultas exiſtet, aeris quantauis ſiccitate, quo vitio maxime laborat Hiſpania, Agrum male colere, Romæ quidem cenſorium probrum iudicabatur. Auctor Plinius. Et quoniam lignorum penuria pleriſque locis fatigat, multique montes culturam omnem recuſant propter locorum aſperitatem, vt cuiuſq; natura erit pinu, glande, alijsve arboribus ſerãtur: vnde alendis ignibus materia ſuppetat, excitandis

citandis ædificijs tigna, cæduaq; trabes. adhæc ſi corriuatis fluminibus vbi facultas extiterit, quod multis locis contingit, opera atque induſtria agri irrigui fiant, non magis frugum vbertati, quam ſaluti incolarum conſuletur, ariditate aeris in Hiſpania maxima per eum modum mitigata. Nonnihil etiam conferet ea induſtria ad maiorem aliquanto pluuiarum copiam, maiori vaporum materia, qui in nubes concreſcant, ex locis irriguis excitati. Sed & aratoribus atque paſtoribus proſpiciendum eſt, quorum labore vniuerſa prouincia ſuſtentatur & viget. Primum cuiuſquam fraudi aut potentibus hominibus ne prædæ ſint: ſed potius eorum rationibus ne quis aduerſetur, magiſtratus & Principes diligenter efficient. Deinde placet, quod video antiquis temporibus Carolum magnum, & Ludouicum Pium eius filium fuiſſe ſecutos, ſanxiſſe lege, quando annonæ pretium lege taxabitur, præſertim frumenti, quod ſeruatur in Hiſpania, ea lege ne agricolæ comprehendantur, certe qui nullos agros proprios habent aut prædia, ſed tantum in mancipio, pecunia aut parte fructuum conducta. ac tantum taxato pretio vendere cogantur, qui ampla prædia aut reditus frumentarios habent, ſiue ij è populo ſint atque nobilitate, ſiue è ſacrato ordine Epiſcopi & ſacerdotes. Graue enim eſt, quod tanto ſudore conſtitit, vnde inops familia ſuſtentāda eſt, in annonæ anguſtia minoris vendere quam ſteterit. Quod ſi ea lex non in omne tempus feratur, neque toti prouinciæ ſeruiat, vbi tanta varietas eſt, ſed ſingulis annis atque in ſingulis vrbibus pro rerum vbertate pretia rebus, frumentoq; conſtituantur, vti in alijs prouincijs fieri ſcimus, multo

melius rebus communibus conſultum erit. Quid enim, an locis vberrimis atque indigentibus, varijs temporibus & diſcrepantibus multum annonæ copia, idem præſcribatur? Itaque hæc omnia & ſi quę exiſtunt ſimilia, in prouincia acriori cenſura retractanda, atque ad hanc rationem reuocanda cogitabam. Sed & ſerendi vineas modus præſcribi debet, quod video à Romanis olim factitatum: legéque lata Hiſpanis vetitum promiſcue vites plantare. Qua lege primus eos Romanorum Imperatorum aſtrinxit Domitianus. ſoluit Tacitus. De cuius legis, ſuccedentisque veniæ cauſa diſputare pluribus non eſt neceſſe. Fortaſſis gentis frugalitati conſulebatur bellis & vectigalibus exhauſtæ, natiuæ Hiſpanorum ſobrietati: ſi aquæ potu contenti vitam minoribus malis & morbis obnoxiam propagarent. Tacitus, quem nihilominus tamen honeſtatis cura ſolicitabat, conceſſa ea licentia prouincialium voluntates promereri voluit. Hoc tempore cum integri fines vineis occupantur, vinoque & conuiuijs corpora noſtræ gentis debilitantur, frumenti quo vita plurimum ſuſtentatur, ſementem facere paſſim negligitur, eò plerisque vela dantibus, vnde maior lucri ſpes oſtenditur: ſi aliquo temperamento lex illa inſtauraretur, optime rebus communibus conſultum iri putabam, patriæ moribus antiquis, & ſimplicitati animorum & corporum robori: quæ commercio aliarum gentium & externis ac domeſticis voluptatibus multum ab antiquo degenerarunt, magisque indies corrumpuntur & pereunt. Ac ſi quis conſideret (quod facile contingat ex rationibus decumarum eccleſiaſticarum) quantum vini auo-

rum

tum ætate inſumeretur: inueniet fortaſſis multis in locis eam ſummam triplo maiorem fuiſſe factam. nec mirum cum eo tempore eſſet vſitatum in Carpetanis certe, vbi nati ſumus, vt pauci ac ferme familiarum capita tantum, vini potu vterentur: noſtra ætate omnis ferme ſexus atq; ætas cum cæteris voluptatibus vino quam ſatis eſt, largius indulget. Poſtrema conſideratio occurrebat: an flumina Hiſpaniæ nauigabilia vt ſint, ingenio efficere è republica futurum ſit. De quo alij maiori prudentia maiorique rerum vſu ſtatuent, & multa in vtramq; partem dici poſſent. Illudere Principis opibus quidam contendunt, & tentare per artem quod eſt à natura negatum. Neque dubium eſt in alijs prouincijs ea facultate multum annonam iuuari, vehendi res neceſſarias paruo, ex locis quamuis diſtantibus opportunitate magna. Verum in Hiſpania, aſpera regione, præcipitibus fluuiorum alueis, præterea ex omni parte occupatis molis frumentarijs, fortaſſis nihil expediat nouare quod riſum moueat, irriti conatus veſtigia ad poſteritatis memoriam maneant. certe plus incommodi ea molitio quam vtilitatis afferat: pertinaci contentione ſi ad exitum perducatur.

Quod à Romanis ea potentia atque vſu, quo tempore rerum in Hiſpania potiebantur, factum non eſt, vix quiſquam poſſit præſtare.

CAPVT

Capvt X.

De ædificijs.

MIhi quidem huc videtur eorum, qui præſunt alijs, omnes cogitationes referendas, in eoque conſumendas, vt ij qui eorum imperio parent, ſint quam beatiſſimi. quos à belli iniurijs immunes præſtare debent, regere in pace, omnia ſubſidia ad ſuſtentandam ornandamque ſubditorum vitam comparare. Sed de re bellica annonæque vbertate dictum eſt: de alijs elegantijs hoc loco eſt diſputãdum, quibus ciuitates & oppida publicè & priuatim illuſtrantur. Ne quidquam in ea etiam parte deſit pro virili parte, vt prouinciæ conditio patiatur, diligenter cogitandum: accerſendæ etiam aliunde ſi domi non ſuppetant. Ac præſertim varij artifices magno, ſi opus erit, euocandi, pingendi, texendi veſtes auro rigentes, atq; aulæa, variaq; periſtromata conficiendi, metalla conflandi, in vaſa inſtrumentaq; mutandi. Quod commodius arbitror, quam res ipſas confectas aliunde afferri, tũ ad earum maiorẽ copiam, tum præſertim, ne eiuſmodi artificijs aurum & argentum, quo Hiſpania abundat, deriuetur aliò, magno noſtro incommodo, haud leui ꝓuentu nationum aliarum, ad quas per hunc modum noſtrarum copiarum, quæ vel domi naſcuntur, vel anniuerſarijs nauigationibus ex India afferuntur, fructus redit multo maximus. Sed & publicis atq; priuatis ædificijs ornari debet, ne incuria ædificandi minori nitore prouincia ſit, quam externæ, quibus multo minores copiæ hac quidem tempeſtate ſunt. Principis beneficia latius pateant,

pateant, ad promerendam prouincialium gratiam efficax blandimentum. Ac primum muniendæ viæ Romanorum inſtituto, ne luto viatores impediantur, quam enim id turpe eſt? reficiendi pontes multis locis, magno viatorum incommodo collapſi. arces tota prouincia extruendæ, quæ ornamento & præſidio eſſe poſſint rebus turbatis. In pace comparanda, quæ belli tempore neceſſaria erunt: neque permittendum, quod paſſim fieri videmus, vt mœnia vrbium & oppidorum vetuſtate collabantur noſtra ignauia ceſſationeque: ſed potius reficiantur vetera: nouæ munitiones & propugnacula addantur ex recenti diſciplina vſuque bello propugnandi aduerſus ignea æreaq; tormenta fulminis inſtar obiectas munitiones euertentia. Magnificis templis per vrbes & oppida excitatis, religionis cultus & maieſtas augeatur apud populares, qui externo rerum apparatu maxime capiuntur. Addantur ædificia priuata, ædesq; elegantes, & ornatæ, quibus oppida quaſi gemmis aurum diſtinguãtur & niteant. vbi facultas erit, formacei parietes amoueantur, quoniam pluuijs & ventorum iniuria plurimum breui deformantur, teterque aſpectus exiſtit: ex lapide ſecto aut cæmento, & calce maiori elegantia, maiorique firmitate ſubſtituantur. Ager ſuburbanus omnis villis exædificatus, omni ex parte colluceat. Sequantur fluuiorum ripas, locorum aliorum amœnitates. Quæ omnia nõ ad hauriẽdas nimias voluptates, quod noxium eſt, referenda ſunt: ſed præter ornatum vt alterna requie ciuium animi vegetiores ad virtutum ſtudia efficiantur: captatoq; honeſto otio ad negotioſam vitam promptiores reuertantur, tædio ciuili pro-

curato.

curato. Næ dicet aliquis, bellus homo tu es, qui ea ornamenta præſcribas quibus comparandis neque publicum ærarium ſit ſatis, neq; priuatæ opes. An id ſit parſimoniæ, regijs & priuatis vectigalibus conſulere? Sed ſi ſumptus ſuperuacanei præſcindantur, ſi vita frugalis maiorum exemplo inſtituatur: reliquas opes, quibus Hiſpania abundat, ad munimentum reip. ad ſplendorem imperij conferre quid vetabit? Neq; enim quod de gula, alijsque voluptatibus detrahendum eſt, ex ijs commode aceruí pecuniarum ſtruantur: quarũ copia tum honeſta eſſet & ſalutaris, ſi ad publicos vſus, inopum miſeriam ſubleuandam referantur. Sed & iis rebus perficiendis Principis exemplum multum iuuerit, cuius actiones imitari, genus obſequii putatur. Si pro virili parte vrbes & oppida exornanda ſuſceperit: id ſtudium tota prouincia proceres & populus conſectabitur, voluntati obſequentur. Præſertim ſi qui honores militares ſuſcipient, eccleſiarũ præfecturam, aut omnino alios magiſtratus, iis neceſſitas imponatur, venia Pontificum ſi opus erit, redituum partem & prouentuum in ornamenta publica inſumendi: pontes inſtaurandi, inopibus & ægrotis hoſpitia extruendi, haud leue operæpretium exiſtet. ſic fiet vt virorum præſtantium tota prouincia innumera monimenta extent: honorũ ambitus minor ſit, multorum cupiditate reſtincta eo onere impoſito. quod alioqui faciendũ Ariſtoteles monuit, vt minori inuidia publico commodo honores & magiſtratus viris copioſis & præſtantibus demandétur. Multum præterea iuuerit in eã rem, temporũ opportunitates captare, ac præſertim in annonæ anguſtia opes conſumere libenter egenos

alendo,

quibus cum non habeant vnde ſe & fami-
entare poſſint, in opere publico aut pri-
orantibus merces diurna detur: quam illi
accipient, ne ex aliena miſericordia por-
d ſtipem manu viuere cogantur: diuitum
centiæ æternum monimentum ſtabit, gra-
peris, gratum hominibus beneficium æter-
tis præconio celebrabitur: quouis ære per-
r memoria permanebit. Id ſecutus inter Iu-
Salomon opes imperii ad templi ædificatio-
guſtiſſimi, multas extruendas tota ditione
& arces conuertit. Inter Romanos idem
Imperatores præſtiterunt cum laude: ipſeq;
ſtus vrbem ex lateritia marmoream effeciſſe
nquereque iactabat, ob ſtudium videlicet
candi. Quam laudem noſtra ætate Philippus
dus Hiſpaniæ Rex maximus habeat neceſſe
m ob alia tota prouincia ædificia, arces, vil-
perbo ſtructuræ genere, ſed præſertim inſana
regia ſubſtructione eius templi quod à Lau-
o Martyre nomen habet. Cuius ſi formam,
a, partes explicarem, operæpretium me factu-
putabam. In parte Segobienſis agri, qua ſe
etanis finibus late infert, pagus antea ignobi-
nunc celeberrimus fama ſitus eſt, Scorialis ex
nomine, quod iis locis ferrariam, quales in Hi-
ia vbique occurrunt, antiquis temporibus ex-
e quidam ſuſpicantur. Priora eius pagi ædificia
opere & male materiata erant, nulla elegantia:
olent agricolæ incurioſi ædificandi eſſe, vtilitati
magis ſeruire quam decori. Solum circum ſterile ac
multo impeditum lapide, vix vt currui ſit peruium
vnde maligni prouentus exiſtunt frumenti viniq;,

pecoris

pecoris aliquanto maior copia propter pabuli opportunitatem ęstiuo maxime tempore, præcipuam aeris temperiem, cum interior prouincia ſolis ardoribus torreatur. Præterea ex vicinis montibus perpetua niue rigentibus, auræ ſuauiſſimæ frequēter ſpirant, aquæ copioſæ deriuantur, magnum incolis momentum, agriſque, vt grata oculis niteant viriditate. Supra eum pagum ad occaſum mille circiter paſſus, atq; ad radices ardui montis, in reducta valle, loco non omnino plano, ingens moles, ac cui nulla veterum miracula comparentur; impoſita eſt Laurentij martyris nomine cultuque religioſa, magnis cæmentis ad culmen vſque perducta, quatuor & viginti circiter annorum ſpatio incredibili ſumptu & vix fidem facturo, ſi ad numerum impenſa referatur. Præter variam ſuppellectilem, veſtem pretioſam omnifariam, vaſa auro & argento grauia plena artis, plena ingenij, ſupra millies ducenties ſeſtertium, hoc eſt, milliones tres, inſumptum atque in rationes relatum fama fert. In quadrū vniuerſa fabrica deſcripta eſt; niſi qua parte ad ortum regiæ pars eminet, craticulæ cui Laurentius eſt impoſitus, ad reddendam ſimilitudinē artificioſo commento nobilis architecti. Longitudine à meridie ad ſeptentrionem ſeptingentos viginti pedes porrigitur, ab ortu ad occaſum quingentos ſeptuaginta menſura vulgari. quatuor turres ad totidem cœli plagas angulos muniunt, ornentq; ſpecie eleganti magis quàm minaci, ab imo ad culmē feneſtris pertuſæ, pluribus fortaſſis æquo, hoc alijs etiam partibus contingit. Nimirum artis id præcepta exigunt: nos inepti æſtimatores & rudes ex oculis modo de tanti operis elegantia iudicamus.

camus. In tres partes vniuerſum opus tribuitur, cœnobium monachorum ex Hieronymiano ordine, cuius ſpatijs dimidium fere vniuerſæ fabricæ ad auſtrum comprehenditur. Ad ſeptentrionem muſæum eſt, tum iuniorum eius ordinis monachorum, tum externorum puerorum, qui regijs ſumptibus delectuque, communi menſa haud pro leui beneficio viuunt, eruditioni deſtinatum. Succedit ad ortum regia ſpatijs ampla, Principis æſtiuo tempore domiciliū. Templum his ædificijs omni ex parte circumuētum ſurgit ex media area ſuperbo ſtructuræ genere, fornicato opere auguſtum, ſublimius cæteris. Medio ſecundum longitudinem ſpatio, qua mons coniunctus erigitur, ianua pro modo operis inter octo ingentes quidem ſed ſtructiles columnas pāditur: quibus minores quatuor columnę ſunt impoſitæ, Laurentijq; martyris ex lapide effigies medio interuallo arguta artificis manu perfecta. Ex vtroque latere ſingulæ minores ianuæ in ea fronte eleganti & ipſæ opere cernuntur, vſibus tū cœnobij, tum litterarij collegij ſeruientes. tametſi præcipuus & communis ad vtroſque aditus alia parte eſt. Ianuæ præcipuæ veſtibulum iungitur quamuis magnam turbam accipere & reddere idoneū. Veſtibulo bibliotheca impoſita, maiori longitudine omnino pedum centum octoginta quinque, lata pedes triginta duos, libros ſeruat præſertim Græcos manu ſcriptos, præcipuæ pleroſque vetuſtatis: qui ex omnibus Europæ partibus ad famam noui operis magno numero confluxerunt: auro pretioſiores theſauri, digni quorum euoluendorum maior eruditis hominibus facultas cōtingeret. Quod enim ex captiuis & maieſtate re-

nin&is litteris emolumentum? Bibliothecæ parietes, elegantes picturæ exornant, artes ingenuas artificioſe exprimentes, cum antiquis comparandæ. Succedit compluuium pedes ducentos triginta extenſum, latum centum circiter triginta, nullis diſtinctum columnis, nullis eminentibus pergulis, niſi qua parte è regione veſtibuli templo coniuncta porticus eſt: ad quam ſeptem gradibus aſcenditur ex compluuio, ſex columnis nihilominus in porticus fronte erectis, quibus ſex Reges inſiſtunt, præ cæteris Iudaicæ gentis pietate & rebus geſtis clariſſimi, pedum octodecim ſinguli: quorum capita & manus è candido marmore ſunt, corpora è lapide rudiori, ſed diligenter expolito. Sub hac porticu triplex ianua templi patet, atque ab vtriuſq; lateris fronte duæ aliæ ianuæ, quibus tum ad monaſteriũ, tum ad collegium communis aditus eſt: præterea ad læuam minor ianua, qua in regiam ea parte penetratur. Ergo monaſterium in duas æquas partes diuiditur, prior ad occaſum quatuor periſtylijs cõſtat, quæ vſibus domeſticis deſeruiunt pari menſura. media cochlea ab imo ad ſummũ pertinet turris ſpecie faſtigio eminens, multis circum feneſtris accipiendo lumine: quoniam ea parte fontes abluendis monachorum manibus ſunt, aditusq; ad triclinium multo circum emblemate, ſed fictili ex argilla eoq; minori gratia, variatum, maligno lumine quippe ex fronte tantum gemina feneſtra, neq; cum reliqua operis maieſtate conſentiens (ſic nobis quidem eſt viſum.) Parte altera monaſterij, porticibus circumdatum maius periſtylium ad auſtrũ & ortum tenditur. parietes marmorato tectus variæ picturæ exornant Chriſti Dei res geſtas eleganter

...tes. pauimentum vario lapide conſtra-
...queos eo artificio diſtinctum, vt ſerendis
...nquantur ſpatia viridarij ad inſtar: aqua
...os irrigua ex medio fonte, cuius ſtructu-
...li octanguli ſimilitudine eſt, intus vario
...veſtiti, exterius rudiori lapide. quatuor la-
...interuallo adiuncta in quæ aqua ex ſtatuis
...it, quæ circum eam molem ſunt poſitæ è cã-
...armore quatuor Euangeliſtarum. Eæ por-
...d ducendam pompam deſeruiunt, cum è
...egreſſi monachi ianua laterali ſtatis diebus
...cationes propitiando numine habent. variæ
...cœnationes. exedra vbi domeſticos mona-
...uentus habent. ſed vincit elegantia & am-
...ine ea, vbi ſacræ veſtes ſeruantur & vaſa, ad
...ærarij ſacri. Ex parte altera totius ædificij, pri-
...collegium ad plagam ſeptétrionalem occur-
...d occaſum, muſis deſtinatum domicilium:
...m in quatuor modica periſtylia diſtinctum,
...a monachis, qui litteris dant operam, pue-
...o alia data ſunt regio delectu & beneficio
...ollegium cooptatis. Surgit in medio coch-
...erius ad inſtar, coniunctusque amplus xy-
...ſtentatus columnis, ſuſpenſus fornicibus de-
...lationi deſeruiens commentationique ad
...tium, præterea publicis diſputationibus. Re-
...pereſt gemina porta ad latus ædificij ſepten-
...ale patens, ampla ſatis ſpatijs multis circum
...tionibus, varijs cubiculis tum Principis habi-
...i, quo tempore æſtiuorum cauſa loci tempe-
...ſecutus vrbanos æſtus vitat, tũ in regiæ fami-
...vſum. Omni ex parte porticus ſunt ſuſtentatæ
...columnis, impoſitæ pergulæ. Ex his quæ ad regium

T 2 concla-

conclaue pertinet, eleganti pictura exprimit pugnam, quæ Ioanne ſecundo Caſtellæ Rege cum Mauris ad Granatam commiſſa à ficu nomen habet, ex linteo ampliſſimo ſorte in turri arcis Segobienſis reperto: quo arguta pictoris manu tendentiũ ordo, caſtrorum loca, inſolentes eius ætatis veſtes & arma exprimuntur, grata nobiliſſimæ victoriæ poſteritati memoria. In intima regia ponè templũ, ac qua parte ædificium eminere ad ortum diximus, gynæceum eſt à virorum oculis ſubductum, Regiſque ipſius penitiora cubicu'a. Reliquum templũ in medio opere medioque ſpatio eminet, & ipſum quadrata forma in tres partes deſcriptum, quæ columnis ex ordine fulciuntur teſtudine impoſita. Duo priores eius molis anguli totidẽ turribus muniuntur, quæ nigro tectæ lapide ſunt. medium faſtigium teſtudinis turris tertiæ ad inſtar, candido lapide nitet, gratum oculis ſpectaculum, præſertim è vicino monte. Additur quadratæ areæ ipſe aditus templi ſpatium inter primas duas turres, cui odeum eſt impoſitum, vbi monachi noctu atque per diem frequentes cantu diuinas laudes celebrãt inſigni apparatu & cæremonia: vt eſt ea natio hominum præ cæteris in eo genere diligens & attenta. Sedes è vario ligno Hebeno, Hacana, Buxo, Caoba, Cedro, Nuce, Terebintho, ſunt factæ eleganter colorum iucunda varietate nigri, rubri, candidi, vndantiſque flaui. In ſumma odei fornice beatorum ordines & gaudia, & ſedes elegantiſſime ſunt depictæ, & ipſæ grata admiratione intuentium oculos aptæ detinere. Adduntur quadrato duæ viæ ab vtroque latere ad eas ianuas deſinentes, quibus ex monaſterij amplo periſtylio atque ex

regia

tegia aditus eſt, libera ex omnibus partibus commeandi facultate. E regione præcipuæ ianuæ ſacellum maximum araq; præcipua obijcitur: quibus perficiendis videatur ars cum natura certaſſe, ſe ipſam viciſſe. Ad aram vario lapide rubro & viridi ſtructam octodecim gradib⁹ aſcenditur nihilominus: quibus infimis Regum buſta ſunt, ſuperius parui receſſus quatuor, rubro iaſpide veſtiti vario pauiméto: vnde Princeps ſacris operatur ſine principali apparatu, nullo regiæ cortinæ, vti moris eſt, antiſtite. Totius templi pauimentum ac ſacelli præcipue teſſelato opere lapides, vario colore atque in laqueos eleganter diſpoſiti exornant. Quod præcipuum eſt & maximum operis miraculum, & maiori eſſet eloquentia explicandum, ne tenuitate ingenij pderet gratiam, ſuggeſtus imaginum aræ impoſitus, columnis octodecim haud exiguis continetur, è rubro ſeu fuluo lapide, venis candidis, notis flauis. quæ columnæ in quatuor ordines diſpoſitæ in hunc modum ſunt. ſenæ columnæ in primo & ſecundo ordine cernuntur, in tertio quatuor: in ſummo faſtigio Chriſti Dei cruci affixi effigiẽ duæ columnæ complectuntur. ex eadem materia viridiq; lapide receſſus & ſcaphæ accipiendis ſtatuis: triglyphi, proiecturæ, teniæ, metopæq; ſunt ſuis ſingulæ locis aptę in ſpeciem frontis, elegantis ædificij omnibus numeris ſeruatis. Media ſpatia æreæ Diuorum ſtatuæ auro inductæ, aut elegantiſſimæ tabulæ implent. Atq; in imo opere geminum ſacrarium templi ad inſtar fornicati alterum in altero: vbi Chriſti corpus in achate includitur, Iacobi Trezzi Itali nobiliſſimi ſtatuarij atque cum antiquis comparandi marmora dolandi ſcientia, opus

præclarum. De quo plura dicere religio prohibet, ne elegantiam artificij culpa ingenij deterere videamur. Sed maius tamen ſacrarium rotunda forma altitudine pedum ſedecim, varij iaſpides deaurato ære vincti conſtituunt. ambiunt octo columnæ ex fuluo lapide, venis albis, notis rubris diſtinctæ, adamante ob duritiem dolatæ, duodecim æreæ Apoſtolorum ſtatuæ apto ordine auro inductæ. in ſummo faſtigio globi forma iaſpis collucet ſemipedali fere magnitudine. Minus ſacrarium iaſpis item ſed auro & argento incluſus componit, ſmaragdus diſtinguit, atque in culmine eminet nuci par. claudit fornicem topacius. vincitur tamen materiæ nobilitas & pretium ceditq; arti. vtriuſque tabernaculi ianua è chriſtallo eſt, interiorem etiam artem & elegantiam oculis repræſentans. Multa circum altaria, omnino ad octo & triginta cœleſtium nominibus erecta tabulis conſpicua excellentium artificum illuſtria monimenta ex Hiſpania, Gallia, atq; Italia, noſtræ & prioris ætatis. Quod caput eſt, cœleſtium exuuijs, quæ ex omnibus locis eò quaſi ad præſidium confugerunt, incredibili numero & ſanctitate, religione plenus locus plenus numine eſt, Philippi Regis pietatem omnibus ſeculis prædicãdam. Ijs exuuijs cineribusque cultu religioſo conſeruandis, gemina ſacraria ſunt deſtinata, duorum laterum templi vtramque caput. Sed finis dicendi eſto. Vniuerſum opus ex quadrato lapide eſt, ſimplici tamen atque rudi maiori ex parte ad minuendum ſumptum, feſtinandam fabricam prudenter excogitata ratio, tribus fere cœnaculis ſublatum, plumbo & nigro lapide tectum. Ad auſtrum & ortum viridario cingitur herbis odoratis atque floribus

bus in ordinem apta menſura diſpoſitis areis: ſub quo maiora ſpatia ſerendis arboribus perpetuus murus & humilior includit. Ad occaſum atque ſeptentrionem platea ambit conſtrata lapide haud angusta, nimirum ad ſeptentrionem centum quadraginta pedes latitudine patet, ad occaſum qua præcipuus aditus panditur, prorſus ducentos menſura vulgari. Multa alia ædificia adiuncta ſunt in iuſti oppidi modum, de quibus dicere nihil attinet. Sed vnde tamen ad veterem pagum via molliter decliuis ducit, ab vtroque latere vlmorum duplici ordine conſita, qui prohibeant ſolis radios per æſtatem, ad maiorem commeandi facultatem vtrinque in alteram partem.

CAPVT XI.

De Iudicijs.

IVdicia ſuperioribus temporibus in prouincia vehementer perturbata, anorum memoria Ferdinandi Catholici virtus & prudentia reſtituit: legibus, quæ paſſim contemnebantur, auctoritatem viresque repoſuit, nulla vt in gente ex eo tempore maiori æquitate atque integritate ius dicatur. Summos cum infimis atque cum his medios deuinctos tenent, legibus & auctoritate armati magiſtratus. vt proprium exiſtat tum cœlites omnes precamur, tum rectori curæ id eſſe debet. facili momento magnæ in republica inclinationes fiunt. Sit ſumma in iure dicundo ſeueritas, quæ niſi clementia Principis aſtringatur, non minora ſæpe mala quam crudelitas affert. adhibenda conſtantia

eſt & grauitas, quæ non varietur gratia, ſed conſer-uetur æquabilis. Sed tamen parui refert, ab ipſo Principe ius dici æqualiter & diligenter, niſi idem ab iis fiet, quib' eius muneris aliquam partem ipſe conceſſerit. Sunt igitur iure dicundo viri ſumma grauitate deligendi ſumma integritate: ſed quibus etiam facilitas in audiendo ſit, lenitas in diſcernen-do, in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia. Et alioqui quibus virtutibus ornati debeant eſſe iudi-ces, Moſis ſocer expoſuit. cum enim generum ac-cuſaret, quaſi totius populi lites ſolus cognoſceret, maius multum viribus onus, *Dilige*, inquit, *ex omni populo viros potentes, qui Deum timeant, fidem colant, auaritiam odio habeant*. Nimirum potentes eſſe vo-luit, vt audaciæ & temeritati reſiſterent: quod Car-thagine ſolenne fuit, vti Ariſtoteles memorat, non ſolum probitate conſpicuos, ſed etiam copioſos homines rebus præficerent. perſuaſi videlicet, qui egenus ſit recte gerere magiſtratum non poſſe. ſiue aliorum contemptu & audacia, ſiue ſua ipſius aua-ritia imperandi rationes labefactari neceſſe erit. Adijcit timorem Dei, propterea quod Dei timore & religione conſcientia obſtricta reſecantur libidi-nes, mentem tenebris impedientes, ne quod ve-rum & iuſtum eſt cernere poſſit. fidem vero qui negligit, quomodo tandem poterit munere de-mandato recte fungi? Simulatione nihil incon-ſtantius, nihil fœdius, Poſtremo odium auaritiæ requirit. qui enim pecuniæ ſtudent, ſæpe ad iniqui-tatem tranſuerſi rapiuntur. munera enim vti alio loco idem Moſes ait: *Sapientum oculos excæcant*, ne lumen videant, quod affertur, *& rectorum homi-num verba commutant*, pro aliis alia ſubſtituendo.

Moſem

Moſem vt in multis alijs ſecutus Plato libr. vndecimo de Legibus, capite ſanciendum exiſtimat, ſi iudex ſe alienæ pecuniæ aut muneris alicuius contagione ſœdarit. Illud etiam cenſeo conſiderandum, inter alias virtutes iudicum handquaquam Moſis ſocerum numeraſſe ſubtilem curam leges interpretandi, nimirum acuti, veteratores & callidi eſſe non debent, qui leges pro libidine flectāt, & à vero ſenſu detorqueant: vt ſine infamia & inuidia ſecundū eos lites dentur, qui minime iure nituntur & æquitate. Nihil enim magis veræ ſapientiæ ſimplicitati repugnat, quam nimia ſubtilitas: quæ tum in cæteris diſciplinis omnibus, tum legibus interpretandis, omnē rationem iuris & æquitatē euertit. leges ergo neq; ita multę ſint vt ſeipſas impediāt, neq; ita difficiles, vt non ab omnibus mediocri ingenio prędititis intelligantur. quod vero tam multæ leges exiſtant, eæq; plerumq; intellectu difficillimæ, vtrumq; hominū improbitatę factū eſt, tanta vt neq; legibus obedire velint: & vt ratione facere videantur, quæ verbis apertis ſunt poſita, varijs interpretationib. conantur eludere. Principis autem partes ſunt, non fraudi indulgere, neq; calliditati hominū prauorum locum relinquere: ſed legum multitudine præciſa ea relinquere, quæ facile teneri poſſint, & ab omnibus intelligi. Quod caput eſt, ij deligantur iudices, in quorum animis nihil inſit, quod eos à conſideratione veritatis abducat. ſint animo magno & excelſo: religionem ſanctiſſime colant: fides ſit omnibus vitæ commodis antiquior: auaritiæ labem oderint, neque munera à quoquam accipiant. In quo virtutum numero præcipuum locum obtinet religio. imo reliquæ omnes virtutes vno religionis in ſinu

 fouen-

fouentur. qui enim Deum timet, neque hominum potentium minis mouetur, neque fidem deſerit: certus ſi homines fallere poſſit, diuinum oculum omnia conſiderantem fallere non poſſe. neque pecunia corrumpitur, rationem officij copijs omnibus potiorem ducens. nullum denique locum temeritati, nullum amentiæ relinquit. ac illud conſiderat quod Ioſaphat Rex cum iudicia perturbata numine placando reſtituere vellet, delectis iudicibus dixit: *Domini eos iudicium iudicaturos*. Nimirum vt intelligerent ſe Dei vicarios conſtitutos, præ oculis habere debere, quid æquitas poſtularet in omni deliberatione, & diuino numini maxime placeret. Iure igitur concludi poteſt Dei metu atq; religione iudiciorum integritatem contineri, nihilq; pernicioſius eſſe, quam ſi iudicandi munus hominibus flagitioſis & perditis delegetur: quod contingat ſæpe neceſſe eſt in tanta ambitione hominũ, tot fautoribus improbitatis, niſi magnus delectus adhibeatur magnaque attentio. Porro prauis hominibus præfectis, ludibrio eſſe innocentiam, tenuitatem prædæ continget, multa ſcelera impunita relinqui: quorum religio in rep. vniuerſa hærens, numineque vehementer exacerbato, magnis calamitatibus multitudinem implicabit. Diuinæ litteræ teſtantur, plena eſt exemplorum memoria antiquitatis, quoties paucorum ſcelera totius populi ſupplicio ſunt vindicata. Ioſue Iudæorum populo poſt Moſis obitum præfecto, cum ſe Achan Iericho vrbis exciſæ præda & ſpolijs, quæ Deo erant ſacrata, contaminaſſet: tria millia militum fortiſſimorũ ab exiguæ ciuitatis incolis in fugam conuerſa cæſaque ſunt. Quod Ionathas parum mellis in periculo

culo guſtaſſet, quãuis voti inſcius quod pater nuncuparat, niſi victis hoſtibus neminem quidquam guſtaturum, irritatum numen nullum reddidit reſponſum quamuis de more ſolicitatum, à ſacerdotibus nimirum & vatibus. Dauidis Regis peccatũ, quo contra diuinas leges populum vniuerſum recenſeri mandauit, graui peſte vindicatum eſt: qua ſeptuaginta millia hominum nihilominus perierunt. quod grauiſſimum profecto videretur atque à diuina benignitate alienum peccata rectoris, aliorum qui nihil erãt promeriti, calamitate lui: niſi præclare diuinis legibus eſſet ſtatutum, niſi omnes quaſi ad incendium excitatum ad ſcelus vindicandum concurrãt, fore vt cuncti eius vindicta inuoluantur. Sic Deus cum legẽ daret, ſæpe ſcelus vlciſci mandat: ne videlicet populus vniuerſus ſe diſſimulatione contaminaret, publiceq; lueretur quod erat ab vno aut à paucis peccatum. *Auferes, inquit, malum de medio tui.* hoc eſt, violatam religionem expiabis, ne ſceleris cõtagione aſtrictus tenearis, ſi flagitium publice non fuerit vindicatum. Eo præcepto inſtitutus Dauid ſe de multa nocte vigilare ſolitum ait, *Vt de ciuitate domini tolleret omnes, qui operabantur iniquitatem:* gnarus nimirum nullum ſacrificium Deo gratius contingere prauorum hominum ſupplicio: quo reſp. religione exoluitur, coercetur improbitas innocentia confirmatur. Hac de cauſa arbitror, cũ vxor Leuitæ à Gabaonitis petulanter vexata perijſſet, vulgato ſcelere contra eos atq; adeo Beniamitas, qui eorum patrocinium ſuſceperant, vniuerſam gentem Iudæorum corripuiſſe arma: & aliquot quamuis cladibus afflictos, improborum exitio malum expiaſſe. In quo mihi ſecuti videntur, non

tantum

tantum vt improbitatis odium ſancirent, ſed etiam vniuerſum populum tantę fœditatis religione exolutum præſtarent: non magis de diuina offenſa, quã de ſua ſuorumq; ſalute ſoliciti. Et vt à diuinis libris abeamus. magna Græci ſeueritate ſcelus perſequebantur, præſertim publicum & immane: in qua enim ciuitate patratum erat, niſi graui ſupplicio eſſet continuo expiatum, bellum illi à reliquis ciuitatibus indicebatur, finitimis, longinquiſque: exiſtimantibus hærere religionem non in ea modo ciuitate, ſed in alijs omnibus, quæ tantum nefas vitæ non fuiſſent. Intelligebant nimirum, quod res erat, ſcelerum diſſimulatione irritari ſuperos, vindicta placari. Et erat longa obſeruatione perſpectum, vbi nefarium crimen vindicatum non fuiſſet, peſtem ſubſequi & famem, bellum, & rerum omnium vaſtitatem. Vt facile appareret, ea mala non tam humanis viribus tribuenda, aut fortunæ temeritati, quam numine irritato inferri. Multa exempla vetus hiſtoria ſuppeditat, ſed vnum inſtar omnium erit. Scedaſus in Leuctris homo tenuis vixit, commodus tamen & hoſpitalis. huic erant duæ filiæ virgines forma præſtanti: in quas duo Spartani adoleſcentes quamuis ſatis humaniter domi accepti atque habiti, petulantes oculos iniecere. Vim ne ſtatim inferrent, hoſpitis humanitate fuere prohibiti. A Bœotia tamen redeuntes, atque à virginibus, cum pater abeſſet, hoſpitaliter accepti illis vitium per vim obtulerunt Ea videlicet hoſpitij merces fuit. prætereà iniuriam lamentantes intereme-re, diſceſſereque corporibus in puteum abiectis. Scedaſus domum reuerſus filiarum abſentiam miratur. Dum hæret & dubitat à catella cum veſtis laciniam

giniam apprehenderet, ſæpeque in puteum curſitaret oblatrans, gementique ſimilis, admonitus id non temere fieri, puteum contemplatus, filias peremptas eſſe conſiderat. Sciſcitatus è vicinis, eos adoleſcentes eo diuertiſſe cognouit, neque poſtridie illius diei, illos aut virgines comparuiſſe. Deprehenſo ſcelere, recta Lacedæmonem pergit, vt eorum nomina apud Ephoros deferat. Ex itinere tamen cum audiret in Argolica regione ſenem quendam Orcitam nomine, diras cladeſque Lacedæmonijs imprecari: rogare pergit ex illo, quamnam iniuriam ab ijs hominibus accepiſſet. Narrat ille quo pacto filius probus & honeſtus ab Ariſtodemo, qui ius Lacedæmone dicebat, fuiſſet iugulatus non alia culpa quam ſtupro repudiato, quod ille inferre voluiſſet. Deinde de cæde atque contumelia apud Ephoros cum poſtulaſſet, nullam rationem tanti ſceleris habitam fuiſſe: proinde videret in ſimili cauſa ludibrio etiam ipſe habetetur. Timuit Scedaſus ne ipſe etiam fruſtra laboraret. contendit tamen quo ire cœperat. Ephoros, deinde Reges, poſtremo ſingulos, qui in ea ciuitate multum poterant, adit. multis lacrymis de iniuria conqueritur. nemo tamen ſenis iuſtiſſimis lacrymis mouetur. Ille noua iniuria percitus quaſi emota mente, per vrbis plateas manus in ſolem tendere, terram pedibus quatere, & quando nulla æquitatis iura valerent, furias inuocare tantorum ſcelerum vltrices. poſtremo ſibi manus attulit. Patrati ſceleris breui ea ciuitas pœnas exoluit, Epaminōdæ virtute in pugna Leuctrica ita conciſa, vt nunquam poſtea potuerit reſurgere. Fama eſt Scedaſum ſecundum quietem Pelopidæ, qui ſimul cum Epaminonda

præerat,

præerat, viſum dicere, fore vt Lacedæmones in eo loco in quo tantum ſcelus commiſſum fuerat, nec expiatum vindicta, vniuerſi perirent. Quod an verum fuerit, non arbitror curioſius inquirendum: intereſt tamen publice, vt hæc & ſimilia vera eſſe credantur. Neque ſolum priſcis temporibus, ſed recenti etiam memoria conſideramus, grauiſſimas clades vniuerſam multitudinem propter vnius aut paucorum ſcelera pertuliſſe. Circumſpicite animis atque ante oculos ponite omnes prouincias, quæ fuerunt multis incommodis afflictæ, ferro, flammaque vaſtatæ: inuenietis haud dubium in ijs gentibus antequam fuiſſent euerſæ, facinoroſis hominibus peccandi licentiam publice fuiſſe conceſſam. Nuper in Africa inſignis clades Luſitano nomini & genti inflicta eſt, temeritate quidem Principis & audacia, qui eo ſuſceptus fuiſſe videtur, vt exitio patriæ eſſet: argumentum tamen irritati numinis ſiue nimijs voluptatibus degenerante multitudine, ſiue quod magis arbitror, quoniam peccata in religionem commiſſa haud ſatis pro dignitate coercebantur. Et ne vicina gentis calamitate & malis diu lætari poſſemus, paucis poſt annis numeroſa claſſe amiſſa ad Angliç littora, eam plagam accepimus, eam ignominiam, quam multi anni ſanate non poſſint. grauium ſcelerum, quæ in noſtra gente vigent, ea vindicta fuit. & niſi animus fallit, cuiuſdam Principis viri male tectę libidines diuinū numen irritarunt: qui perſonæ ſacratæ quam ſuſtinebat oblitus, prouectæ atque adeo extremæ ætatis immemor, ſe intemperanter in laſciuiam effudiſſe per idem tempus fama vulgabat: quo vniuerſa gens per vrbes & oppida in eo diſcrimine votis

nuncu-

...patris ſupplicijſque inſtitutis ſuperos placare ...debat haudquaquam exaudituros: quoniam ...amentia exacerbati totius gentis clade faci- ...piare decretum habebant. Sit ergo perſua- ...omnibus ſancienda æquitate, vindicandis ſce- ...s publicam ſalutem ſtare: legibus conculca- ...e violato, magiſtratibus contemptis, aut vero ce...ntibus imperium labi, fortunas euerti, vniuer- ſos malis omnibus implicari. Verum de iuſtitia plura alio ex principio dicenda ſunt.

CAPVT XII.

De iuſtitia.

INchoatam in ſeceſſu æſtiuorum tempore de inſtitutione Principis diſputationẽ, abſoluere adornanti longo interuallo, ea moleſtia recurrebat animo, ijq; dies, cum vis importuna morbi omnes, qui in ea ſolitudine morabamur lecto afflixit. Hibernis ex imbribus inflati amnes ripiſque superfuſi, vitiati fontes, agros maiori humiditate, tetro halitu corpora infecerant. infectas tabe carnes plerique ſuſpicabantur, bufonum per agros incredibili copia pecoribus auide victitantibus. Vniuerſa prouincia ea contagione laboratum eſt, in agris & pagis maxime: ſiue quod aura liberior ſit, ſiue quod certe minor remediorum copia. Graſſabatur malum peſtis in modum. multis locis deſerti neglectique ægroti moriebantur: aut aſſidentes curanteſque eadem contagione infectos ſecum trahebant. Quo metu tenuiores præſertim ne efferebantur quidem. Iacebant per domos

mos parentes cum filijs nullo curante. iacebant exanima corpora in conſpectu ſimilem quoque mortem expectantium. Pauciora tamen funera erant, quam pro ægrorum numero. vis morbi remiſſior ac ferme febris tertiana. Alioqui tetra contagione corpora contaminata eſſe, anguſtiæ maiores quam pro modo febrium indicabant: nulla vt quies eſſet, nulla reſpiratio. Depulſo etiam morbo longo tempore vix ad priſtinas vires redibatur. ſæpe horror febriſque recurrebat, ſalutares ſuccos vis mali vincebat, præſertim ſoluendo aluo, ac potius remedio irritabatur. Iacebant in areis nullo curante acerui frugum demeſſarum, auium pecorumque præda. pleraque pluuiarum copia ſubſecuta corrupit. Erit ergo autumnus anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi in paucis memorabilis. Sic noſtri conatus in extremo propemodum curſu fracti ſunt. Comites & famuli primi proſtrati, inter eos amanuenſis magnæ ſpei iuuenis, modeſtia ſingulari. Me leuior morbus tenuit Toleti, è ſeceſſu reuerſum. febri tamen depulſa vix longo tempore priſtinus corpori vigor, in mentem nondum alacritas redijt. Accedentes anni vires minuunt certo ſcio: morbi longiores grauioreſque vt ſint, facit deflexa ætas. Sed idem alijs contigiſſe prædicabant, ex fide, aut ægre emergentibus leuamē cupientes aliquod afferre. Quod maiorem moleſtiam attulit, & vires ingenij penitus fregit, ipſe Calderonius omnium poſtremus febri tentatus neque acuta neque graui, ea haud ægre depulſa, cum vegetus ſibi & firmus videretur, vinique potum aqua mutaſſet, poſt paucos menſes repetita valetudine die ſeptimo extinctus eſt.

eſt. Dolor maximus, graue vulnus mihi priuatim, ſed & reipublicæ vniuerſæ, eo viro immatura morte ſublato, qualem paucos noſtra ætas tulit, eruditionis ingenijque laude, pudicitia, modeſtia, ſuauitate excellentem, animi candore & integritate, & religione cum veteribus comparandum. Multum tibi ſæua mors in rebus humanis ſumis. fortuna certe vis altior quos ludos facis? Verum querelis & gemitibus ſit modus: noſque potius felix anima & tuarum virtutum contemplationem voca. is fructus amicitiæ, is verus honos, ea pietas eſto, tui memoriam animo retinere, famamque & figuram animi magis quam corporis pro vtili parte propagare. In medio quamuis ſpatio integræ ætatis erepto, virtutum gloria æuo manebit. Quod mortale erat occidit: quod in Calderonio mirati ſumus, merces bonorum operum in cœlo ſalua eſt, CERTA VIRTVTI MERCES, fama tantæ probitatis vt in animis atque æternitate temporum maneat, publice intereſt. Eo nos ſtudio eius ſepulchro curauimus inſitæ pietatis mutuæque beneuolentiæ à primis annis ſuſceptæ monimentum ære, vt ſperamus & cupimus, perennis & marmore hanc inſcriptionem incidi.

IO. CALDERON. DOCTOR THEOLOGVS. SORIÆ NATVS. COMPLVTI PER OMNES GRADVS AD SVPREMOS SCHOLÆ HONORES EVECTVS. ERVDITIONIS TANDEM ERGO CANONICVS TOLETANVS. VERE PIVS ET MODESTVS. MVNIFICVS IN PAVPERES. PRISCÆ SIMPLICITATIS ET GRAVITATIS EXEMPLVM

INCOMMODA DIV VALETVDINE VIXIT ANNOS LIII. OBIIT IIII. NON. APRIL. M. D. LXXXXI.

C. V. M.

Verum ex longo interuallo ad inſtitutam diſputationem recurramus. Remp. conſtare non poſſe iudicijs perturbatis dictum poſtremo eſt, ſcelerum licentiam multitudinis ſæpe malo lui, cœlo vindice ſuſceptæ prauitatis atq; neglectæ vindictæ. Addas licet ipſis econtrario Principibus noxiam fuiſſe importunam ſeueritatem, ſententiam in iudicio præcipitaſſe. Qui enim formam iudiciorum inuertit, ſæpe in errorem labatur neceſſe eſt, non ſecus atq; via trita relicta, qui ſemitas arduas aut viarum cõpendia conſectatur. & vt maxime iuſtum decernat, iniuriam tamen ea licentia facit. Cuius rei multa & præclara exempla noſtra hiſtoria ſuppeditat.

Illud

Illud maiori fama celebre eſt, quod ſalutis anno milleſimo trecenteſimo duodecimo in Caſtella accidit, in primis memorabile. Cæſi ad Palentiam Benauidij viri primarij, cum noctu regia egrederetur, multi ſuſpicionibus exagitati. Caruaiallij fratres Petrus & Ioannes oppreſſi. Tuccis, quo Rex abierat bello Maurico intentus, de vicina rupe præcipites dati ſunt, neque faſſi crimen, neque conuicti. illud vnum Dei & hominum fidem teſtati innocentes ſe mori: atque adeo Regi diem ex eo die trigeſimum dicere: quo die ad diuina tribunalià diſceptaret. Accidit ipſo die, ſeptimo Idus Septembris, vt leuiter tentata valetudine ſe ſomno à prandio daret, extinctuſque inuentus eſſet. Sic opinio vehementer confirmata eos viros innoxios perijſſe. ipſi Regi ex hoc caſu Ferdinandi in ius vocati cognomen eſt factum. Erat is Princeps intractabilis in ira, cum recens iniuria prouocabat: quæ magna labes eſt, ſæpeque de ſtatu mentis immutat. Hæc de iudicijs. De iuſtitia in vniuerſum confirmandum eſt, ea ſublata neque imperia, neque vrbes, ac omnino nullam inter homines ſocietatem diu ſtare: quam diſputationem ab hoc principio placuit exordiri. Vetus multorum opinio eſt à primis ducta temporibus, rempubl. ſine iniuria, ſine prauitate neque coaleſcere, neque poſſe conſtare: ſermo vulgaris Iuſtitiam vitijs hominum offenſam relicta terra in cœlum conceſſiſſe: eius diſceſſu rixis, latrocinijs, cædibus, fœdata euerſaque omnia. Nimirum imperia florentiſſima, quid niſi magna latrocinia ſunt per vim atque iniuriam conſtituta, multorum oppreſſa libertate, bonis ereptis? Quod ſi æquitatem ſancire velimus, omnibus qui florent

imperio, ad caſas redeundum erit, in miſeria & egeſtate viuendum. Initijs reliqua fuere conſentanea. Conſtituto imperio leges ſunt promulgatæ, quibus in pace tuerentur, quæ armis & latrocinio occupauerant. quod nihil eſt aliud, quam ſimulatione iuſtitiæ, iniquitatis ſuſceptæ & iniuriæ patrocinium. Præterea eſt natura datum cæteris animantibus, vt ſua commoda perſequantur etiam cum aliena iniuria. in quouis genere imbecilliora in prædam fortiorum cedunt. hominem eo affectu eaq; natura ſpoliare quis audeat, niſi qui velit omnia fundamenta propriæ cuiuſque ſalutis conuellere? Quid autem ſtultius, quam vt alienis commodis ſeruias, & modeſtiæ, ſaluti aduerſari tuæ? quod iuſtitia non parum ſæpe præſcribit. His atque alijs argumentis iuſtitiæ laudem labefactare quis contendat. quæ hoc loco refellenda à nobis ſunt, atque multis confirmandum, nullam remp. diu ſtare & quieſcere iuſtitiæ cultu neglecto. Quid enim aliud iuſtitia eſt, quam compages membrorum & nexus quidam, quo ſummi cum infimis, atque cum his medij æquabili iure conſtricti tenentur? Quod in ſtructura lignorum & lapidum compages & ordo valet, quod in exercitu diſciplina militaris: id ipſum in omni republica æquitas eſt, ſancita legibus, munita iudicijs, præmio vallata atque ſupplicio. Alioqui aufer de medio iuſtitiam, quis probitati locus erit, quis honeſtati? aut quid eſſet miſerius homine imbecillo, quid valido immanius? quis ordo, quæ reuerentia inter homines eſſet, quæ pietas? omnia ſceleribus, libidinibus, latrocinijs polluta erunt. Inter vitia, quis innocentiæ, quis modeſtiæ locus ſit? Sublatis virtutibus qui inter homines ſocietas conſiſtat,

ſiſtat, qua bene beateque viuitur? Solui & perturbari omnes reipub. partes erit neceſſe, ima ſummis confundi, interire vniuerſa atque concidere. Collidant atque ſoluantur, quorum eſt natura contraria, niſi maiori aliqua conſtringantur poteſtate: non ſecus ac corporis partes d ffluunt recedente anima, qua in pace tenebantur. Ex acuto & graui ſono aptis interuallis modiſque diſtincto concentus conflatur, gratus auribus, ex diſſimilium vocum temperatione quadam exurgens. Ex ſummis, medijs, infimis ratione ordineque diſtinctis, exiſtit in ciuitate concordia diuinum bonum, bonorum omnium & felicitatis fons. Quid autem aliud iuſtitia eſt, quam ratio ſingularum partium atque ordo inter ipſas & cum ſuo capite maiori aliqua poteſtate? Conuellat naturæ fundamenta atque perturbet, qui iuſtitię cultum eximit à rebus humanis. Hominem ſuperius diximus ſociabilem natura eſſe, conſtare ſocietas qui poſſit ſingulis agentibus quod videtur, quod cupiunt, non autem quod præſcribit ratio? Quid ſine ductore exercitus eſſet, aut Ducis quid induſtria prodeſſet, niſi obſequerentur milites, attributum locum & partes tum ſinguli tum vniuerſi tuerentur? ſic ciuitate regnoque ſublato ordine, expunctis legibus nihil perturbatius erit, nihil imbecillius. Sit ergo fixum, imperia ſine iuſtitiæ præſidio non ſubſiſtere. neque vulgi voces moueant ex eo, quod fieri vident, ſuſceptæ, non ex eo quod æquum eſſet. Fatemur ſæpe in rep. vim & libidinem verſari: fatemur multos eſſe iniuſtitiæ fœditate deformes: ſed ijs ſi ſimiles omnes ſint, nulli æquitatis patroni, nullo iniuriarum vindice ſinguli agant non quod fas eſt, ſed quod colli-

 bitum,

bitum, breui ea reſp. dilabetur & concidet. Multa imperia ſcimus per vim conſtituta, aucta ſcelere, amplificata rapinis: ſed & alia ex conſenſu multitudinis orta defendendo bello, vindicandis iniurijs fines protuliſſe. ipſa iniuſta imperia niſi latis legibus ciues frænent & in officio contineant, breui in præceps ibunt. Nam & prædones niſi latrocinio & rapinis quæſita ex æquitate diuiſerint, prauam ſocietatem legibus ſanxerint, conſiſtere non poterũt. Hęc in commune de iuſtitia dicta ſunt: nunc ſingulæ eius partes conſiderandæ: atque illud confirmãdum niſi eo pręſidio muniatur, omnem potentiam fluxam eſſe. Omnino iuſtitia trifariam à magnis Philoſophis diuiſa eſt: in legalem, & quæ commercio ſeruit, quæque in diſtributionibus verſatur. vnde illis vulgo affiɛta nomina ſunt. Legum obſequio legalis iuſtitia conſumitur. quibus cum omnia virtutum genera ſanciantur, legalis iuſtitię ambitu virtutes omnes continẽtur: legalis iniuſtitiæ, vitiorum vniuerſitas. Finge nunc animo in vrbe aut oppido ciues probris omnibus fœdatos, ignauos, crudeles, impios, alienis fortunis, vitæ, toro inſidiantes, nullo rectore, nulla lege, timore ſupplicij nullo: an eos credas ſtare diu poſſe? Corruant neceſſe eſt nullo impellente pereantque. Homine ſoluto legibus, atque iudiciorum metu, quid truculentius fingi poteſt. quid immanius? quas non ſtrages daret? cuius innocentia tuta eſſet ab iniuria? quod enim ſe continent quidam & prauos impetus frangunt, religio iniecta animis facit, aut metus ſupplicij. aufer vtraque de humana vita, omnia libidinibus, latrocinijs, cædibus, iniuria confundes. Quæ verſatur in commercijs iuſtitia, ſi de rebus humanis auferatur,

fides

fides inter homines peribit, legeſque & iura commercij. Si qui accepit, parem exoluere gratiam, pactum pretium reddere recuſat, quis illi fidendum iudicet? Sublato commercio ſocietas inter homines peribit, & ad ſolitudinem cuncti mortales redigentur: vt ne filius quidem patri fidat, aut filio pater. Quæ ſocietas ea maxime de cauſa conſtituta eſt, vt quoniam vni non ſuppetunt, quæ ad victum cultumque vitæ neceſſaria ſunt, alterna ope cunctorum ſuppleatur inopia: vti in corpore animantis videmus membra inter ſe ſuas functiones participare quodam genere commercij: quo ſublato, quid vita humana calamitoſius eſſet, quid fœdius? Honorum publicorum & præmij æquam diſtributionem eſſe debere, quæ poſtrema iuſtitiæ pars eſt, ſatis indicat ab humano corde ducta ſimilitudo. vnde ſi ſpiritus, ſanguis & vita non diffunderetur proportione quadam, vt cuiuſque membri meritum eſt, aut indigentia, ſed in pauca facultas vniuerſa conferatur, vita conſiſtere non poterit, quæ ex omnibus partibus conflatur in vnum reuocatis concentum. niſi diſcrimina ordinum dignitatumque conſtent, ſi confuſa & permiſta ſint omnia, nihil erit æqualitate ipſa inæqualius. Iuſtitia enim æquitatem conſtituit, ſed ratione quadam impari. Ac vero qui ferant æquo animo ciues, vt qui minores opes prudentiæ dexteritatis, virtutis attulit ad remp. is honores omnes & præſidia reip. vnus obtineat? Vides ſine iuſtitia cõſtare rempubl. haudquaquam poſſe neque imperia vigere? quod antiqui conſiderantes Iuſtitiæ templa quaſi numini conſtituerunt, vti Auguſt. affirmat: intelligentes nimirũ, vti Dei numine ſola terrarum

 guber-

gubernantur, ita ſine præſidio iuſtitiæ vrbes & regna non poſſe conſiſtere. In diuinis etiã libris iuſtitiæ imprimis & ſæpe cura commendatur ijs, penes quos eſt rerum poteſtas. Nulla ergo maior cura ſit Principi quam innocentiæ tuendæ, vindicandæq; prauitatis. quod ſtudium noſtris Regibus fuit ſemper commendatum maxime. is cultus, illos in eam amplitudinem, qualem hodie cernimus, perduxit. Cuius rei multa exempla extant, vindices eos ſcelerum ab omni memoria fuiſſe. Sed vnum inſtar omnium ſit. Miles quidam loco nobili ex eo numero, quos Hiſpani Infanſones vocant, in Calæcis regionum longinquitate an temporum perturbatione confiſus ruſticum quendam bonis omnibus euerterat. Monitus à Rege Alfonſo eo qui dictus eſt Imperator, atque prouinciæ Prætore, vt damma reponeret, ei qui pertuliſſet, obtemperare contempſit. Diſſimulauit in præſenti iram Rex: & cæteris rebus prętermiſſis priuati habitu, quo res tectior eſſet, Toleto in extremam Calæciam delatus, repente militis ædes obſedit, diſpoſitis circum militibus ne poſſet euadere. fugientemque ſupplicij metu comprehendi, atque præ ipſis ædibus laqueo ſuſpendi mandauit. Magnum Principem atque præſtantem, qui vno facto imperij auctoritatem ſanxit atque innocentiam, inſolentis hominis væcordiam vltus eſt, ſuo nomini immortalem laudem peperit. His atque ſimilibus ſeueritatis exemplis factum eſt, nulla vt in gente maior iuſtitiæ cultus ſit. ſummos cum infimis, atque cum his medios quodam ſocietatis iure deuinctos tenent, legibus & auctoritate & populi fauore armati magiſtratus. Sed nimirum ſtultum eſſe ais, nocere tibi

vt

vt proſis alijs. eſtque inſitum animantibus tuendæ vitæ ſtudiũ etiam cum aliena pernicie. Quid enim iuſtus faciet, ſi naufragio facto aliquis imbecillior viribus, tabulã occuparit? An peribit ipſe ne iuſtitiam violet, an aliũ tabula deturbabit, vt ſaluti cõſulat? Quid ſi acie ſuorum fuſa, nactus aliquem fuerit ex infima plebe, adde vulneribus ſaucium, equo inſidentem: eine parcet vt ipſe occidatur, an eijciet ex equo vt ſe periculo eripiat, & ad meliora tempora reipub. ſeruet? ſtultus ſit niſi id faciat, iuſtus ſi deſtiterit. quem locum exequi licet quamlibet copioſe. Sed nimirum qui ita diſputant viam veritatis ignorant. atque cum cæteris animantibus propoſitum ſit modo, vt vitam tueantur ſuam: nõ conſiderant homini præterea humanæ ſocietatis, ſine qua viuere nõ poteſt, iura eſſe tuenda: quibus conſeruandis ſalutis diſcrimen incurrat neceſſe eſt. cum ſit præſtantius bonum publicum bono cuiuſquam priuato. Præterea qui ita diſputant, ij morte hominem deleri putant, neque à rogo ſupereſſe aliquid, ex eaq; perſuaſione is cum multis alijs error naſcitur. Si enim poſt mortem nihil ſumus, huic vitæ vel maxime conſulendum fortaſſis eſſet: ſi autem ſupereſt vita melior, ſapientis erit præſentia contemnere, quorum iactura immortalitate penſatur. Ergo vtraque de cauſa vir bonus & ſapiens nullas ſuſcipiet fraudes, nulli nocebit, vt maxime latere debeat: neque vitæ cupiditate turpitudinem admittet. Quod non ſolum noſtris legibus ſanctum eſt, ſed etiam gentium moribus & prædicatione celebre. Themiſtocles Athenis in concione habere ſe fugato Xerxe dixit, conſilium ad ampli-

ficandum vrbis imperium ſalutare: ſed id tamen vulgari non opottere. Itaque dari arbitrum poſtulauit, cum quo rem totam communicaret. datus eſt Ariſtides excellenti probitatis & virtutis opinione. is poſtquam cognouit claſſem Lacedæmonum (& erat cum illis amicitia) quoniam ad Gytheum ſubducta erat velle incendere, proceſſit in publicum affirmauitque pro concione, Themiſtoclis conſilium vtile quidem eſſe, minime tamen iuſtum videri. Eueſtigio multitudo quod æquum non eſſet, neque expedire quidem proclamauit: iuſſitque deſiſtere. Tantus enim virtutis & honeſtatis ſplendor eſt, vt ſe etiam imperitorum oculis mentique ingerat, ne vnquam à iuſtitia vtilitatem ſecernendam iudicent, commodum ab honeſtate. Quid nos facere conueniat, quibus ſpes eſt immortalitatis propoſita, quorum mentibus cœleſte lumen affulſit? Si rapiatur quis, vexetur, exterminetur, egeat, auferantur manus, effodiantur oculi: viuet tamen virtus atque vigebit, neq; ſuum præmium perdet, primum in præſenti ſuo decore contenta, in futuro deinde mercedem maiorem Deo iudice accipiet, apud quem certa probitati merces eſt.

Capvt XIII.

De fide.

Coniuncta cum iuſtitia fides eſt: neq; eſſe iuſtus poteſt, qui fidem datam violare non dubitat. Ergo Princeps & ipſe fidem colet, qua maxime ſubditorũ fides aſtringitur. nunquam ex commodo fallet, ne prouocatus quidem aliena calliditate.

tate. ſit in dictis conſtantia, veritas, fides: in quibus maius præſidium ponere debet quam in aſtutia. Et miniſtros omnes tum imperij tum aulæ, vt idem faciant, pro virili parte curare debet. Tempori ſeruire, verbis ſimulare, aliud pectore tegere, fronte oſtentare aliud, in turpiſſimis rebus ponere debet. Neque temere Romani fidem in Capitolio iunctã Ioui ſacrauerunt: ſed vt indicarent Ioui caram eſſe fidem, vindicare perfidiam, neque poſſe imperium ſine fide ſtare regiue. Verum de Principis fide paulo plura ſuperius dicta ſunt: de magiſtratibus quales creari opus ſit plura. Nunc quod eſt reliquum, quod agimus, hac diſputatione perſequamur. Quibus hominibus habenda ſit fides, quibus arcana credenda, aut omnino pars aliqua reipubl. Dicam enim & repetam ſæpe, haudquaquam eſſe ſatis Principem omnes habere virtutes, fidem, conſtantiam, pudicitiam, continentiam. Sed eſſe circumſpiciendum diligenter, vt in ea cuſtodia reipubl. omnes miniſtros imperij, ſocijs, ciuibus, & ſubditis præſtet, domeſticos maxime & libertos. Non eſt hæc oratio mea huiuſmodi, vt Principem velim durum in ſuos eſſe, aut nimis ſuſpicioſum: neq; nego multos apud Principem viros bonos eſſe poſſe. Sed niſi diligenter circumſpiciat quantum cuiq; credendum, quibus nihil credendum ſit, offendat ſæpe neceſſe erit. Multis ſimulationum inuolucris natura tegitur, falluntq; vitia, quæ virtutes imitantur. Multi amare videntur ex animo Principem, de republica eſſe ſoliciti, cum potius ſui commodi cauſa ſimulent, fortunã Principis non officiũ conſectantes. obſtat adulatio, blanditiæ peſſimum veri affectus venenum, ſua cuiq; vtilitas. Mihi quidem

dem permagnum videtur inuenire aliquem Principis potius amatorem, quam temporis. præſertim cum ijdem priuatos homines nullos ament fere niſi vitijs ſimiles, Principem amare fingant. Sed ſi cuius fides longo tempore perſpecta eſt, è magnis rebus explorata, nihil eſt quod illi credi nō poſſit. Quod quibus indicijs faciendum ſit explicamus. Ac primum Perſarum inſtituto placet linguam cuiuſq; diſpicere, ſi arcana credita cum fide ſeruat, non metus, non ſpes, non vinum exprimit vocem. Neque enim magnam rem ſuſtinere poteſt, cui tacere graue ſit, cuius magnam facultatem voluit eſſe natura. Homini loquaci dicenda tacenda promēti, nihil me quidem arbitro, committendum erit. Multo minus ei qui ſe violatum à Principe putat, iniuriam pertuliſſe. vindictæ cupiditas acres ſtimulos habet. Iuliano Comiti irrogata iniuria quantas Hiſpaniæ clades attulit? Deinde, ſi quis fidem violauit quamuis prouocatus malo, ei quantum ſit credendum Princeps diſpiciat. mutationi aſſuetus animus nunquam quieſcit. In quo genere quod Henricus Caſtellæ Rex cognomento Nothus filio conſilium reliquit, imprimis memorabile eſt. Aderat morienti Ioannes Manricus Seguntinus Epiſcopus. eo interprete inter alia hoc filio mandatum mittit. In prouincia tria hominum genera verſari, qui ſibi, qui Petro Regi hoſti ſuo, qui neutris adhæſiſſent. Primis data beneficia conſeruaret, honores, præmia. Sed ita fidei eorum credendum, vt perfidiam leuitatemque vereretur. alteris ſatis tuto res communes poſſe commendari conſtanti hominibus ingenio, offenſam officio compenſaturis. fidem diligentia atque induſtria approbaturis. Po-

ſtremos

ſtremos in officio contineret iuriſdictione, legum cura: regni ne vllam partem attingerent, quippe priuata commoda publicæ ſaluti potiora ſemper habituri. Hoc Henrici conſilium eo prudentius ac mirabilius, quod à communi ſenſu atque conſuetudine abhorrere videatur. Quod ſi Petri deſertores in cauſa iudicio orbis & poſteritatis laude probata, haud ſatis fore fidos iudicauit, ei cuius erant partes ſecuti propter ingenij mobilitatem & incõſtantiam: quid de manifeſtis proditoribus ſentiret, qui nulla iuſta de cauſa ſed ſua commoda ſecuti aut dolore vindicando, produnt quibus obſtricti erant? & receptum ab omnibus eſt: proditorẽ exoſum eſſe, eum etiam cuius proditio, quia eſt vtilis, probatur. Quod multis exemplis explicari poteſt. ſed Alfonſo Caſtellæ Rege eo nomine octauo, cum ætate minor arces à proceribus occupatas partem vi, partem voluntate ad ditionem reuocaret, in his Zuritam obſideret locis præruptis poſitam, cuius radices Tagus amnis alluit: accidit vt Dominicus quidam arce egreſſus, qua de cauſa incertum, ſed in Regis tamen caſtris verſaretur. is ſi operæ pretium ſit, arcem ſe redacturum in Regis poteſtatem pollicetur. Re compoſita fugit in arcẽ rixa cum vno quopiam ſimulata. Lupus Arenius arcis præfectus fugitiuum quamuis famulum ad omnia iura familiaria, vt ante facere conſueuerat, cum admiſiſſet: ab eo venturi ſecurus obtruncatur. Arx continuo cæſo Præfecto deditionem Regi fecit. Neque in milites, neque in tecta eſt ſæuitum. Dominico tantum oculi effoſſi. Clarum id in proditores ſeueritatis exemplum fuit: tametſi vitæ neceſſaria ſubſidia, ne fides data violari videretur, compe-

competenter tributa. Quæ tamen non multo poſt de geminato ſcelere glorianti, Regis iuſſu cum vita erepta ſunt. Iuſtiſſima ꝓditionis ea & ſuſceptæ peruidiæ vindicta. Nulla ergo deſertoribus proditoribusue fides à Principe habeatur, ſi remp. ſaluã cupit. Ne auaris quidẽ & pecuniæ auidis, qui omnes vias redigendæ pecuniæ norunt, & eius cauſa in omni vita ingentes fraudes ſuſcipiunt. Quotus enim quiſque eſt tanta integritate, ad quem aurum non perrumpat, quem non proſternant munera? quid ij facient qui natura aut moribus ſunt in auaritiam procliues? Neq; auaritiam cauendam cenſeo, ſed etiam omnia alia vitia. cuicumque enim probro obnoxius eſt, ea parte impugnari animus ac vinci poteſt. Vt credam nihil maioris rei tuto credi, niſi qui omni ꝓbitatis laude conſpicuus ſit, habeatq; deliberatum ac fixum, nullam turpitudinem, nullũ dedecus in omni vita ſuſcipere, nulla libidine pollui, nulla ambitione mala tranſuerſum agi: nõ eſſe in victu cultuq; profuſum: vnde reſarcienda patrimonij iactura ad rapinas deuoluatur. quæ magna labes vitæ & morum eſt, certa pernicies. Alioqui Hiſpanos homines fidei conſtantia, præſertim erga ſuos Principes & rempublicã inſignes eſſe, multa indicio ſunt, neq; vlla magis re tantas mari terraq; res perficimus, ipſiſq; orbis terrarum finibus imperium terminauimus, quam coniunctione animorum, morum integritate admirabili, atq; conſtantia. Sed & ex ſuperiorum temporum memoria illuſtria huius rei documenta exemplaq; extant: ex quibus pauca ſi attigero finem huic diſputationi imponam. Vno tempore vixere, in Caſtella quidẽ Anſurius Vrracæ Reginæ nutricius, in Luſitania

autem

autem Egas Alfonſi & ipſe Luſitani Regis eo nomine primi inſtitutor, par hominum virtute præſtans, neq; minus opibus. Vterque arces ſuæ fidei creditas, Anſurius ab Alfonſo Aragonio Rege, cui nupſit Vrraca, Egas ab Alfonſo Hiſpaniæ Imperatore, mutatione temporum & quaſi diminutione capitis, ſacramento ſoluti veris dominis reddidere, ille Alfonſo Imperatori, Egas Alfonſo primo Regi Luſitano. quo officio functi cum ſatisfeciſſent cæteris, ſibi non ſatisfecerunt: neq; quieuerunt priuſquam vltro ad veteres Principes venirent ſupplices laqueo gulam implicati, vt quando aliud nō poterant, fidei datæ capitibus ſatisfacerent. Viros egregios, admirabilem fidem, vel ipſis quibus iniuriam feciſſe videbātur. Duo alij homines pari nobilitate poſteriori tempore extiterunt, Alfonſus, S. Luciferi regulus, qui ne Tariffam hoſtibus proderet, filiū iugulari in conſpectu tulit, forte ab hoſtibus captū, gladio etiā de muro deiecto, ſi crudelis animis ſententia ſtaret: mox ad prandiū abijt. Edito autē repente vlulatu ad tetrum ſpectaculum occiſi pueri, cū ſe repente è menſa proripuiſſet, clamoris cauſa cognita, ſedatoq; vultu, *Credebam*, inquit, *hoſtes in munitiones penetraſſe*: eoque dicto ad prandium redijt. Garſias Gomecius ſalutis anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, aduerſus Mauros amiſſæ nuper Hiſpalis dolore in fines irruptione facta, arcemq; Cæſarianum, cui is erat Præfectus, obſidentes amiſſis ſocijs omnibus ad vnū, pugnādi finem non ante fecit, quam hoſtes viri virtutem fidemq; admirati laqueo iniecto, de muro vbi ꝓpugnabat, præcipitem datū cepere: capto humanitatem omnē exhibuere, vulneribus etiam magna diligentia

gentia curatis. O magnam probitatis vim atque conſtantiæ, quæ ab immanibus etiam pectoribus expriminis humanitatem & laudem. Verum ante omnes Luſitani hominis fides mihi prædicanda videtur. Flectius is erat Sanctij Regis Capelli nomine Conimbricam obtinens. ea vrbs Sanctio fugato ab Alfonſo eius fratre, qui ad procurationem regni Rom. Pont. conſenſu, & procerum voluntate euocatus erat, diuturna obſidione premebatur: & nunciata tamen is Sanctij morte non prius deſtitit, quam venia diſcedendi impetrata, aperto Toleti tumulo, vbi erat extinctus, claues vrbis in manus daret, his vſus verbis: *Quamdiu Rex viuere te iudicabam, extrema omnia ſum perpeſſus: corijs famem toleraui, ſitim lotio: ciuium animos de deditione agitantium ad malorum patientiam erexi. Quidquid à fideli & conſtanti homine atque in tua verba iurato expectari debuit, præſtiti. Mortuo, tua tibi vrbis clauibus traditis, quod ſupremum officium eſt, ſacramento me ſolutum ciuibus & deceſſiſſe te renunciabo: Alfonſo fratri tuo ne amplius reſiſtant, te concedente ero auctor.* Viri fidem atq; conſtantiam omnibus ſeculis prædicandam, propriam Luſitani generis & ſanguinis laudem.

Capvt XIV.

De pauperibus.

PErfectæ iuſtitiæ atque pietatis opus eſt, imbecillium atque egenorum inopiam ſubleuare, orphanos alere, ſuccurrere ijs qui egent auxilio. Præcipuum id inter Principis munera. Hic diuitiarum maximus & veriſſimus fructus eſt, non vti opibus ad propriam vnius voluptatem, ſed ad multorum

torum ſalutem: non ad præſentem ſuum fructum, ſed ad iuſtitiam quæ ſola non interit. Hoc eſt verum humanitatis officium, copiarum promptuaria benigne omnibus patefacere, quas Deus omnibus voluit eſſe communes. quippe terram cunctis propoſuit, vt fruges, cibos, promiſcue animantium in vſum funderet. rabida & furens auaritia diuina beneficia intercepit, ſibique vendicauit: propriaque fecit alimenta opesque cunctorum. Non ergo mirum ſi tantopere in diuinis libris, pauperum cura commendatur: ſi præcipimus vt ſaltem partem aliquam rei familiaris, quæ in ſuperuacua impenditur, ad meliora conuertas: ſi vnde equos emis, hinc captos redimas, vnde canes paſcis, hinc pauperes alas, quæ inani cultu conſumis, ea ad ſubleuandos egenos conuertas. Nunquam tam maligne terra fruges & neceſſaria ſuppeditat, vt nō omnibus ſufficiant, ſi cumuli frumenti & pecuniarum à potentioribus conſtructi, in commune ad alendosque inopes conferantur. Id enim Deus vult, id eius lege ſancitum eſt: vt quando corrupta hominum natura, rerum diuiſio neceſſario inuecta eſt, ne omnia pauci occupent, ſed partem aliquam ad communes vſus conuertant. O quantum pauperum ali potuit, quantis miſerijs ſuccurri, eo quod in republ. male atq; in vſus inanes conſumitur, veſtem pretioſam qua alitur ſuperbia, cupedias quibus irritatur palatum, & noxiorum morborum cauſæ exiſtunt: quod in venaticis canibus & eorum alimenta inſumitur, quod paraſitis & aſſentatoribus datur. Ergo vt ad rem redeamus, quod Deo placet, id ſit principi propoſitum, ne in republ. quoſdam diuitijs & potentia creſcere immenſum ſinat, ex-

tenuari, quod ex eo neceſſe eſt, ſupra modum alios. Nam & diuites potentia corrumpuntur, cum ſint pauci qui proſperam fortunam ferre poſſint, res ſecundas ſuſtinere: & quot ſunt inopes in rep. tot hoſtes habeat neceſſe eſt, præſertim ſublata emergendi ſpe. Ac vt quidam veriſſime ait: *Homini potentiam quærenti egentiſſimus quiſq; oportuniſſimus: cui neque ſua cara quippe quæ nulla ſunt, & omnia cum pretio honeſta videntur.* Placetque quod Plato ait, vt in artibus contingit, vt diuitijs & inopia deſerantur, cum neq; diues artem amplius exercere velit, partis copijs & otio contentus, neque inops poſſit, parandi inſtrumenta ſublata propter indigentiam facultate. Ita in republica putat contingere, perperam geri cum copijs quidam redundant, alij extenuantur: vt præſtet modum eſſe, & quandam in hoc genere mediocritatem. Multos extenuari in prouincia, bonis euerti graue ſit, neque ſine motu contingit. lupos ſcimus fame cogente irruiſſe in oppida, perdere aut perire neceſſitate obſtinatos. quod alijs contingat animantibus, hominibus multo magis. Princeps ergo vectigalia populis moderata imperabit, commercio ſeruiet & agriculturæ, artes vt in pretio ſint diligenter curabit, potentioribus magiſtratus aut procurationes publicas ipſorum ſumptu demandabit: vt ſpecie honoris obiecta partem diuitiarum cogantur conſumere. ſingulis eos annis in bellum producet, cogetque certum militum numerum armare, quaſi hoſtis laceſſat de finibus, aut bello vltro inferendo. Eo deniq; curas & cogitationes referat, ne vlli potentia nimium creſcant: quod reip. noxium ſit, illis exitiale. inuidioſa enim potentia eſt, multoſq; ſcimus

[illegible] euerſos inuidia populari, vti in Roderico Dauilo & Aluaro Luna conſideramus, immenſas opes, ingentes principatus vtrique malo fuiſſe: nullos maiori noxa confictis tantum de maieſtate criminibus concidiſſe. Atq; ea prima ratio ſit inopiæ ſuccurrendi, ſubleuandi plebem. ſi copioſi effundere cogantur quæ ſine modo aceruarunt, ad plures eæ copiæ pertinebunt: neq; deerit annona vlli, quæ omnibus naſcitur. Atq; vtinam,ô vtinam tanta eſſet beneficentia ciuium, tanta liberalitas vt quod naſcentis eccleſiæ temporibus memoratur, & inter Iudæos diuino præcepto ſuſceptum erat, nulli exiſterent in populo Chriſtiano mendici, qui porrecta ad ſtipem manu vitam miſeram ſuſtentarent. multo illuſtrior noſtræ profeſſionis & gentis facies eſſet. Sed quando noſtri id mores nõ recipiunt in tanta præſertim gentium colluuione, quanta Chriſtiana ſacra populariter ſuſcepit: quod proximũ eſt, detur opera diligenter, vt ij de publico viuant. Quod trifariam fortaſſis accedat. Primum ſi antiquum inſtitutũ reuocetur in mores (quod neſcio cur fuerit antiquatum, niſi quod præclare ſancita paſſim collabuntur,in peius noſtri mores quotidie ruunt) vt ſacris templorũ reditibus alantur egeni. quod ſi primis temporib. fieri poterat in tanta tenuitate, cur modo non fiat, cum iam non magis mole ſua & vetuſtate quam copijs templa laborant fatiſcuntque? Reccaredus Rex cui inter Gotthos Principes gentis noſtræ, Arij væſania reiecta ad catholicam religionem traductæ laus immortalis debetur, Gregorio Pontifici Maximo auri pondus & trecentas veſtes miſit in vſus pauperum eccleſiæ Romanæ. nimirum quoniam egenos, templorum

reditus & vectigalia ſacra ſuſtentabant. Ego ſane nunquam ea mente ſim, vt putem conuenire rebus communibus, ſacrato ordini opes à maioribus traditas detrahi. illud tamen contendo, ſaluberrimum fore, ſi ipſis ſacerdotibus adminiſtris curetur, vt ad meliores vſus magis antiquis conſentaneos conferantur. & quis dubitat multo maiori fructu reipublicæ atque ſacrati ordinis quam nunc fiat, in pauperum vſum collocari & quaſi poſtliminio veris dominis reſtitui? Et vero quantus numerus pauperum ijs reditibus ali poterat, populares eo grauiſſimo onere leuari, quod iam vix ferunt, pleriſq; è ſacrato ordine luxu diffluentibus: vnde greges innumeri egenorum viuerent? Itaque nullis alijs hoſpitijs ad alendos, curandos, excipiendos inopes & peregrinos eſſet opus, ſi eæ opes conuerterentur ad vſus ſalutares. Quod ſi quibus locis tenues ſunt templorum reditus, id fieri non poſſit: cur non tentaret id Princeps in præcipuis vrbibus Hiſpaniæ, vbi ingentes copiæ ſacerdotum ſunt: & ſuperuacaneis impenſis detractis, ea ſalubriter in pauperes conſumi curaret? Verum deſperatæ curationis vulnera, reipublicæ vetera carcinomata ſtylo amplius contrectare, non vacat periculo & inuidia: locum indicare intento in fontes digito ſatis habeam. Admonere etiam non ſemel à Patribus recentiori memoria fuiſſe ad minuendam mẽdicorum multitudinem excogitatum atque præceptum, vt vnaquæque ciuitas & oppidum ſuos inopes alat, ne tanta erronum turba ſine fructu tota prouincia vagetur, ſine ope ſine lare familiari. Ita certe duobus concilijs Turonicis ſancitum inuenio. Quod ſi excuſet aliquis regionum quarundam ſterilita-

ſterilitatem, vnde examina inopum prodire eſt neceſſe: temporum & annonæ caritatem, quibus migrare pauperes opus habent auium in more ex alijs locis in alia, vbi ſaginæ maior facultas eſt: non negabo ſuppetere graues difficultates rei perficiendæ. Sed quid vetat quodam temperamento tentare, an ſatius ſit vt pauperes ſuos quæq; ciuitas alat de publico: externis mendicis venia detur errandi, ſi qui nolint aut non poſſint domi manere, ea lege tamẽ, ne vltra triduum in eodem oppido commorari externis fas ſit, niſi forte ea vita abdicata, alicui arti aut miniſterio ſe velint addicere? Fortaſſis ea ratio multo tolerabilior erit, quam ſi ijſdẽ locis vbi ſunt nati, hærere ſemper quaſi ad calamitatis ſcopulos cogantur. Atq; hæc ratio ſi teneretur, quod ſæpe tentatum eſt, ſæpe intermiſſum, quominus hoſpitia generalia præſertim in pręcipuis tota ditione vrbibus conſtitui poſſint, nihil vetabit. Vt enim nunc res ſunt, tanta mendicorũ multitudine vaganti per vrbes & oppida, quę ratio eos continendi iniri poſſit? ſi numerus minuatur, maior facultas exiſtet. ac præſertim velim annuos reditus deſignari, & conſtitui vnde ſumptuum pars certe aliqua toleretur. Alioqui quotidianis eleemoſynis publice collectis non facile omnes inopes alantur. Quos tamẽ proderit in claſſes eſſe diſtinctos, ac vero ſi facultas adſit domicilijs etiam diſcretos. quod antiquis temporibus factum puto, & eius rei in legibus Caroli Magni veſtigiũ aliquod inuenio. Sic Xenodochiũ peregrinis hoſpitio excipiendis, Ptochotrophium alendis pauperibus, Noſochomium ægrotis curandis, Orphanotrophium pupillis inſtituendis: ne paterna cura & ope deſtituti vitijs intempeſtiuis

corrumpantur. Gerontochomium ſenibus alendis deſtinata domus. Bephrotrophium denique, vbi expoſiti infantes datis nutricibus alantur ad iuſtam ætatem: ætas imbecilla & præſidio indigens conuenienti ſubſidio tegatur. Quæ eſſent omnia Chriſtianæ pietatis officia cœleſtibus grata, reipublicæ vniuerſæ ſalutaria, verusq; & honeſtiſſimus vſus datarum à Deo diuitiarum.

Capvt XV.

De prudentia.

AD cætera ornamenta virtutum, quibus Princeps inſtructus eſſe debet, prudentiæ præſidium accedat, lumen præferens quod ſequatur. Eſt enim prudentia vis animi in omnes partes proſpicientis, ex præteriti memoria, inſtantia ordinantis, futura prouidentis, ex manifeſtis conijcientis arcana. Quod ſi priuatis difficile eſt in tanta rerum varietate, tam incertis hominum voluntatibus non offendere: quid ſummo rectori contingat, cuius prouidentia res publicæ & priuatæ continentur, & quaſi in altiſſima ſpecula conſtitutus, inde debet proſpicere in omnes partes? quanta cautione opus habet, quantis viribus ingenij, ne magnitudine negotij obruatur: ne capiatur inſidijs multorum ad ſua commoda rapientiũ quęcunq; agunt & dicunt, ficta beneuolentiæ ſpecie fallaces? Omnibus præcipere, multis placere diſſidentes voluntates conſtringere, atq; in pace & officio continere quantus labor? quam difficilis prouincia ita ſeueritatem cũ benignitate miſcere, vt neq; facilitas aliquid de auctorita-

authoritate detrahat, neq; maieſtate beneuolentia in ſubditorum animis minuatur? Eo amplius attentio excitanda in re omnium maxima & difficillima eſt, iuuandaq; aliquot documentis induſtria. Ratione plura & maiora efficit homo, quã vires eius exiguæ patiantur. Quis ingens palatium magnis cæmentis & molibus, vaſtis columnis ad culmen vſque perductum, crederet humanis viribus, qui neſciret ratione potius & artificio, quam humeris & lacertis fuiſſe factum? quæ incredibilia videbantur, ea ſapientiæ præſidio prꝗſtantur. Omnino prudentia, ingenio, vſu, & præceptis paratur. Ingeniũ quidem cœlo datur, nulla arte: fruſtraque labor ſit, ſi Princeps tenui iudicio contingat, nullo acumine. natura inſita vitia quis euellat? quis mutet in contrarium? quæ tamẽ ferenda ſunt ac diſſimulanda. quo modo ſoli ſterilitatem, pluuiarum inopiã, & cætera naturæ mala, ſic Principum vitia toleranda: neque enim continua ſunt, ſed melioribus ſuccedentibus penſantur. Deinde, non eſt continuo deſperandũ. ſicut in arboribus & animantibus, ſunt quædam peruenientia ſero ad maturitatẽ. Sunt deniq; quæ diligenti cultura opus habent. ipſa naturꝗ vitia mitigantur recta inſtitutione, frequenti vſu & præceptis caſtigantur, excitatur ingenium. nos inepti deſperatione concepta initio, medicinam facere non curamus, ingenio indulgere damus. Verum de hac re paulo plura ſuperius dicta ſunt. Vſus certe multarum rerum Principi accedentibus annis deeſſe non poteſt, quo potiſſimum prudentia paratur: vix vt credam ingenium tam tardum contingere poſſe, vt nõ expergiſcatur tandem, ac diſcat quid facto opus ſit: ex memoria præteri-

temporis & comparatione rerum, aut per ſe iudicare, aut ex erratis ſuperioribus alieno conſilio & iudicio obtemperare, quod ſi etiã acutiſſimis Principibus remedium ſalutare. Scite mihi Ioannes Luſitianę Rex eo nomine ſecũdus dixiſſe videtur. Imperium prudentes Principes accipere, aut facere commercio perpetuo hominum in omni ſapientiæ parte præſtantium, quales in aulis Principũ ardenti ingenio verſantur: & qui cum Principibus loquuntur, ij accurata prudentiq; oratione, quæ dicunt ſeq; ijs vel maxime conantur probare. quod inſtar multarum præceptionum ſit, ſecundum diuinam opem, quam cœleſtem lucem implorando debet is Salomonis exemplo caſtiſſimis precibus dies noctesque flagitare. Adiungat etiam librorum frequentem lectionem, hiſtoriæ præſertim. quod Demetrius Phalereus praæeptum dedit Ptolemæo Philadelpho. vt quando aulici ad gratiam loquuntur, caſtigare errata nemo audet: mutos certe magiſtros audiat ſæpe ſalutaria monentes, legentis vitia in alijs accuſantes. Sed & omnia quæ hactenus de ſingulis virtutib. & omnibus vitę principalis officijs ſunt dicta, ad prudentiam comparãdam referri debent, cui cætera ſubſeruiunt: ſine qua reliquæ vite partes iaceant in tenebris atq; in cœno neceſſe eſt. Verum ne hac quoq; parte noſtra diſputatio defecta videatur, quædã proprie de prudẽtia adijcienda præcepta ſunt, atq; diligentia Principis in re omnium grauiſſima adiuuanda. Atq; illud imprimis frequenter inculcandum, ne Princeps quantauis prudentia, quantocunque rerum vſu ſibi fidat, quod eſſet certe noxium: ſed potius rebus gerendis prudentium virorum conſilia requirat, ſenten-

tiam ſciſcitetur, iudicium ſequatur. Multi ad m loquuntur ſat ſcio, vituperant quos odio t, nihilque eſt in rebus humanis, quod peri- acet: ſed delectus conſultorum tamen eſſe . Princeps ſi ſui capitis ſit, priuatos ſæpius af- quam rationis momenta ſequetur: aulico- elationibus deceptus feretur in præceps. vt ſi ſit, tardo ingenio Principem malim, audiat o, quam acuto & perſpicaci ſi præfracto. Non quidem in conſilium adhibendi præſertim re erata, quorum tanta auctoritas ſit, vt quod di- x , ſenſerint, iudicarint, facto opus ſit. Verum id priuatis ſalutare conſilium ſit, in Principem vix cadat: ſiue quod in ea vigilia conſtitutus nihil præiudicatum afferre ad concilium debeat, auditis potius ſententijs quod in rem ſit ſtatuere: ſiue quod Principi ea maieſtate nemo quantauis auctoritate imponat neceſſitatem. libera ipſi dijudicatio in omni deliberatione relinquatur. Ne quis tantum ſibi arroget apud Principem cauendum eſt, vt aliquam reip. partem, nedum vniuerſa de rep. conſilia ad ſuum arbitrium reuocet. *Indicium non magni Principis eſt (quod ſæpe repetam) magnos habere aulicos.* Nam ſi quis ſuæ ſortis, & maieſtatis oblitus liberius æquo ſententiam dicet, diſſimulandum arbitror. nemo dicendi libertatem, ne ſtolidum quidem cōſilium luere debet. deerunt qui ſuadeant, ſi ſuauiſſe periculum afferat. Deinde commotæ multitudini repugnare non debet. inſtar torrentis eſt, obuia quęque ſubnertit. ad breue tamen tempus inflatur. vbi reuerentia exceſſit animis, ne Principi quidem parcunt. arte quadam componendi ij fluctus ſunt. Diſſimulandum tantiſper, precibus concedendum

X 5 etiam

etiam aliquid meo iudicio aliquando. Sedato tumultu quorum præcipua noxa erit.ijs irrogare ſupplicia nihil vetabit,ſed carptim ac ſingulis: quod ad conſenſum multitudinis extenuandum ſaluberrimum remedium eſt. Othone Imperatore ſalutato Romæ,interfectoque Galba, militum arbitrio,qui imperium detulerant, vertebantur omnia. ad ſupplicium poſcebantur etiam innoxij inter alios Marius Celſus Cos. deſignatus, cuius innocentiæ atq; induſtriæ quaſi malis artibus infenſi erant. Eum Otho furentis multitudinis periculo, ſimulatione iræ vinciri iuſſum exemit. Qua arte recentiori memoria Carolus Salerni Princeps ſeruatus eſt. Victus enim & captus à Rogerio Lauria in pugna nauali Meſſanæ tenebatur. In ea vrbe à Siculis capitis ſententia damnatus eſt. Corradini necis exemplum ab eius patre Neapolitano Rege iniuria perẽpti, in eũ vertere deſtinabant. Aragoniæ Regina cuſtodiri iuſſum, conſultoq; Rege maiores pœnas daturum dictitans eripuit exitio. Ne vitia quidem vno impetu conuellenda ſunt, præſertim ſi altas egere radices. Aſſuetis vulgus libentius ſtat,etiam cum vſus manifeſte arguit:putrida vlcera ſæpe manu contrectata ſæuiunt amplius, & medicas auerſantur manus. Impetus ergo furentis multitudinis arte potius quam vi aperta frangatur. Imo nunquam Princeps in republica conabitur, quod ciuibus probare non poſſit. ſiue bellum gerendum ſit, ſiue vectigalia imperanda, ſiue noxij plectendi, multitudinis iudicium plerumque ſequatur. neque enim vt corporibus ſic animis vis afferatur. & debet Rex, niſi id nomen exuat, volentibus imperare. quod in imperio

perio tam late fuſo præceptum ſaluberrimum ſit. Suum cuique nationi iudicium eſt. id quoniam euelli non poteſt, Princeps ſequatur: ne alienatis animis pacem turbari contingat. Sunt qui beneuolentia duci amant, ſunt qui ſuppliciorum metu cedunt. non paucæ gentes viros clariſſimos etiam extrema exempla promeritos, legi ſubijci crudele arbitrantur. Sapiens Princeps qui qua re putat iuuari rempublicam poſſe quam prouincialibus probari, ea vtitur ad imperium gubernandum. Ad hæc præmio & pœna, metu & ſpe rempublicam quaſi quibuſdam neruis contineri ſuperius eſt dictum. De vtraque re cum multa præcipi poſſint; admonere id ſatis habeam: curandum diligenter ne in ſubditorum animis ij affectus conſumantur, alantur potius arte. Conſtat etiam metum non eſſe prorſus idoneum officij magiſtrum, neceſſarium tamen. In tanta colluuione prauorum hominum, niſi metus contineat, inania omnia remedia erunt. Curandum præterea, vt maiora ſinguli timeant, quam quæ patiuntur in præſentia. natura enim metus infinita res eſt: dolendique modus quidam eſt, non timendi. nam dolemus quantum patimur, timemus quantum pati poſſumus. Nunquam ergo vim ſuam rector & poteſtatem exhauriat vindicandis ſceleribus. ſed ita ſeueritatem benignitate temperet, vt maiores ſingulis & vniuerſis terrores, quam pro præſenti conditione proponantur. ea tutiſſima ratio eſt ne à ſubditis contemnatur. nihil imbecillius crudelitate ſcilicet. Spem conſumere contingat ſane bifariam. beneficijs omnibus in vnum paucoſve collatis, ita vt nihil

amplius

amplius ſperet. qua profuſione præter alia incommoda, ſegnes ij ad obſequia reddantur: cum homines ſpes magis moueat quam gratia. Deinde beneficia odio mutantur. ſublatum cupiunt quaſi creditorem, vndeq; nihil amplius ſperant, accepta ſoluendo non ſunt. Sint ergo dona frequentiora quã magna, ſic enim maiorum ſpes ſtimulabit beneficiorum, & in officio vigilantes ſubditos faciet: neq; exhaurietur liberalitatis fons, copijs omnibus & honoribus in vnum collatis. Sed neque econtrario ſpem exhaurire debet ſublata alicui penitus ſpe emergendi. ſi cui ignoſcendum putabit, quamuis ſupplicium pro merito, neque crimina ab eo facta credere oſtendat, & ad gratiam relictum aditum. alioqui quædam beneficia odimus, meruiſſe mortem aut exilium fateri pudet. Supereſt vt malit iniuriam accepiſſe videri, quam vitam. ita excluſa ſpe inſidijs & proditioni opportunitatem captabit: reipubl. aut Principis malo ſuum dolorem atq; ignominiam cooperire ſtudebit. In animis ſubditorum, quoad fieri poterit, beneuolentiam excitare non deſiſtat, bonis artibus popularis. vox illa tyranni eſt: *Oderint dum metuant.* vix vnquam Princeps aliquis populi inuidiam ſuſtinuit. habitu & inceſſu & cultu modeſtiam præferat. Omnibus aut plurimis benefaciat. ſi qui petent, quod dare fas nõ eſt, ſpem tamen faciat, & voluntatem concedendi oſtendat, blandis verbis compellet: atque illud caueat, ne à conſpectu eius quiſquam triſtis abſcedat. in ſummo imperio verborum acerbitatem adiungere grauiſſimum eſt. Iracundiæ frænos laxare priuatis turpe eſt, Principis rationes vehementer labefactat. Si aliquid negandum eſt, ſi ſeueritate vindicanda peccata

per alios faciat. Ad caſtigandos populi mores, ultum ſedandum, commodum erit aliquando es ſeueros dare: quos vindicata prauitate perctos officio, & ad examen vocatos, ſi quid in ſtate deliquerint, ſeueriſſime puniet. ſic praui- profligata, ſtudia nihilominus multitudinis Principem conſtabunt. blandi magiſtratus ſæ- Principis inuidia peccant, ſeueri nonnunquam ria. Sit animo fixum, nulla re tum Principes tum atos moueri magis quam vtilitate: neque vlla a fœdera putet, nullas amicitias, vnde nihil ſperatur commodi. Ea ergo ſpe cunctorum deuinciat voluntates, id fidei ſtabilimentum tutiſſimum credat: vt ſunt hominum ingenia. Sed & homines ignobiles nulla inſigni virtute repente quaſi tenebris in lucem productos, ab obſequijs domeſticis & aulæ ſordibus ad ſummos honores transferre, ſine inuidia & animorum certe motu non contingat. quæ labes in Caſtella potiſſimum viguit Henrico Rege eius nominis quarto. Michaelem Irantium equitum Magiſtrum creauit, Gometium Soliſium nobili quamuis genere, tenui fortuna, vulgo Cacerium à patria dictum, aulæ Procuratorem primum, deinde militum ſuffragio Alcantaræ Magiſtrum: Aluarum Gometium à commentarijs multorum oppidorum poſſeſſione auxit, quales homines, quali induſtria, quibus parentibus? Eruditioni quidem eximiæ, prudentiæ ac virtuti militari, nihil clauſum eſſe, nihil denegari debet: atque vt in equis, tauris, & canibus propriam cuiuſque virtutem & indolem potius quam ſtirpem conſiderare debet, qua ex familia, quibus parentibus. Sed gradibus quibuſdam, meritis & induſtriæ præmia exæ-

quabit,

quabit. Præſtantis virtutis in bello exemplum ponamus. Quo tempore à Ferdinando Rege Sancto Hiſpalis obſeſſa tenebantur, Garſias Vargas ciuis Toletanus inſitæ virtutis magna & illuſtria documenta dedit. Ad ripam fluminis is & ſocius diuulſi à cæteris, neſcio quo contendebant: cum ecce ſeptē Mauros equites conſpiciunt. Socius cedendū monet. Garſias, ſi certa pernicies ſit, perſtandum tamē affirmat: neque turpi fuga, ignauiæ ignominiam ſuſcipiendam. Simul dilapſo ſocio arma ſumit. hoſtes cognito quis eſſet, certamine abſtinent. Progreſſus aliquanto ſpatio erat, cum induendo galeā decidiſſe reticulum capitis animaduertit. iiſdem veſtigijs redit. miratur Rex, nam forte ex caſtris diſpiciebat, certamenque repetere putat. ille ſumpto reticulo Mauriſque in detrectandi certaminis conſilio perſtantibus incolumis ad ſuos ſe refert. Eo maior gloria fuit, quod ſocius quis eſſet prodere, quamuis ſæpe rogatus ſemper recuſauit. Accidit aliquando vt Garſiam miles accuſaret arcano, quaſi vndantem clypeum alienæ familiæ inſigne geſtaret. Nulli patientius vituperationes ferunt, quam qui maxime probro carent. diſſimulant in præſenti iram, deinde impetu à noſtris in Trianæ (ſuburbium id Hiſpalis eſt) munimenta facto, tamdiu in certamine perſtat, donec lapidum & telorum imbre clypeo & armis concuſſis vix euadit. tum ad æmulum ſe tuto loco tenentem, *Inſignia,* inquit *gentis merito nobis detrahis, qui his obijciamus periculis, tu cautior cui integra ſunt.* Ille pudore ſuffuſus culpam agnoſcit, veniam petit. dat ille non inuitus contentione virtutis vltus iniuriam. Tali virtuti quocunque ex genere ſine offenſione, contra magno po-

puli

plauſu opes dentur, honores & magiſtratus. ...nquam aduerſus aliquem nullo crimine, nullo ...latore iudicis perſona depoſita ad vim domi...onis conuertatur, quod eſt tyranni proprium. ...enim in alteram partem decernit inaudita cau... forma iudiciorum immutata, ius licet decer... iniuriam tamen facit. Quo in genere Ferdi...di in ius vocati Regis exemplum memorabile ...ctendis Caruaialliјs fratribus ſuperius commemoratum eſt. Iacobi Aragonij Regis conſilium, quod Alfonſo Regi Sapienti genero ſuo dedit adijcere placet. Venerat is Burgos ad nuptias Ferdinandi Principis, nepotis ſui honeſtandas. Ibi prouiſa quæ imminebat, tempeſtate ex alienatione Caſtellæ procerum, Alfonſum grauiſſimis verbis caſtigauit, deditque præcepta vt à ſubditis amari, quam timeri mallet, Reipublicæ ſalutem in ciuium beneuolentia eſſe, exitium in odio. Omnes regni ordines ſibi conciliaret: certe Præſules & plebem imprimis complecteretur, quos procerum inſolentiæ opponeret. De nullo occulte ſuppliciũ ſumeret, formidinis indicium, maieſtatis dedecus. Ergo iudicium ſententijs conſentientibus atque ſuffragio, Princeps nefas putet ſecus de re propoſita ſtatuere. alioqui certam peſtem, grauia incõmoda denuncio, ſi iudicium ſuum aut aulicorum ſequatur. Flagitia prohibere potius debet, quã vindicare. eo conſilia, inſtituta, legeſque referantur. Et eſt medicina præſtantior quæ morbum prohibet, quam quæ ſanat ægrum. In quo Perſarum leges laudantur. Finis præcipiendi non ſit. ſed Princeps tamen ne minima quidẽ negligat, vnde maioris rei momentũ exiſtat. Quantulæ ſunt guttæ? Sed

ex ijs

ex ijs tamen inflantur amnes, euertuntur vrbes. neglecta ſcintilla ſæpe incendium excitauit. Alioqui alta diſſimulatione opus habebit, vt remp. adminiſtret, colligat ciuium beneuolentiam. mentiri & fallere nunquam Principi concedam: ſed niſi conſilia tegere didicerit, omnibus etiam noxijs benignitatem oſtentare, multis ſæpe difficultatibus implicabitur. Eo ſtudio expeditionem ſæpe adornabit, claſſem inſtruet, delectus militares habebit, ſi res feret inferendi defendendive belli voluntate, ſin minus ad excitandam ſuorum induſtriam, vicinorum Principum animos ſuſpendendos, vires nouo ſumptu debilitandas. Ipſis etiam, quos mittit legatos, conſilia intima cælabit. hallucinantes melius exequentur ſui Principis mandata. Mediam viam ſequi vitatis extremis ſit ſæpe ſalutare, niſi tempora incidant, quibus in partem alteram ſit neceſſario inclinandum. Multa huius exempla ex noſtra hiſtoria peti poſſunt. neque aliud Ioannem Caſtellæ Regem eo nomine primum magnis calamitatibus implicuit, quam quod petendo Luſitaniæ regno poſt ſoceri mortem, quodam temperamento inermis ipſe præceſſit, copiæ militares longo interuallo ſunt ſubſecutæ. & erat ſalutarius aut continuo Luſitanos inuadere omnibus viribus: aut armis poſitis iure diſceptare. illata arma hoſtes pararunt, mora ſe colligendi hoſtibus præbuit opportunitatem. Sed ex hiſtoria Romana, quo tempore Romanæ copiæ ad furcas Caudinas à Samnitibus cinctæ indagine tenebantur, nulla euadendi ſpe, rogatus Pontius Samnites per legatos quid agendũ videretur, dimittendos ſine noxa cenſuit. eo conſilio reprobato cenſuit denuo ad vnum perimẽdos.

in al-

in altero Romanorum beneuolentiam adiungere volebat, in altero hoſtium vires in multos annos debilitare. Confectum ſenio cum cæteri Samnites parum valere mente iudicarent, ſub iugum miſſis Romanis copijs, hoſtes integris viribus in ſuã ipſorum perniciem ea ignominia irritarunt, atque inepti conſilij pœnas breui dederunt, vanaq; ea lætitia euaſit. In bello cauta potius conſilia cum ratione probet, quam felicem temeritatem. Nihil à Principis rationibus magis alienum, quam reip. ſalutem in caſum dare fortunęq; permittere. Itaq; victorem aliquando ſupplicio vindicabit, ſi modum exceſſit: victum ducem ſubleuabit, ſi ſe caute & prudenter in pugna geſſit. Placetq; Carthaginenſium ràtio & mos in crucem agentium duces quamuis victoria parta temerarios: quæ Lacedæmone quoq, ſeueritas viguit. Poſtremo inſtar omnium pręceptionum ſit, vt ita ſe Princeps in poteſtate gerat ac ſi precario data eſſet, neq; hæreditaria neq; propria. Sic aget tutiſſimus: optimuſq; Princeps erit. in tranquillitate ſummaq; pace de tempeſtate cogitet, ne repente exorta dormientem, incautumq; opprimat. feræ ſimilem ferocis multitudinem credat: facile quamuis manſuefacta redit ad ingenium. equus indomitus eſt, incautum & ſine regendi arte ſeſſorem dorſo excutiat. & eſt ea conditio regiæ poteſtatis, quod Ariſtoteles monuit, vt facilius diſſoluatur cæteris principatuum generibus, quoniam volentibus ciuibus conſtituta, volentibus imperat Ergo ſuorum beneuolentiam colligat, voluntates alliciat, offenſas populi vitet, prohibeat iniuriam, det ſalutem, honores, præmia, opes quamplurimis largiatur. Ita deniq; ſe gerat, vt omnes intelligant, plus illi quam

ſuis ſinguli parentibus debere. In pace de bello cogitet: equos arma paret, arces ædificet, præſidia diſponat: cum propinquis, cum longinquis fœdera iungat. ita pacem amplectatur, vt de belli cura & ſubſidijs nihil remittat vnquam. quo maiori ſolicitudine erit, eo aget ſecurior, æternaq; erit poteſtas. Et quoniam de conciliandis externis Principibus dictum eſt, id potius per legatos præſtet, quam vt ipſe ad colloquium accedat. quod vix vnquam ſine offenſione contingat. De qua re præſtat Philippum Comineum audire, ſuperioris quidem ſeculi Gallicum hiſtoricum, ſed cum veteribus comparandum, ex Gallico meis verbis loquentem Latine. *Stulte, inquit, pari potentia Principes faciunt, cum in colloquium conueniunt ipſi, decurſis præſertim adoleſcentiæ annis, iocisq; & luſibus, quibus ea ætas eſt dedita, æmulatione ſuccedente. neque ſine periculo inuicem contingat, neq; ſi id abſit, opera pretium aliud ſit, quam inuidia odiumq; maius. vt commodius ſit controuerſias inter Reges, & ſi quid aliud negotij eſt, per legatos viros prudentes componi. Multa me vſus docuit. ex iis quædam exempla proferre commodum arbitror. Nulla prouinciæ in piorum natione maiori fœdere deuinctæ ſunt, quam Gallia Caſtella, amicitia Regum cum Regibus, gentis cum gente omnibus execrationibus ſancita. ea amicitia freti Ludouicus Rex Galliæ eo nomine vndecimus paulo poſtquam regium inſigne deſumpſit, & Caſtellæ Rex Henricus ad fines vtriuſq; prouinciæ conuenere. Henricus Fonterabiam acceſſit, ſeptus ſplendido comitatu. magnus D. Iacobi Magiſter, Toletanus Archiepiſcopus ſequebantur: ante alios Ledeſmia Comes Henrico intimus. Rex Gallus ad D. Ioannis fanum reſtitit, multis de more proceribus ſtipatus. plerique ex vtraq; gente Baionæ erant, primo aduentu rixati grauiter*

uiter. Affuit Regina Aragoniæ: cum Henrico lis erat de Stella, aliiſque Vaſconum oppidis Regis arbitrio permiſſa. Ad fluuij quo ab Hiſpanis Gallia dirimitur, citeriorem ripam ſemel aut ſecundo ſunt collocuti breuiſſime, quantum D. Iacobi Magiſtro & Toletano eſt viſum, penes quos rerum arbitrium erat. Eo à Rege magnis culti officiis ſunt, ad D. Ioannis oppidum accedentes. Ledeſmiæ Comes auro intexto velo fluuium tranſmiſit, cultus par, ocreæ elegantes gemmiſque diſtinctæ erant. Henricus fœda facie, veſtium forma ineleganti ingrataque Gallis. Rex noſter vili cultu conſpicuus, breui veſte, galero vulgari plumbea imagine aſſuta. Inde dicteria ſannæque cum Hiſpani ſordes & auaritiam interpretarentur: ſic nullo operæ pretio conuentus ſolutus eſt, niſi quod inter vtroſque proceres eæ conſpirationes ſunt factæ, quibus Henricum ad mortem vexatum, deſertum à ſuis & ad miſeram conditionem redactum ipſe vidi. Aragoniæ Regina pro Henrico, à Rege noſtro pronunciatum dolebat: tametſi bello Barcinonenſi laborantibus tulit opem. excepit ex eo nonum inter Aragonios & Gallos bellum ad hanc diem ſedecim iam annis continuatam. Ad alia eſt progrediendum. Carolo Burgundo annitente eius & Friderici Cæſaris, qui nunc eſt ſuperſtes, Treuiri colloquium fuit de rebus multis, ac nominatim de filiorum coniugio. Multis in ea vrbe diebus conſumptis Cæſar haudquaquam ueritus iura hoſpitij, Carolo inſalutato diſceſſit, magno eius probro ignominiaque. à Germanis ſplendidus cultus, cum quo Dux venerat, magna impenſa factà videbatur quaſi ſuperbiæ & arrogantiæ argumentum, & ad oſtentandas principatus opes comparatus. Burgundis Cæſar ob vilem cultum exiguumque aulæ comitatum contemptui erat. Neque conſtitit inuidia priuſquam in bellum prorupit, quod ad Noueſium ge-

Y 2 ſtum

ſtum eſt. Eduardus Anglus cum Carolo Burgundo ſororio in Atrebatibus ad D. Pauli fanum biduum modo fuit. viſa refero. Regij in factiones ſciſſi ad Carolum vtrique ſuas querelas detulerunt: Eo ad alteros magis propenſo inuidia creauit. Illud extitit congreſſus pretium. Eduardus ad regnum recuperandum, vnde à Veruicenſi Comite erat pulſus, milite, pecunia, nauibus eſt adiutus: neque commota ſemel inuidia ſedata eo officio eſt: neque inter ſe amplius bene ſenſerunt inuicem, neque locuti ſunt bene. Vidi cum Comitem Palatinum Rheni, Carolus Burgundus Bruxellis ſplendide acceptum plures dies benigne habuit. neque fructus alius extitit, quam mutua obtrectatio. Germanos Burgundi quaſi ſordidos lectoſque ſplendide ſtratos inficientes ocreis accuſabant. Illi contra inuidia ſtimulati luxum Ducis & oſtentationem vituperabant. Ergo neque inter ſe amarunt, neque vſui inuicem fuerunt amplius. Venit ad Carolum Sigiſmundus Auſtriacus. aderam ipſe. Pfirtenſes, cum ab Heluetiis tueri non poſſet, centum millium florenorum pretio vendidit, ſuperiori Burgundiæ coniunctos. Idem, pace cum ea gente facta ditionem recepit retento pretio, vnde innumera mala Burgundo euenere. Interfui cum Rex & Eduardus Anglus ad Picenium oppidum prope Ambianos conuenerunt, de quo plura deinde dicenda ſunt. ſed poſitis quamuis inter eos Reges armis, non conquieuerunt tamen odia, neque quæ pacti ſunt, magna ex parte præſtiterunt. Sic vt conſultius putem, ea Principes vitare colloquia, ſi ſaluam amicitiam cupiunt. fieri enim non poteſt, quin inter aulicos de præteritis ſermo recurrat, non abſque moleſtia iurgiiſque. Aliis ſplendidor ſit cultus neceſſe eſt: inde ioci ſaleſque. lingua, moribus, inſtitutiſque diſcrepantibus eadem placere qui poſſint? Principes alter altero honeſtiori facie, decentiorique cultu eſt:

tu eſt: illi prædicari à multitudine iucundum eſt, vituperari ingratum alteri. dimiſſo hæc conuentu iactantur, primum occulte, deinde palam, & in circulis. nihil enim ita arcanum eſt quod non efferatur in vulgus, prodeatque. Hæc Comineus.

CAPVT XVI.

De ſpectaculis.

PVblicam ludorum inſaniam, quæ ſpectacula nominantur, ſeparata diſputatione pro virili parte caſtigauimus; multiſque argumentis & maiorum teſtimonijs confirmauimus, theatri licétiam, de qua potiſſimum laborandum eſt, nihil eſſe aliud quam officinam impudicitiæ atq; improbitatis: vbi omnis ætatis, ſexus & conditionis homines deprauantur: ſimulatiſque & ludicris actionibus ad vitia vera informantur. Admonentur enim quid facere poſſint, & inflammantur libidine, quæ aſpectu maxime & auribus concitatur: puellæ præſertim, & iuuenes, quos intempeſtiuis voluptatib. infici graue eſt, atq; reip. Chriſtianæ exitiale malum. Quid enim continet ſcena, niſi virginum ſtupra, & mores proſtituti pudoris fœminarum, lenonum artes atque lenarum, ancillarum & ſeruorum fraudes verſibus numeroſis & ornatis explicata, ſententiarum luminibus diſtincta, eoque tenacius memoriæ adhærentia, quarum rerum ignoratio multo commodior eſt? Hiſtrionum impudici motus & geſtus, fractæque in fœminarum modum voces, quibus impudicas mulieres imitantur, quid aliud niſi ad libidinem inflammant intuentes, per ſe ad

vitia ſatis procliues? An maior vlla corruptela morum excogitari poſſit? Quæ enim in ſcena per imaginem aguntur, peracta fabula cum riſu commemorantur: ſine pudore deinde fiunt, voluptatis cupiditate animum titillante: qui ſunt veluti gradus ad ſuſcipiendam prauitatem, cum ſit facilis à iocis ad ſeria tranſitus. Recte enim atque ſapienter Salomon, *Quaſi per riſum*, inquit, *ſtultus operatur ſcelus.* Turpia enim atque inhoneſta factu, dictuque dum ridemus, approbamus: ſuoque pondere prauitas identidem in peius trahit. Cenſeo ergo, moribus Chriſtianis certiſſimam peſtem afferre theatri licentiam, nomini Chriſtiano grauiſſimam ignominiam. Cenſeo Principi eam rem vel maxime curæ fore, ne aut ipſe ſuo exemplo auctoritatem conciliet arti vaniſſimæ, ſi frequenter interſit ſpectaculis, audiatque libenter fabulas, præſertim quæ ab hiſtrionibus venalibus exhibentur: & quoad fieri poterit, de tota prouincia exturbet eam prauitatē: neque concedat mores ſuorum ea turpitudine deprauari. Hoc noſtrum votum eſt, deſtinataque ſententia. Verum populi leuitas & peccantium multitudo, quaſi moles quædam opponitur: tum auctoritas eorum qui communi errori patrocinantur. Et eſt excuſatio furoris multitudo inſanorum. hoc quoque nomine praua noſtra natura, quod vitijs ſuis & cupiditatibus fauet: neque facile auelli ſe ſinit ab ijs quæ cum voluptate ſuſcipiuntur, cuius ſumus natura cupidiſſimi. Vſque adeo vt ſi quis vanitati reſiſtat, ei vehementer iraſcatur populi multitudo. *Ille ſit publicus inimicus, Auguſtinus ait, cui hæc felicitas diſplicet. quiſquis eam auferre vel mutare tentauerit: eum libera multitudo auertat ab auribus, euertat à ſedi-*

à ſedibus, auferat à viuentibus. Excæcat nimirum praua conſuetudo animos: & quæ paſſim fieri videmus, defendere conantur quidem licentiæ patroni, magni ſcilicet Theologi quaſi iuri & æquitati conſona, otio & litteris abutentes: quos redarguere facile erit teſtimonio & auctoritate veterum Theologorum in hac re non diſcrepantium: à quibus diſcedere noſtræ ætatis Theologos velle non putamus. Has omnes ſimulatæ veritatis præſtigias retegere non erit difficile, multitudinem à furore retinere difficilius erit, niſi publica acceſſerit auctoritas quorum intereſt magiſtratuum. Profecto curandum eſt, vt ea opinio publice ſuſcipiatur, theatra, ſane quibus obſcœna argumenta tractantur, officinam vniuerſæ improbitatis eſſe: qui concurrunt eo non ſecus facere quam qui ad ganeas, ad furta, ad cædes, ad lupanaria. qui ſuſcepti laboris fructus erit multo maximus. Erunt enim qui prauitate cognita deſinant peccare, ſalutemque ſuam turpi voluptate potiorem habeant: neque prudentes & ſcientes in mortem ferantur furentes, rapidi, & miſerabiles. Illud certe omni cura præſtandũ, vt hæc natio perditorum hominum à templis penitus exturbetur, quod Romanorum tempore fuiſſe aliquando factum, Tacitus libro quartodecimo his verbis indicat. *Ac ne modica quidem ſtudia plebis exarſere, quia redditi quanquam ſcenæ pantomimi, certaminibus ſacris prohibebãtur.* Qua ergo fronte hiſtriones de foro raptos è publicis diuerſorijs in templũ Chriſtiani inducent, vt per eos ſacra feſtorum lætitia augeatur? Aut qui conueniat, vti Auguſtinus contra antiquos Romanos ait, hiſtriones ignominia notare, atque in infamium numero ponere,

 per

per quos diuinus cultus honeſtatur? cur à ſacris ordinibus repellantur, quod eccleſiaſticæ leges ſanciunt; quorum opera dies feſti & cœleſtium celebritates illuſtrãtur? Sed obijcis fortaſſe, eos in templis non in turpibus argumentis verſari, ſed ſacras hiſtorias referre. quod vtinam verum eſſet, & non potius ad mouendum populi riſum, obſcœniſſima quæque actitarent. Et eſt acerbũ negare non poſſe, quod ſit turpe confiteri. Scimus ſæpe in ſanctiſſimis templis inter fabulæ actus, chori adinſtar adulterorum furta, amores turpes recitari. vt honeſtiſſimus quiſque ea ſpectacula vitare debeat, ſi decori & pudori conſultum velit. Et putabimus tamen quæ à modeſtis hominibus fugiuntur, ea cœleſtibus eſſe grata? Ego crediderim potius quaſi ſordes & religionis ludibria, hos omnes ludos à ſanctiſſimis templis eſſe exterminandos. ac imprimis publicos hiſtriones, qui cum turpi vita ſint, religionẽ fœdare potius ſua ipſorum ignominia videntur: & aſſueti turpibus, etiam in ſanctiſſimis locis odorem, quo imbuti ſunt, ore, oculis & toto corpore exhalant. ac neſcio an aliquando fabulam agant, quin verba turpia, vel imprudentibus ſæpe excidant: & hos tamen contendemus diuinis celebritatibus adhibere? Sed fac, quod nunquam accidiſſe probabis, hiſtriones ſeuera aliqua lege conſtrictos, intra modeſtiæ fines contineri poſſe, ac ſacras tantum hiſtorias cum dignitate referre: contendo non minus eum morem cum religionis ſanctitate pugnare, neque minus dedecus reip. afferre. Qui enim conueniat ab hominibus turpibus Diuorum res geſtas referri, eoſq; Franciſci, Dominici, Magdalenæ, Apoſtolorum, ipſius etiã Chriſti perſonas

repræ-

repræſentare? An non id ſit cœlum terræ, aut cœno potius, ſacra profanis miſcere? Imagines in templis magna honeſtate depingi cauetur, & impudicam fœminam Mariæ aut Catharinæ, probroſum hominem Auguſtini, aut Antonij perſonam ſuſtinere patiamur? Quod Arnobius certe, & antiquior Tertullianus ab antiquis factitatum accuſant: ignominioſos homines in ſcena ſanctiſſimorum Deorum perſonas inducere. *Nonne violatur maieſtas (Tertullianus ait) & diuinitas conſtupratur laudantibus vobis?* Quæ verba ad noſtros mores transferas licet, atque in antiquis interpreteris, noſtrorum licentiam & turpitudinem accuſari. Itaque ſi duorũ optio danda eſſet, mallem ab hiſtrionibus profanas fabulas agi, quam ſacras hiſtorias: quoniam cum decore, ac honeſtate eos facere non poſſe, perſuaſum plane habeo: tum ob eorum vilitatem & dedecus, tum ob fœdiſſimos mores, paremque actionum leuitatem & turpitudinem. Et ipſe cogitabam in templis, feſtiſque Diuorum omnia ad pietatem & modeſtiam comparanda eſſe. quibus rebus animus excitatur ad religionem & ad rerum diuinarum contemplationem, ijs communiter & priuatim vacandum eſſe· Riſus, plauſus, clamores an id præſtent, per ſe quiſque conſiderabit. Sequitur prauitas alia, neque minor ſuperiori, neque minus deuitanda. Mulieres excellenti pulchritudine, eximia actionum venuſtate & gratia inducuntur in theatrum: quod maximnm eſt incitamentũ libidinis, & ad corrumpendos homines potiſſimũ valet. *Deus enim (vti Baſilius ait libro de virginitate) cum conderet animantes in vtrumq; ſexum diſtinctas, œſtrum mutua cupiditatis inſeruit, inter homines maxime,*

qua ſe inuicem appeterent, maiorem multo in viro: quoniam fœminam de eius latere formatam diligit vt proprium membrum, & ad eam toto impetu rapitur. Sic fœmina in ſe quandam virtutem habet, miramq́; poteſtatem trahendi ad ſe virum: non ſecus ac magnes, cum ipſe non moueatur, ferrum ad ſe rapit. Contra hanc potiſſimũ cupiditatem pugnare debent, quicunque pudicitiæ dignitatem conſequi ſtudent, nunquam interrupto vſque ad vitæ finem certamine. Quod an ij faciant, qui tanto ſtudio ad theatra concurrunt, pius & modeſtus lector ſecum ipſe conſideret. Enim vero cum hiſtriones ſtudia omnia lucro metiantur, vt multitudinem alliciant, quam non ignorant aſpectu mulierum, & auditu maxime capi, omnes fraudes ſuſcipiunt, nulla honeſtatis cura: vſque eo vt in templa etiam turpes has mulierculas inducant: quod his annis non ſemel factitatum eſt, neque vno loco in Hiſpania, quod horreſcunt audire aures, de quibus rebus egerint pudet, pigetq́ue dicere. Et eſt Principũ munus reſiſtere leuitati multitudinis, & perditorum hominum temeritati. Nõ ignoramus antiquis temporibus mulieres in ſcenas fuiſſe inuectas, quas inſigni impudentia corpora etiam nudaſſe, omnemq́ue ætatem obiecta ſpecie libidinis expugnaſſe paſſim atque corrupiſſe, ſua quoque ætate Chryſoſtomus multis locis accuſat. Nudas quidem in noſtra theatra mulieres prodire non arbitror. tametſi nonnunquam in ipſa actione nudari audiebam, certe tenuiſſimis veſtibus indutas prodire, quibus membra omnia figurantur, ac ferme ſubijciuntur oculis. Mulieris autem aſpectu pulchræ & ornatæ, præterea geſtus & verba in molliciem fracta adiungentis, quid potentius

eſſe poſſit ad illiciendas animas, atque in ſempiternam mortem impellendas, inflammandasque libidine ego ſane non video. Vincit officium linguæ periculi magnitudo: eo amplius quod hæc etiam turpitudo ſuos patronos habet, non quoſuis de populo, ſed viros eruditionis & modeſtiæ opinione præſtantes. Aiunt enim aut comœdias in vniuerſum abdicandas, aut mulieres inducendas in theatrum. quod maius periculum immineat ſi pueri ſubſtituantur in veſte muliebri & ornatu: quo aſpectu ad præpoſteram ac nefariam libidinem populus ſolicitetur. Nimirum velamen malitiæ quærunt, aliud agunt, aliud agere videri volunt. Hiſpanorum nationi ſuſpicio criminis imponitur, à quo natura abhorret (paucos excipio) & nos in prouincijs quibus id malum viget, ſcimus ſæpe pueros in ſcenam prodijſſe ſine periculo: variasq; perſonas vt res ſe dabat, cum dignitate, elegantiaq; actitaſſe. Cupiditas autem muliebris ſexus latius patet, maioresq; multo impetus habet, non ſolum in corruptiſſimis hominibus & prauis, quales ſunt qui puerorum amoribus indulgent, ſed in alijs etiam viris aliqua probitatis & modeſtia laude conſpicuis. Mitto quod fœminæ ſcenicæ, quæ hiſtriones conſectantur & adiuuant, forma ſunt venali: ſiue quod tot viris procacibus & otioſis circumſeptæ, miraculi inſtar eſſet, ſi pudice viuerent: & ex turpi quæſtu plerumque raptæ, poſito amplius in theatro pudore ad ingenium redeunt. Ita vulgato inter plures corpore omnibus exitium afferunt. iuuenes otioſi & perditi (quorum magnus numerus vbiq; eſt) eo aſpectu concitati feruntur præcipites: vnde rixæ graues, vulnera & cædes, contemptus parentum, &

rei

rei familiaris præ amore earum muliercularũ. Quæ probra & ſimilia multa alia, qui digna non putat quæ omni ſtudio auertantur, ferreus ſit, & communi hominum cæterorum ſenſu, rationeque deſtitutus. Cenſeo præterea nullam certam ſidem hiſtrionibus extruendam publice, domum aut theatrum, quam lucri parte locatam vnde inopes alantur, aut quod in alias publicas vtilitates impendatur: ea enim ſpecies obtenditur ab ijs qui contra ſtatuunt. Primum enim facto theatro occaſio maniſeſta præbetur honeſta conditione viris & fœminis inter ſe libere conueniendi, præſertim domus aut theatri magiſtro venali. nam qui emit magno, vendat neceſſe eſt omnem licentiam, quæ ab illo flagitare homines perditi poterunt: fietque ex theatro lupanar multo exitialius quam alia. Deinde frequentiores ludi erunt perpetua ſede publice deſignata, quam omnino ſit opus. Alliciet loci opportunitas ad ludendum & ſpectandum, & præfectus cum magno eam ſedem conduxerit, hiſtriones vndique conquiret, nullumque diem elabi ſine ludo patietur: quin potius diebus noctes continuabit, quanta cum perturbatione reipubl. dicere non eſt neceſſe. Quis enim iuuenes auellat ab ea vanitate? opifices & agreſtes relicto opere quotidiano concurrent. famuli heros contemnent, fœminæ viros & familiam præ cupiditate ſpectandi: quod ſcimus hoc etiã tempore ex parte contingere. Præterea hiſtrionum numerus extructo certe theatro per vrbes & oppida, immenſum augebitur pondus iners atq; inutile, cum ſint eneruati voluptatibus. nam & lucri auiditas excitabit multos, neque niſi magno numero poterũt tam multis theatris ſatisfacere.

facere. Poſtremo num iuuenes ex his priuilegijs & bacchanalibus, aut ſtrenuos milites, aut bonos ſenatores fore credimus? Diſcent illi quidem ea inſpectione amare: armorum pondus, alias moleſtias ſuſtinere non poterunt: cum totos dies reſidere in theatris conſueuerint: quo tempore aut equos calcaribus incitare & flectere potuiſſent, aut alia ratione vires corporis exercere, aut certe pacis artes commentari. Scimus Romæ primum ex lapide theatrum à Gneio Pompeio fuiſſe extructum: nam antea ſcena ad tempus ex materia facta vtebantur, tanta ex eo opere populi gratia, vt Magni cognomen ex ea fabrica acceſſerit. Id fuit multitudinis iudicium, quæ paleæ inſtar leuiſſimæ in omnes partes circumfertur: nam prudentiorum magnæ partis reprehenſionem incurrit, vnde laudem captabat. Sic docet Tacitus libro quartodecimo, productis etiam in vtramque partem probãdi & improbandi theatra argumentis. vt quod in ea temporum fæce & morum labe dubitatum eſt, nobis pro certa lege eſſe debeat, nequaquam populi Chriſtiani moribus & ſanctitati conuenire, vt per vrbes & oppida, certa perpetuaque ſedes hiſtrionibus detur. Scimus ſæpe à Cenſoribus Romæ euerſa theatra nihilominus, quaſi morum certiſſimam à laſciuia labem, & erit in populo Chriſtiano, hac profeſſione, qui reſtituenda cõtendat? Ad hæc: *Suſcepta Chriſti religione per omnes pene ciuitates cadunt theatra, vti Auguſtinus ait, cauea turpitudinum & publica profeſſiones flagitiorum: & nos ea inſtauranda contendamus?* Vincit rei indignitas orationis facultatem. Neque excuſes, noſtra theatra non eſſe conferenda cum antiquis, neque maieſtate operis, neque

que ludorum apparatu. Turpitudinem loci accuſamus, nõ ſtructuræ modum. riuus tenuis, naturã continet fontis vnde manat: ſurculus arboris vnde exciſus eſt, ſuccum habet. Nam ſi magno vectigali, ſublato theatro rempubl. priuari accuſes, riſum tenere nõ potero: neq; enim tanti lucrum eſſe debet, vt mores populi & religio negligãtur: neq; deerunt aliunde rationes, ſi theatra repudiemus, ad egenorum inopiam ſubleuandam. Et mihi qui ſecus ſtatuunt, Magni Pompeij factum imitari velle videntur. is enim vt reprehenſionẽ euaderet, quaſi theatro conſtituto turpitudinis ſcholam aperuiſſet, Veneris templo theatrũ quaſi appendicem adiunxit, religionis ſanctitate nouam ſtructurã velaturus. nimirum verebatur ne aliquando memoriæ ſuæ cenſoria ignominia accederet, quaſi arcem omniũ turpitudinũ ſtruxiſſet, vti Tertullianus ait. Ergo Pompeij imitatione cum templis, aut hoſpitijs pauperũ, theatrum iungatur, quo maius lucrũ ſit, honeſtius ſuſceptæ improbitatis velamen. Cenſeo ergo cum multis, fore è republica, ſi hiſtriones pretio venales penitus remoueantur. Omnes enim pecuniæ vias norunt, & pecuniæ cauſa omnes turpitudines ſuſcipiunt, inſtillantq; alijs: quæſtuaria arte exhauriunt pecunias, & veluti ſopitis voluptate ſenſibus latenter extorquent, quas non minori turpitudine inſumant. otio & deſidia vt torpeant ciues, efficiunt: quæ omnium vitiorum radix eſt. Vitijs omnibus & fraudibus viam muniunt, libidine maxime, quæ auribus & oculis ſuſcipitur. Diuinum cultum imminuunt diebus feſtis, cum vacandum eſſet rebus diuinis, populo ad ſpectacula attracto: quæ peſtis omnibus piaculis procuranda videbatur. Quod

ſi non

ſi non obtinemus vt ludi ſcenici penitus amoueantur,& placet nihilominus eam oblectationẽ populis dare: quod ius & æquitas poſtulare videtur, impetrare certe cupimus, vt delectus aliquis ſit, neq; promiſcue licentia quiduis agendi hiſtrionibus cõcedatur: ſed legibus certis circumſcribantur & finibus, quos nemo impune tranſgrediatur. Tametſi nullis legibus putabam furorem hunc ſatis frænari. prudenter quidam: *O here,* inquit, *quæ res nec modum habet neque conſilium, ratione, modoq́ tractari non vult.* Sequamur tamen Platonis inſtitutum, qui poetarum carminibus examinandis præfici ſanxit viros prudentes non minores quinquaginta annis. eorum iudicio quæcunq; agendæ erunt fabulæ examinentur. ipſi etiam intermedij actus, quibus maior turpitudo ineſſe ſolet. mulieres in theatra inducere nefas eſto. theatrum nuſquam publice conſtituatur. Diebus feſtis (vti antiquis legibus ſancitũ meminimus) ludi ſcenici ne exhibeantur, ne temporibus quidem ieiunij Chriſtiani. quid enim cõmercij ſqualori cum theatri riſu, plauſuq;? A templis & ſanctorũ, qui cum Chriſto in cœlo regnant, ac omnino diuinis celebritatibus amoueantur: ac præſertim ij modi & geſtus, quibus turpitudo in memoriam reuocatur, & ferme oculis ſubijcitur: quæ ſunt vulnera religionis noſtræ, ꝓbra, mõſtraq; immania: Hiſpanorum nationis dedecora, adeo fœda vt ſtylus contrectare vereatur, ſuoq; ſe fœtore tueri hoc genus mali videatur. Poſtremo quoad fieri poterit minori ætate pueri & puellæ arceantur ab ijs ſpectaculis, ne à teneris reipublicæ ſeminarium vitijs inficiatur, quæ grauiſſima peſtis eſt. Adſint inſpectores publice deſignati, viri pij & pruden-

prudentes: quibus cura ſit vt turpitudo omnis amoueatur, & poteſtas coercendi pœna ſi quis ſe petulanter geſſerit. Denique populus intelligat hiſtriones non probari à republica, ſed populi oblectationi atque importunis precibus dari: quæ cum non poteſt quæ ſunt meliora obtinere, ſolet aliquando minora mala tolerare, & populi leuitati aliquid concedere.

Capvt XVII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Multas in vna prouincia eſſe religiones non eſt verum.

MVlta de prudentia Principis dicta ſunt ſuperiori diſputatione. ſed ſummum tamen & maximum ſapientis Principis officium, præceptũque ſaluberrimum eſt, cuncta ad pacem conſilia referre, rempublicam à belli malis præſtare. Quid enim pace pulchrius? Quid tetrius bello? Pacem appetunt omnes, eaque gaudent quaſi bonorum omnium fonte: bellum auerſantur quaſi ſummum malum. Belli nomine mala omnia, pacis appellatione bonorum copiam ſolemus ſignificare. Vnde illa frequens Hebræis ſalutationis forma, qua pacẽ quibus bene volumus, precamur. Contra Romani, qui triſtiſſima nunciaret, eum bellum denunciare veteri prouerbio affirmabant. Pacem Græci pingebant manibus geſtantem puerum Plutum diuitiarum præſidem cum ſpicis, lauro, & roſa, redimito capite: ſignificantes cum pace diuitias parari, & vitæ ſtudia effloreſcere. Bellum ipſum etſi paci aduerſatur, ad pacem referri debet: alioqui temere

temere ambitioſeque ſuſcipiatur. Quid enim flagitioſius quam dominandi cupiditate, aut laudis & gloriæ ambitione, nulla præterea neceſſitudine humani generis tranquillitatem turbare, orbi vaſtitatem afferre? Quare à Græcis olim Pallas oliua coronata pingebatur. In diuinis litteris filios Iſrael legimus, mente pacifica ſolitos ad bellum procedere: nimirum inter cædes & vulnera & cadauera proſtratorum nihil aliud quàm de pace cogitantes. quod enim ſanitas eſt in corpore animantis, id in republica eſt pax: & quemadmodum ſæpe medicinam faciendo, corpusq; debilitando recta valetudo quæritur: ſic cum diligenter & accurate pacem tenendam iudicatum ſit, concedimus tamen aliquando remp armis concuti, omnia ſurſum deorſum agitari: quo profligatis grauioris mali cauſis, pax ſolida & firma quæratur. Paci autem nihil magis aduerſatur, quàm ſi in eadem republica, vrbe aut prouincia vna plures religiones ſint. Quod ſi recentes multarum vrbium atq; prouinciarũ clades, quam ſit exitiale religionis diſſidium non docerent, quæ in auribus & ante oculos verſantur: ſi nulla huius mali ex veteri memoria exempla conſtarent, quæ paſſim tamen occurrunt: communis omnium ſenſus & ratio ipſa declarat, nil magis diſſoluendo rempublicam eſſe, q̃ vbi non patrio, ſed externo ritu ſacrificatur. Eſt enim religio humanæ ſocietatis vinculum, cuius ſanctitate fœdera, commercia, ſocietatesq; ſanciuntur. Ex Deo enim orti ad Deum redimus per religioné, atq; in eo vniuerſi conquieſcimus: non ſecus atq; ad orbis medium lineæ omnes, radijq; copulantur. Quæ autem communio & ſocietas inter eos eſſe poteſt, qui non ad

eundem Deum certe non eadem cæremonia cultuq; recurrunt? cum alij alios vt impios auerſentur: iiſq; violandis diuinum numen promereri ſibi perſuadeant. Prudenter Romanæ eloquentiæ parens, *Amicitia*, inquit, *eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & caritate conſenſio*. Quare qui rebus humanis conſentiunt, diuinis diſſentiunt: eorum amicitia claudicet potiori ex parte neceſſe eſt: atq; inter quos amicos rerum diuinarum conſenſio non eſt, neq; humanarum plena erit & vera. Nulla ſanguinis propinquitas, nulla morum ſimilitudo, vitæ genus aut patria tantum conſtringunt voluntates beneuolentia, quantum religionis diuerſitas labefactat: neq; vlla fœdera tam ſancto iure vallata eſſe poſſunt, quæ non diſturbentur facile, ſi diuerſæ de diuinitate opiniones ſuſcipiantur. Nihil fallacius, nihil violentius, quàm vbi diuinum numẽ ſeditioni prætenditur. pars enim impune ſibi peccare videtur excuſante conſcientia: cæteri coercere petulantiam non audent, primum ſubeunte metu ne fraudibus vindicãdis diuini iuris aliquid admiſtum violetur. Deinde exacerbatis voluntatibus, vbi malum ſemel inualuit, filij ipſi in parentes exurgunt: nullam fratribus humanitatem exhibent iiſdem parentib. nati. Omnia dolis, ſanguine, cædeq; propinquorum redundare neceſſe eſt. diſcordia, ciuili ſanguine imbuta homines reddit immanes, ipſoq; naturæ ſenſu ſpoliat. Eſt enim religionis amor cæteris affectibus potentior. repugnantibus alijs grauiſſimæ tempeſtates concitantur nullo cognationis reſpectu, ne magiſtratuũ quidem reuerentia. nam vbi diuerſa opinio mentem occupauit, id maxime veremur amittere,

per

per quod ſalutem ſperamus: vim inferentes, atque eam perſuaſionem coercere ſatagentes, vt impios, cœloq; inuiſos deteſtamur. Hoc cum cacodæmon intelligeret, nihil æque diſſociando mutuam caritatem, ſerendis litibus inter homines eſſe, quam religionis diſſidium: varios olim cultus toto orbe diſſeminauit: ne mortales coirent amplius in eandem ſocietatem, & coaleſcerent in vnū corpus, ſecus quam cæteræ animantes ob naturæ communionem amicæ inter ſe. neque modo quietum ſingularum ciuitatum & prouinciarū ſtatum nouis opinionibus, nouiſq; ſacrorum ritibus ſolicitare deſiſtit, atq; in noſtris ruinis inſultare: qua inuidia noſtrum genus proſequitur. Sciſſo olim Iudæorum regno, Ieroboamus magna prouinciæ parte occupata, metuq; ſolicitante ne ſubditi noui principatus pertæſi, Dauidiſq; & Salomonis beneficiorum memores ad eorum poſteros imperium reuocarent, nouo cultu inuecto, duobuſq; vitulis excitatis effecit, ne publicus populi conſenſus amplius conſtaret: certus in vnam regni formam nunquam conſenſuros, quorum animi & ſententiæ de religione diſcreparent. Sic in Ægypto contigiſſe conſtat, Rege Sethone defuncto in duodecim nomos, ſeu præfecturas totidem & regulos prouinciam abijſſe: eorum quemque diuerſa ſacra, nouoſque Deos excogitaſſe (vnde Ægyptijs tanta Deorum multitudo, vt pene omnes animantes conſecrarent:) prouidebant nimirum ne rurſus in vnum Regem, caputque vnum vniuerſa prouincia conſentiret. Contra Moſes, qua erat ſapientia, ad fundandam ſuæ gentis felicitatem, legeſque & iudicia ſancienda, imprimis pertinere iudicauit ſacrorum ritus &

cæremonias ſancire. Quod illi cum cæteris legiſlatoribus, qui poſtea ſunt conſecuti in varijs orbis partibus, commune fuit. Illud proprium, concordiam perſeuerare diu non poſſe perſuaſus, ſi opinionibus de rebus diuinis populus variaret, priuſquam leges ſcriberet, quid in omni tempore ſentiendum, credendumq; eſſet de Deo, de orbis conditione, de felici hominum ſtatu atq; de lapſu per peccatum conſtituit. Prouidebat nimirum, ne nouis opinionibus enatis pax publica & tranquillitas turbaretur, vnde in omnia mala is populus præceps iret. Verum quo maior lux ſit, ſingulas reipub. partes conſideremus. Regum, Sacerdotum, nobilitatis & populi rationes iri proculdubio labefactatũ veteri religione mota, nouis opinionibus natis. Reges quidem infinitis difficultatibus ea libertate implicari quis non videat, non fateatur? Finge duas in vna prouincia, aut ciuitate eadem vigere religiones, nobilium fauore, ferroque populi armatas, numero ſectatorum non impares. quid Princeps faciet? quo ſe vertet? quam rationem adminiſtrandæ reipublicæ explicabit? An conſilijs regere populos, legibus aſtringere, emendare iudicijs poſſit? ſi quod propemodum neceſſe eſt, aut altera aut vtraq; factio recuſat obtemperare? Si vni parti fauerit, alios ſentiet alienatos: quos vt ſuſpectos, atque infideles me quidem arbitro à reipub. adminiſtratione, & militiæ muneribus arcebit: ne armis, auctoritate, gratiaq; ad reipublicæ euerſionẽ abutãtur. quæ cautio neceſſario quamuis ſuſcepta, magnam illis moleſtiã pariet: in republica, in qua nati ſunt à publicis honoribus excludi, idque religionis ſuſceptæ merito, quam veriſſimam exiſtimabunt.

bunt. Sed tantiſper tamen diſſimulabunt dolorem, dum opportuna occaſio ſeſe dabit collectum indignationis virus in publicam perniciem effundendi. quod maiori impetu facient quo ſe diutius continuerunt. Ac primum inter ſe conſpirabunt, vt ſalutem tueantur contra vires factionis aduerſæ. Vbi ſatis virium erit, religionis libertatem à Principe extorquebunt: precibus minas adiungent. id ſi ſucceſſerit, ſuperbia mox elati, correptiſq; armis feroces in remp. impetū dabunt. Si vicerit, oppreſſos aduerſarios, boniſq; euerſos finibus deturbabunt. Deinde Regem ſuorum præſidio nudatum, atque in poteſtatem redactum, aut ad ſuam traducent religionem, aut de gradu deiectum cæſumq;, imperio ſpoliabunt. Quæ omnia connexa inter ſeſe eſſe, atq; alia ex alijs apta & colligata, ſecunda primis, poſteriora medijs reſpondere, noſtri nos temporis calamitates docuere. Si vtriſque fauere ſimulabit, vtriſq; ſuſpectus erit: mediumq; ſe gerendo à neutris inibit gratiam, omnium odia, & acerbitatem commouebit: atq; ad inſtar aquæ tepefactæ, quia neq; calida eſt, neq; frigida, ſed ex vtroq; temperata, cunctorum ingratus ſtomacho à cunctis pariter repudiabitur; & vtramque ſellam occupare ſatagens, ab vtraq; pariter ad terram cadet. Nam vtrique factioni ſatisfacere qui poſſit in tanta rerum & voluntatum colluuione? Ne tyranni quidem, quibus expedire populum eſſe ſciſſum, ſuperius eſt dictum, in religionis diſſidio rationes gubernandi, continendiq́ populos explicare ſatis poſſint. Tentauit id quidem Iuſtinianus Imperator, non minus militari laude, quam ciuili prudentia clarus. Eutychis enim ſecta Conſtantinopoli graſſante, altioreſq;

resque radices agente, quam vt extirpari facile poſſet, ipſe catholicam religionem tenuit, vxori Theodoræ permiſit Eutychis tenere, ſeu ſimulare væſaniam, ne vtrique factioni præſidium in aula deeſſe videretur ſcilicet, damnato exemplo. quod tamen noſtra ætate conſilium quidã Principes imitati ſunt. Atque illis quidem, ſi humana tantum ſpectes, non incommode cecidit, pacato ad vitæ exitum imperio, prolatis finibus, Africa atque Italia receptis: quod quaſſatum, atque ruinæ proximum erat, ſuperiorum Cæſarum culpa videlicet. Ac præſertim Zenonis & Anaſtaſij, qui proxime Romanam rempublicam tenuerunt, Henotico, hoc eſt, lege de promiſcua religionis libertate, magnæ clades funeſtæ ſacerdotum cædes conſecutæ ſunt: & orientis maximè eccleſiæ ferme ad exitium conturbatæ. Quanto melius & ſapientius Iouinianus, ad quem cum ſumma militum voluntate in ſuprema rerum difficultate hoſtibus à tergo à fronte inſultantibus poſt Iuliani Apoſtatæ cædẽ, imperium fuiſſet delatum, præciſe negauit ſe qui Chriſtianus eſſet, religione non Chriſtianis imperare poſſe. Vocem immortali laude, ipſoq; orbis imperio digniſſimam. ſunt enim Principis partes, rempublicam prudentia regere, fundare legibus, conſilijs ducere ad id quod opus eſt factu. ſubditorum autem munus eſt imperio parere, ſequi quà ducit gubernator: vnde concentus ille ciuilis exiſtit quaſi varijs interuallis, modulatis vocibus. Vt diuerſæ ergo religionis Principi obediant Chriſtiani, contingat ſane. quî autem ab Imperatore pio alienæ religionis ſubditi regantur imperio, quod omnes intueantur, cui cunctorum voluntas

tes & cupiditates cedant? Et eſt potius veriſimile legibus illos, quas eo nomine indignas iudicabunt, non fore obtemperaturos. Itaque piorum natio, quo tempore ſub Romano imperio vixerunt, ſi humana ſpectes, inglorij, nullo tumultu per vrbes concitato, nullis correptis armis religione vera tuenda, temporum conditionem, miſeriasque omnes & cruciatus inuicta patientia, inculpatæ vitæ moribus vicerunt. At poſtquam dies ille feliciſſimus orbi terrarum illuxit, quo Deus ſummus euerſa impietate gentem noſtram in rerum faſtigio collocauit, ad impios Deorum cultus conuellendos, fundata eccleſiæ pace retulerunt animos. Atque quod Conſtantinus Auguſtus, qui primus Romanorum Imperatorũ Chriſti Dei agnouit maieſtatem, inchoauit: & conſequentium Cęſarum culpa, Conſtantij ſocordia, Iuliani malitia diſturbarant, Theodoſius Imperator perfecit, lata lege ne cuiquam impune eſſet Chriſtianam religionem conuitio, calumniaque vexare. & merito. Nam ſi Babylone tribus pueris ab incendio ereptis Rex barbarus capite ſanxit contumeliam in Deum illum, qui tam illuſtre argumentum dederat virtutis & maieſtatis: æquius profecto erat vt tali Imperatore ſimilis comprimeretur audacia. Qui contra diſputant, antiquis temporibus Deorũ impios cultus extirpatos fuiſſe dant, naſcẽtes in Chriſtiano populo ſectas, ferro exciſas fuiſſe negant. Ipſum Conſtantinum ea vitæ ꝓbitate, ijs moribus & poteſtate, in Arij opinionibus diſſimulaſſe: Theodoſij Magni tempore in ſuburbijs ab hæreticis cõuentus habitos. Nam Iuſtiniano Imperatore Eutychis ſectatoribus conceſſam ſuarum opinionum

libertatem, paulò ante dictum eſt. Nos quidem certe non quid fuerit factum quærimus, qui ſciamus multa perturbata olim temporum aut hominum culpa fuiſſe: ne licuiſſe quidem bonis Imperatoribus vitia omnia ab ſtirpe conuellere. quid iure & ex ratione fieri debeat, quid è republica futurum ſit, inquirendum putabamus. Varia & commutabilis temporum ratio eſt. multaq; aliquando tolerata in perniciem vertant, ſi noſtro tempore concedantur. Dies & vſus & maior rerum cognitio declarauit, rempublicam conſtare non poſſe, ciuibus in cultu religionis diſcrepantibus. Quod ſi memoria veteris temporis excutiatur diligenter, Conſtantinum inueniemus tentaſſe, ſi hæreticos clemētia ſanare, beneficijs vincere poſſet: ne gentibus ſcilicet noſtra mordendi occaſio eſſet. fruſtra quidem, vti experimento probatū eſt, omnis ea cura ſuſcepta eſt. Et alioqui quid animi haberet, ſatis indicauit, cum priores hæreſes edicto vetuit. Arij ſectatores Porphyrianos vocari mandauit, inuidioſum ea ætate nomen, atque ignominioſum: capitale fore ſi quis Arij libros penes ſe haberet. Quod ſub vitæ finem Arium reſtituere voluit, Athanaſium exilio mulctauit: nimirum hæreticorum fraude circumuentus fecit, quæ ſua voluntate, ſuoque iudicio nunquam feciſſet, niſi Arium ad ſaniora conſilia traductum, Athanaſiū noua Alexandriæ moliri perſuaſus, falſus in vtroque ſcilicet, ſed ita impoſtores calumniabūtur. A Theodoſio ſcimus legem promulgatam hæreticis omnia vitæ ornamenta detrahentem, repellentem ab honoribus, exilio etiam addito non mutātibus, Præterea cum in occidente Valentinianus Iunior

in

in gratiam Iuſtinæ matris in Arij placitis diſſimularet, atq; Gratiano fratre in Gallia interfecto Maximi fraude, ex Italia fugatus ad eum ſe contuliſſet, ab vtroque lex altera ſimili ſententia contra hæreticos eſt lata, nimirũ Stobis Macedonię vrbe Theodoſio ſecundum & Cynegio Coſſ. hoc eſt, ſalutis anno trecenteſimo octogeſimo octauo. quo anno ſcimus Valentinianum ex Italia fuiſſe pulſum. Ijs nihilominus latis legibus, extirpandi hęreſes neglectam curam Amphilochius Iconij Epiſcopus artificioſe accuſauit, cum Theodoſium ſalutaſſet, filium Cæſarem, qui patri aſſidebat, negligere viſus eſſet. Neq; diſſimulauit prætermiſſi moris cauſam. rogatus enim cur ita feciſſet. *Na tu* (inquit) *Imperator præpoſtere de rebus iudicas, quando leui filij tui iniuria commotus Arianorum contumelias, quæ iaciuntur in filium Dei, vindicare negligis.* Quibus ille verbis cautior & ex Valentiniani calamitate cæſi ab Eugenio, qui ex ludo litterario imperium inuaſerat, ſeptimo anno poſtquam lex Stobis fuerat promulgata, hæreticorum licentiam nouis edictis coercuit. Paternis veſtigijs inſiſtens Arcadius veterem pietatem noua & ipſe lege ſanxit: Gainæ Gottho templum Conſtantinopoli extorquere minis atq; terroribus ſatagenti, vbi Ariani conuentus haberentur, adiutore Chryſoſtomo reſtitit. Ergo quod ſub Theodoſio conuentus Ariani in ſuburbijs habebant: quod Arcadio Imperatore nocturnæ ſupplicationes, & hymnorum cantus ab ijſdem Conſtantinopoli agitabantur, malitiæ temporum tribuendum puto, potius quam de optima eorum Principum voluntate dubitandum. Omnino qui poſt Arcadij filium ſecutus eſt Martianus legem tulit, Eutychianorum

adulterinos conuentus vetantem. De Iuſtiniano laborare non attinet: falli vt humanus potuit conſilium ſecutus in ſpecie prudens, re exitiale. Et fortaſſe temporis cõditio diſſimulationem expreſſit, vti lex eius contra Anthemium & Seuerum hæreticos grauis imprimis & ſeuera argumento eſt. Verum à Regibus ad ſacerdotes abeamus, & cæteros miniſtros eccleſiæ: quam Optatus ſane & Epiphanius, quia vnica eſt in toto terrarum orbe, vxori legitimæ, hæreticorum conuentus, quia innumeri, concubinis ſimiles faciunt. Quod ſi in vna domo atque familia cum vxore pellex, idque pari pene cultu habitet, quanta futura ſit rerum perturbatio, quanta calamitas, dicere nõ eſt neceſſe: tacitus ſibi quiſque eam labem animo ſubijciat. Quid vero domeſtici faciant, cum vtraq; velit & mandet pro imperio fieri contraria? Quo ſe vertant? Quam rationem obſequendi explicabunt? Tanta impedita difficultate domus in factiones ibit: odio, inuidia, rixis perpetuo flagrabit. Domeſticæ rationes negligentur. hauriendis voluptatibus heri exemplo famuli incumbent: & quod de equo Troiano dicitur, diſcordia vſq; ad inteſtina redundabunt: præſertim ſi pellex mariti fauore armata auſa fuerit vxori de nobilitate, pudicitia, ipſoque coniugij iure controuerſiam facere. Vti Arius contra veram eccleſiam, alijq; hæretici ſuis quiſque temporibus ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe catholicam eccleſiam prædicantes, diuerſa qui ſentirent, quaſi hæreticos repudiabant. Veteri Romano more pellices Iunonis templo prohibebantur: vt quoniam Dea illa nuptijs præerat, ritu illo indicarent, nihil eſſe nuptis grauius virorum pellicatu. **Ne Abrahamus**

qui-

quidem ea ſapientia & grauitate Saram cum Agare in pace ponere potuit, vſq; eo vt ancillam cum filio domo exigere cogeretur, vti legitima coniux flagitabat. Quæ res argumento ſit, neq; in vna domo vxori cum concubina conuenire vnquã: neque in vna ciuitate, aut prouincia falſam religionem cũ vera recte tolerari. Collidant inter ſe neceſſe eſt, quorum natura eſt contraria: longoque vſu intellectum, nouam religionem nunquam fuiſſe in aliquam vrbem admiſſam ſine magna ciuium & rerum calamitate. Circumfer mentis oculos per omnia tempora, veterem ac recentem memoriam explica: videbis profecto vbicunque id malum viguit, iura honeſtatis conuulſa, cædibus & latrocinijs miſceri omnia; atq; ea in veteris religionis cultores, & miniſtros edita crudelitatis exempla, quæ ab heſternis hoſtibus nunquam extitiſſent. Quid Albigenſes in Gallia fecerint; quanta immanitate Huſſitæ in Bohemia graſſati fuerint ſcimus: quantum noua peſtis in Germania & in Gallia effuderit ſanguinis, pene in oculis verſatur & auribus, vt ea præterire ſit ſatius. Ac ne commemorare quidem attinet Iuliano Imperatore, quam grauia pij fuerint ab Arianis, tum Heliopoli, tum in alijs imperij partibus perpeſſi: tametſi lege erat cautum ne diuerſæ religionis cultus cuiquam fraudi eſſet. Nouatianorum minas Cyprianus retulit. Editæ in Africa à Donatiſtis ſtrages, ab Optato & Auguſtino memoriæ ſunt proditæ. Quas clades diu intulerint locis omnibus Ariani nemo ignorat: etſi & hi initio de vno verbo controuerſiam eſſe excuſabant, & illi ob affinitatem opinionum ab Optato vocabantur fratres. Ab his Circuncellionum fera

rabies

rabies prodijt: illi Georgij Alexandrini ſæuitiam, Valentis & Vrſatij perfidiam, ſynodos Mediolanenſem & Ariminenſem, aliaſque ſexcentas peſtes excitarunt. Vt iure eccleſia ex ore Dauidis conqueratur, nunquam ſe grauiora perpeſſam, quam quæ à domeſticis ſunt illata mala. Neque temere Theodoſius Imperator, vel in re leuiſſima ab eccleſiæ placitis, & vera pietate vetuit diſcrepare: ſed ex magna eorum temporum varietate, magniſq; motibus expertus paruis ſæpe momentis haud leuem immutationem fieri. etſi parum dici non debet, quod ſocietatis mutuæ vincula diſſoluit, Chriſti tunicam, cui milites pepercerunt, crudeliter lacerat in partes, quibus neutri tegantur. Populus enim vectigalium grauitate feſſus, & multis difficultatibus implicitus in ſacerdotum opimos reditus, templorum theſauros, quos maiores ad ſupremas reipublicæ difficultates, quaſi in ſacrum ærarium conſtruxerunt, inuolare oblata occaſione non dubitabit. Ergo cum primum Dux ſe temerariæ multitudini dederit, præſertim religionis ſpecie armatus, ſi in ſacerdotum mores inuehatur, facta ſeditione in republica pars infirmior, quales ſacerdotes ſunt, in prædam multitudini cedent, templis diuitias & ornamenta detrahent, tam multos accumulatas per annos. Quod malum noſtro tempore accidiſſe ſcimus, vbicunque religionis diſſidia viguere. Adhæc ſciſſo populo, & in duas partes diducto, geminos Antiſtites ſacrorum creari in vna vrbe contra omnia exempla vetuſtatis, & decreta neceſſe erit. Eam labem nulla erit facies mali, quę non conſequatur. Quanta confuſio rerum erit? neuter enim ſatis ſeuere ſuorum peccata vindicabit, ne

ſecta

ſecta deſerta ad hoſtium caſtra tranſeant, vti in ſeditione inteſtina fieri amat Ex ea impunitate ſcelerum licentia confirmabitur: perpetuum diſcordiæ & diſſidiorum ſeminarium extabit. Hanc rerum perturbationem & flagitiorum licentiam, nobilium clades excipiet. Quo enim alio profana hæc libertas qua plebs omni metu ſoluitur, ſpectabit, niſi vt religione violata, ſacerdotum ordine proſtrato, templis direptis & incenſis ad proſternendam nobilitatem ſerpente latius incendio perueniatur? Neque enim in vno gradu reſiſtet malum, ſed primis proſtratis per illos ad ſecundos & tertios & deinceps aucta flamma gradum faciet: & qui alienæ calamitatis ſpectatores extra fortunæ aleam eſſe videbantur, continuo eiſdem inuoluentur malis, eo amplius quo maiori inuidia Principes flagrare ſolent, quam ſacerdotes. Argumento eſt bellum ruſticorum ante annos ſeptuaginta contra nobilitatem Germaniæ in Alſatia & vicinis prouincijs excitatum auctore & concitatore Phiphero obſcuro quodam homine: qui cum per quietem ſomniaſſet, magnam ſe vim murium per agros extirpare, immaniter ſomnium interpretatus, nobiles quod adinſtar murium ſubſtantiam plebis arrodant, ſignificari putant id bellum funeſtiſſimum concitauit: in quo multis Germaniæ oppidis euerſis, multa nobilitate perempta (quod fuit miſerrimum) ipſi ruſtici ſupra centum millia feruntur trucidati. Extat Munceri oratio ſub ipſum conflictum ad ruſticorum legiones metu conſternatas, fugamque meditantes: qua ſtudio illos libertatis Chriſtianæ retinendæ, atque excutiēdi iugum tyrannorum (ſic nobiles vocabat) ad conſerendas cum hoſte manus,

manus, & collatis vexillis dimicandum, non minus temere, quam infeliciter excitauit. Eſt propemodum neceſſe vna cum religione reipub. ſtatum mutari. Sic potentiores, & quicunq; diuitijs abundant, periculo proximi erunt, in prędam cedent armatæ plebis furori: quæ ſua ſponte nouandi res cupidiſſima, ſuam indigentiam & ſitim habendi plura ex aliorum fortunis explere tentabit. At legibus in officio continebuntur? Verum id quidem eſſet, niſi in diſſenſione ciuili motuque, leges ſilere ſolerent, armorum fragore omnia circumſonare, fluxa nullaque auctoritate magiſtratuum. Et leges illæ iuſtæ, atque rationabiles ſunt, quæ prouident multo ante, ne ſcelerum licentia vigeat, omnis tumultuandi occaſio & materia tollatur. Ergo quemadmodum faſtigia turrium, & cacumina montium cœli iniurijs, ventorumque procellis obnoxia maxime ſunt: ſic coorta in republica tempeſtas, eos primum inuoluet & proſternet, qui ſublimem honoris locum occupabunt. quo maxime quando religionis reſpectus parum mouet, principes reipublicæ monendi ſunt atque hortandi, ſi priuatis rationibus conſultum cupiunt, vt hæreticorum prauitatem priuſquam adoleſcat, furorem naſcentem in ipſis incunabulis comprimant, ne priorem ignauiam dolere deinde fruſtra cogantur. Verum à diſputandi ſubtilitate ad præcepta dilapſam orationem, ad ea quæ reſtant conſideranda reſtringamus: atque communis mali ex religione commutata, partem non minimam ad populum deriuari doceamus: ne poſſit videlicet ex aliena calamitate iure lętari. Mutata enim religione pax publica conſtare non poteſt, vti ſæpe dictum eſt. In tumultu

populari

populari plebi bene eſſe qui poteſt? non ſecus quā corpore ægrotante, morbi moleſtię per omnes diffundentur partes. Tunc profectò tota reſpublica bonis omnibus cumulatur, cum omnia eius membra, alia ex alijs connexa, cum capite amoris perfecti vinculis colligantur. neque inepte Pitharchiam, hoc eſt, magiſtratui debitam obedientiam, Iouis ſeruatoris eſſe coniugem fingebatur, ex eoq; coniugio felicitatem procreari. ſed vt fabulæ integumento ſignificarent; omnibus bonis cumulari populum magiſtratibus obtemperantem: contra ciuitate in factiones ſciſſa, neque commune vnum imperium intuenti nihil eſſe infelicius. Iam vero religione conuulſa, neque concordiam inter ciues coaleſcere, neque aduerſus magiſtratus reuerentiam exiſtere, ſatis arbitror ſuperius fuiſſe demonſtratū. Quod ſi ſemel reſpublica in factiones abeat, diſcordia ciuili debilitata externæ iniuriæ opportuna erit: non ſecus atque lignum ſi rima, aut ſciſſura cuneum admittat, facile finditur in partes, ceditque in alimentum ignis. Sic externus hoſtis ciuium concordia prolata factioni alteri opem feret, vt altera proſtrata vtramque ſubigat, opprimatque tyrannide. Sic magna corruunt imperia. Sic Cæſar Galliam ſubiecit. ſic Turcarum Principes Gręciam tumultuantem, orientis imperium debellarunt. Neque certius argumentum exiſtat reipublicæ exitio proximæ, quam cum opinionibus de religione ciues inter ſe impune cœperint diſcrepare. Omnino Hebræorū res aliquando florentiſſimas id diſſidium populo in Phariſæos, Saduceosq; ſciſſo labefactauit, atq; ſub Romanum iugum miſit. Pauci enim ciues inueniantur, qui prompto animo bellū

pro-

propulſent, & coniunctis animis prodeant in aciē: quin potius magna pars, vt ægre aduerſarijs faciat ijs, penes quos erit imperium, in pugna ceſſabit, & victoriam de manibus elabi ſinet, ne laudem victoriæ aduerſa factio ferat. Quod in exercitu Romano. L. Papirio dictatore minori de cauſa eueniſſe notum eſt, alienato exercitu ob importunam Dictatoris ſeueritatem, Samnites, qui vno prælio debellari potuerunt, euaſiſſe, magna etiam ſtrage edita in aduerſarios. tantum aliquando in bello poteſt quauis ex cauſa voluntatum alienatio. Quod Romani olim prouidentes aciem inſtruere, niſi auſpicato, litatoque nefas eſſe putabant: exercitu luſtrato ſanguine hoſtię mactatę, re diuina peracta, poſitis odijs, pari conſenſu, magna animorum alacritate ad manus & pugnam procedebatur. Ad hæc quis publicis conſilijs, vbi de republica deliberabitur, locus erit? tota enim deliberatio ex altercatione, & obtrectatione compoſita, rixis, clamoribus, contentione plena erit: plerumque melior pars à peiori & audaciori ſuperabitur. Et vt ad minima quæque veniamus, quid fiet ſi mali vis, & fatalis diſcordiæ virus in domos ſingulas penetrarit? Quę forma reipublicæ tetrior, quis ſtatus populi funeſtior poterit excogitari? Aut quæ eſſe obedientiā, quæ caritas inter eos poterit, qui in religionis placitis diſcrepabunt? Vxor virum ſuum vt impium auerſabitur. vir vxori adulterij crimen imponet, quæ ſe inconſulto ad diuerſæ religionis conuentus proficiſcatur. ſuſpicabitur enim neque temere, neque ſine exemplo, ibi non religionis caſtitatem vigere, ſed libidinum impuritatem dominari. Quot virgines à parentibus, quam multæ à viris coniuges reli-

religionis ſpecie abducentur ad perditorum hominum libidinem? finis malorum non ſit, vbi permiſſus fuerit ad nouam religionem aditus atque qui dies nouis opinionibus dederit libertatem, idem reip. felicitati finem imponet: & libertatis nomen ſpecie præclarum atque appellatione, quod ab omni memoria innumeros homines ſeduxit, re falſum & inane eſſe reperietur. Quod niſi in re minime dubia exempla afferre ſuperuacaneum videretur, noſtrorum temporum tragœdias, tumultus ciuiles, bella nefaria, vnam ab religionis cauſam ſuſcepta temere, furenter adminiſtrata referre liceret: multaſque vrbes impetu ciuilis belli deformatas: innumera templa ipſa opinione ſanctitatis, moleque veneranda incenſa euerſaque: ſacras virgines conſtupratas: multa ſacerdotum millia cæſa: infinitam hominum, militumque multitudinem neci datam. Veniunt in mentem illi Poetæ verſus:

Heu quantum terra potuit, pelagiq; parari
Hoc, quem ciuiles hauſerunt, ſanguine dextra.

Verum hæc aliaque innumera mala ex religionis diſſidio nata prætereantur, quæ ſunt omnib. teſtata, & multorum hiſtorijs prodentur poſteritati. Præterita accuſare non attinet: deplorare vanum eſt, atq; inane nullũ pręter lacrymas remedium afferre: ſimul ſtyli longa diſputatione fatigati vela contrahenda ſunt, & portus aliquis occupandus, ſi prius tamen aduerſariorum argumenta fuerint explicata. Obijciunt enim nobis qui cõtra ſentiunt, Turcarum imperium, quod plures religiones, variaſque ſectas ſuo complexu continet, neque vllis inteſtinis motibus agitatur, contra omnibus fortunę bonis indies augetur & efflorеſcit. Sic in Bohemia à cẽtum quinquaginta annis duas religiones vigere, neque ita pridem tertiam eſſe publice receptam ex Martini Lutheri placitis compoſitã. Heluetios gentem bellica fortitudine, & rebus geſtis claram diuerſas religiones in

remp. admiſiſſe: idem feciſſe Germanos. Sed hi profecto maximam noſtris Principibus iniuriam faciunt, cũ eorum imperia ex Turcarum tyrannide metiri volunt, & Chriſtianorum mores ad legum Turcicarum dirigunt immanitatem. Illi enim quibus iugum impoſuerunt, cum ijs nullam reipublicæ partem communicant, neq; arma tractare ſinunt: ſed potius ſeruire cogũt, ijsq; grauiora, quam alijs imperant vectigalia: vſque adeo vt filij in ſeruitutem, fœdamq; libidinem à complexu matrũ rapiantur: vxores ſæpe in ſuorũ coniugũ oculis impune conſtuprentur. Quod ſi ea rõe nouarum hęreſum ſectatores in rep. Chriſtiana viuere vellent, vt grauiora ferrent onera contenti conſciẽtiæ, quã tantopere expetunt, libertate, fortaſſis eſſet ea conditio tolerabilis, magno redemptã libertatẽ in noſtra rep. dare. Nunc cũ videamus eos, qui à patria religione diſcedunt, ſumma omnia efflagitare, primumque auctoritatis locũ captare: quis nõ animaduertat eorũ improbitatẽ, qui religionis libertatem volunt Turcarum exemplo tueri? Nam ꝙ dę Bohemis afferunt & Germanis, miror eos neq; Angliæ exempla citaſſe, neq; Geneuæ ad lacũ Lemanum: quib. in locis non tm̃ nouæ ſectæ vigẽt, ſed Catholicis, quorũ magnus vtrobiq; eſt numerus, facultas profitendi ſuam religionẽ præciſa eſt: minæ & terrores intentãtur indies grauiores. Vides ergo eos ipſos, qui tã impudenter apud alias nationes religionis libertatẽ extorquere contendunt: & cũ negatur, impiũ facinus clamant, crudelẽ tyrannidẽ: longe aliã rationẽ ſequi, vbicunq; rerũ potiri ipſos contingit. Neq. n. tã ſunt imprudẽtes vt nõ videãt, vnã eſſe retinẽdę ciuilis cõcordiæ, ſuaq; tuẽdi rationẽ, ſi religionis diſſidiũ auferatur. Quis. n. ignorat magnopere vires Germanię fuiſſe debilitatas, magnas clades pertuliſſe, ex quo nouis opinionib. agitari, ſcindiq; cępit? Et ꝗ olim Romanis, neq; ita pridẽ Turcis formidini erat,
modo

modo vt corpus ægrũ, & morborũ cauſis afflictum, nõ modo aliorũ labore opem ferre non poteſt, ſed ne ſuis quidẽ pedibus conſiſtere, niſi alieno pſidio adiuuetur. Quæ igitur incõmoda ex religionũ diuerſitate naſcantur, poſtrema hac diſputatione explicata ſunt: euertiq; reſp. & priuatas neceſſe fore, ſi ſemel puinciales de religione inter ipſos diſſidere cœperint. Regum rationes & ſacerdotũ euerti; plebis & nobilitatis felicitatem eo malo vigẽte conſtare nõ poſſe. Quæ omnia ſi ſolis luce clariora ſunt, ſi hauſta è naturę fontib⁹, antiquitatis exemplis, recẽtiq; memoria cõfirmata, ſi tota diſputatio auctoritatẽ & fidem ſibi à ratione ſenſibuſq; conciliat, incorruptis teſtimoniis roborata eſt, ſi omniũ ordinum voces exaudiuntur, nil eſſe in auita religione mutandũ iis, qui ſalui eſſe cupiunt: magnæ pfectò habendæ ſunt gratiæ iis, qui euerſa impietate antiquæ religionis formã retineri pcipiunt: nouarum autẽ ſectarũ inuentores accuſandi merito & iuſto odio poſteritatis digniſſimi ſunt iudicãdi. monenduſq; Princeps atq; hortandus, vt naſcentis mali initiis ſe opponat, flammamq; initio reſtinguat, vel ſui corporis obiectu, ne ſi latius ſerpat contagio, ſerò remediũ quæratur: nomẽ ipſius, ſocordiæ & male geſtę reipubl. maculis dehoneſtetur; ipſeq; (quod grauiſſimũ eſt) poſt huius vitæ decurſum deſerti officii, & grauiſſimi ex eo ſceleris, magnorumq; malorum reus agatur: contemptæ ſalutis publicæ atque priuatæ iuſtiſſimas pœnas det.

Quo loco dicendi finẽ facimus. A contentione diſputandi atq; moleſtia, animũ ad otium reuocare æquũ eſt. Qualẽ principatus formã probem maxime, qualis ſit optima Principis inſtitutio, quantis virtutibus & quã multis opus habeat, explicui. Qua imagine expreſſa, vereor ne ſtudia multorũ tardentur: nam experiri fortaſſe nolint, ꝙ ſe aſſequi poſſe diffidant. Sed par eſt omnia

tẽtare, ei cuius humeris tãta rerũ moles incũbit. Quod ſi quẽ aut natura ſua, aut illa pſtantis ingenij vis forte deficiet, q̃ requirimus: teneat tamẽ eum curſum quem licebit: prima enim ſequentẽ, honeſtum eſt in ſecundis tertijsq; conſiſtere. altiusq; ibunt, qui ad faſtigiũ contẽdent, q̃ qui ſuſcepta deſperatione eo perueniendi, humilia cõſectabuntur. Nam inter Reges nõ Dauidi tantum & Salomoni locus eſt inter Iudæos, aut inter Romanos Auguſto, Veſpaſiano, Conſtantino & Theodoſio Magnis, ſed horum ſecundis vel infra ſecundos. Neque Annibal modo Pœnus, & Scipio, tum inter noſtros Pelagius, Cidus, Ferdinandus Comes, Bernardus Carpenſis, atq; ſuperiori ætate Conſaluus cognomento Magnus, copiarum eximij duces laudantur: ſed & multi alij magnam ſunt gloriam à re militari conſecuti. Quare non eſt cur cuiuſquam ſpes infringatur aut langueſcat induſtria. nam neq; ꝙ optimũ deſperandũ eſt: & in præſtantibus & difficillimis rebus magna ſunt, quę ſunt optimis ꝓxima. Deinde noſtrũ de regno & Regis inſtitutione iudiciũ fortaſſe nõ omnib. placeat. q volet ſequatur, aut ſuo potius ſtet, ſi potiorib. argumẽtis nitatur. De quib. rebus tantopere aſſeueraui in his libris, eas nunq̃ veriores q̃ alienam ſententiã affirmabo. Poteſt enim non ſolũ mihi aliud, aliud alijs videri, ſed & mihi ipſi alio tempore. Neq; in hac modo diſputatione quæ ad vulgi aſſenſum ſpectat, nec validis radicib. nixa eſt: ſed ne in ſubtiliorib. qdẽ argumẽtis magnopere velim cõtendere. Suam quiſq; ſententiã per me ſequatur, neq; noſtræ ſubſcribat. tantũ exoratũ cupimus eũ q noſtra leget, vt pıudiciũ amoueat, quoniã mẽtis oculis officit. & memor conditionis humanæ, ſi quid erratũ eſt, pio ſtudio rempublicam iuuandi veniam benignus concedat & facilis.

LAVS DEO.

INDEX RERVM, QVÆ IN HOC OPE-re continentur.

A.

ABraham Saram & Agar conciliare non potuit. 363.
Achan ob peccatum punitur populus. 298.
Adulationis artificioſæ exempla. 176.
Adulatoris ingenium. 170. & 171. eius & veri amici diſcrimen. 174. & 175.
Ædificandi ſtudiũ in Principe laudatur. 284. & 285.
AEgiſtus caprino lacte nutritus. 113.
AEgyptiis vnde tanta deorum multitudo. 355.
AEſopi fabulas Faernus carmine expreſſit. 114.
AEſymnetam antiqui tyrannum vocabant. 77.
Agnati quomodo ſuccedant in regno. 38.
Agri omnes coli debent. 280.
Aiod Eglonem Regem occidit. 64. & 65.
Alburquerquius inſtitutor Petri Regis Caſtellæ. 122.
Alexãder Seuerus magiſtratus proclamabat. 214. ex curioſis mercibus tributum imperauit. 259.
Alexandri Magni virtutes & vitia 135. & 136. ſe Ioue genitum dixit. 174.
Alhagibi, hoc eſt, proreges Cordubæ. 256.
Alfonſi Imperatoris factum præclarum. 312.
Alfonſi Sapientis Regis vacordia. 148.
Alfõſus Aragonius & Neap. Rex. 140.
Alfonſus S. Luciferi regulus. 319.
Aluarus Luna. 162. mortis cauſa. 323.
Amica Epiſcopi Regis nutrix 117.
Amicitia quid. 354.
Amor ſui adulator præcipuus cuique. 172.
Amphilochii Epiſcopi factum. 361.
Anaxarchi verba ad Alexandrum. 82.

Annibal Pœnus. S. eius dictum. 240.
Annona cura. 263.
Anſurii fides. 319.
Annus morbis inſignis. 303.
Aqua potus frequens Hiſpanis. 283.
Aquila penna alias deuorant. 97.
Aragonia Iuſtitia. 69.
Arcades muſica dediti erãt. 141.
Arces ædificandæ, muniendæ vrbes. 285.
Archimedes lineis intentus. 147.
Argiuus Ariſtodemus tyrannus. 63.
Arii ſectatores dicti Prophytiani. 360. & 361.
Ariſtides quid de conſilio Themiſtoclis. 314.
Ariſtoteles. 8 24.49.69.77. 106. 114. 129. 132. 216. 217.255.280.337.
Arſenius filiorum Theodoſii Magiſter. 221.186.
Artes propter inopiam & propter diuitias deſeruntur. 322.
Aſtrologiæ laudes. 153. *Iudiciaria ars vaniſſima.* 201.
Ateas Scytharũ Rex. 142.
Athenienſes barbaris quaſi ſeruis imperabant. 240.
Auaritia cauenda. 318.
D. *Auguſtinus.* 70 311.342. 343.349.
Auguſtus Romam ex lateritia fecit marmoreã. 287.
Aulicorum iudicium ne Rex ſequatur. 27.

B.

Bandæ militia. 248.
Bartholomæus Faccius. 140.
D. *Baſilii locus de virginit.* 345.
Behetriæ in Caſtella quid erant. 30.
Beliſarius capit Gilimerem Vandalorum Regem. 98.
Bellum ruſticorum in Alſatia. 365.
Bellum ſeipſum alat. 246.
Belli mala. 352.
Benadadus Rex Syriæ à quibus victus. 156.
Benedictinorum Cœnobia ſchola erant. 110.
Beniamin tribus punitur ob vxorem Leuitæ conſtupratam. 299.
Berengaria Regina Blancæ ſorori prælata. 41.
D. *Bernardi locus.* 229.
Blãca Galliæ Regina mater.

D. Lu-

D. Ludouici Regis. 41. 135.
Bona Principis trifariam. 255. & 256.

C.

Calderonius nobilis Theologus 3. obiit. 304. eius Epitaphium. 306.
Caliſthenes ab Alexandro occiſus. 174.
Canino lacte qui fuerunt nutriti. 114.
Cantiones quibus nutrices vtantur. 114.
Capitis vnius in eccleſia neceſſitas. 86.
Caroli Principes duo à parentibus capti. 36.
Caroli Magni lex. 218. quomodo annonã taxauit. 281.
Carolus Salerni Princeps quomodo ſeruatur. 330.
Carolus Vaſconum Rex cognomento Crudelis. 65.
Carrionis reguli ignaui. 185.
Carthaginiẽſes accuſantur. 216.
Caruaiallii fratres præcipitati. 267. 335.
Cato Coſ. venit in Hiſpaniam. 246.
Cautum conſilium melius quam felix temeritas. 337.
Charondas Tyrius. 81.
Chelidonia oculis medetur. 15.
Chiron Achillis educator. 164.
Chryſippus nutrices ſapientes eſſe vult. 114. eum cibi capit obliuio. 147.
Cicero. 155. 198. 370. eius laudes. 138.
Cidus magnus dux. 6.
Circe homines vertebat in feras. 102.
Ciues neque extenuandi multum neque locupletandi. 321. & 322.
Clades in Africa nuper accepta. 302. & ad Angliæ littora. ibid.
Clearchus Ponticus tyrannus. 63.
Clementia Principis. 183.
Clericos Galli vocant viros doctos & clericorum veſte vtuntur ſcholaſtici in Hiſpania. 109.
Comites Principis ſint multi. 159.
Coniugiorum delectus eſto. 106.
Conſtantienſis ſynodus. 62.

Conſtantii ſolertia. 234.

Conſtantinus primus inter Imperatoris Chriſtianos. 259.

Conſus, Neptunus idem, ſub terra colebatur. 170.

Cornelia Gracchorum mater. 101.

Cynethenſes muſicam contemnebant. 141.

Cyri & Cambyſis educatio. 159.

Cyrus quomodo nutritus. 114. *multus erat cum æqualibus.* 159. *laudis cupidus.* 192. *agebantur coram eo cauſæ fictæ.* 200. *ipſe, Alexander & Cæſar fuere tyranni.* 19.

D.

Daualus Magiſter equitum. 323.

Dauid minimo filio regnum reliquit. 35. *licuit illi Saulem occidere.* 61. *milites in familiam legit.* 249. *curat agros coli.* 280. *ob eius peccatum punitur populus.* 298.

Debilitātur vires inter plures partita cura. 26.

Debora Iudæis præeſt. 37.

Demetrii Phalerei conſilium. 328.

Deſultoriæ artis peritia. 131.

Deus Sphingis forma pingebatur, tum iuuenis ſeni aſſidentis. 168.

Dialectica quid. 150.

Dictamum ſagittas pellit. 15.

Dionyſius tyrannus. 63.

Dominicus proditor. 370.

Donatiſtarum ſæuitia in Africa. 369.

Druſus tribunus plebis. 263.

E.

Eccleſia Catholica vxor legitima. 358.

Eccleſiaſtici reditus alebant pauperes. 323.

Egas Alfonſi primi Luſitani inſtitutor eiuſque fides. 319.

Egeni facile turbas concitant 322. *ſuos quæq; ciuitas alat.* 324.

Eliſabetha Regina Catholica. 34.

Eloquens ſit Princeps. 148.

Enos primus Deum inuocat. 204.

Epaminondas dux. 301.

Epiſcopi ne fiant repente ex profanis. 219. *è theologis & monachis potius quā è iure-*

è iureconſultis. 220. 221.
Epiſcopi Ferdinando Regi Sancto regnum dedere. 90.
Epiſcopi ad conuentus regni vocabantur. 75. 88. illis non ſunt oppida detrahenda. 76. 89.
Epiſcopis tribuitur quod maneat incolume inter hæreticos. 89.
Eugenius tyrannus. 361.
Eunuchis miniſtris vtebantur Reges. 90.
Exercitatio corporis qualis. 133.
Extrema conſilia aliquando ſequenda vitatis mediis. 336.

F.

Fernandi Antolini pietas. 207.
Fernandus è Caſtella ad Aragoniæ regnum vocatus. 42. 68.
Fernandus Rex in ius vocatus cur ſit dictus. 307.
Fernãdus Rex Catholicus. 6.
Fernãdus Rex Sanctus templorum opes ſumere noluit. 94.
Feſtis diebus comœdiæ ne agantur. 350.
Fides prope Iouem in capitolio. 165. 201. 317.
Filii à parentibus degeneres. 105. à matribus nutriantur. 24.
Filii Heli & Samuelis. 24.
Filii procerum in aula Regis educabantur. 156.
Flagitioſis quæ procuratio demandari poſſit. 230.
Flectii Luſitani conſtantia. 320.
Flũina nauigabilia vt ſint, an debeat tentari. 283.
Fratres diſcrepantes moribus nutricum vitio. 115.

G.

Gabaonitæ vexant vxorem leuitæ. 299.
Gaïnas Gotthus. 361.
Garſias Gometius Cæſarlani Præfectus. 319.
Garſias Loayſa. 4. G. Vargas Toleta. 334.
Garſias Rex Vaſconum cogno. Tremulus. 185.
Gedeonis verba. 24.
Generandi tempora captãda. 106.
Geometria & arithmetica vtiles. 131.
Germaniæ vires debilitatæ. 370.

Gigantes Iouem è cœlo deturbare tentant. 49.
*Gloriæ ſtudium.*188.*quomodo excitari debeat.* 199.
Gometius Soliſius Alcantara Mag. 333.
Gordianus Imperator. 22.
Gratianus Imperator caſus à Maximo. 361.
Guiſius Dux. & Cardinalis eius frater occiſi. 52.
Gygis anulus. 47.

H.

Habidis nutritio. 115.
Hæreditas in regno quomodo inuecta. 29.
Harmodius & Ariſtogiton. 57.
Henoticon lex cauſa turbarum. 357.
Henrici tertii Caſtellæ Regis factum. 257.
Henrici Villenii vecordia. 148.
Henricus Galliæ Rex occiſus à monacho. 51.
Henricus Nothus fratri regnum aufert. 41.*eius cōſilium filio datum.* 316.
*Henricus quartus Caſtellæ Rex abdicatur.*34.*ignobiles repente euehit.*333.*colloquitur cum Rege Gallo.* 339.
Herbæ quibus bruta morbis medentur. 15.
Hercules Celticus. 149.
Hercules vulpinæ pellis partem aſſuit. 165.
*Hieroſolymitani templi vaſa multis exitio fuere.*98.
Hiſpaniæ ſtatus Roderico Rege. 161.
*Hiſtoriæ laudes.*154.*legenda Principi.* 328.
Hiſtriones venales. 133. *eorū turpitudo.*341.*à templis repellendi.* 343.
Honores dandi etiam ignobilibus & plebeiis. 240.
Honorius Auguſtus ſtolam pontificiam primus repudiat. 86.
*Hoſpitia pauperibus generalia inſtituendi ratio.*325.*varia eorū genera. ibid.*
Huſſitæ in Bohemia vigent. 369.

I.

Iacobi Aragonii Regis ira. 182.
Iacobus Abeniucephus Alfonſo & Sanctio Regibus cedit. 31.
Iacobus Clemens Dom.occidit Galliæ Regem. 53.

Iaco-

Iacobus Patriarcha iura primogeniti transfert. 35.
Iacobus Trezzus *ſtatuarius.* 293.
Ieroboamus cur vitulos excitauit. 355.
Imperatores multi occiſi à ſuis. 57.
Imperia quædam per iniuſtitiam conſtituta. 307.
Indoles Principum exoleſcit. 32.
Infanſones in Caſtella. 312.
Inſtitutores Principis quot eſſe debeant. 119.
Ioannes Auiſii Magiſter Rex *Luſ.* 42.
Ioannes primus Caſtellæ Rex *victus ad Aljubarotam qua de cauſa.* 94. *eius infantia.* 149. *mediam viam ſequitur cum extrema deberet.* 336.
Ioannes ſecundus Caſtellæ Rex male educatur. 126.
Ioannis ſecundi Luſ. Regis dictum. 328.
Ioannes Paruus Parienſis Theol. 62.
Ionathas guſtat parum mellis. 298.
Iouinianus Imperator. 358.
Iracundiæ fæditas. 181.
Iſmeniæ cantus. 142.
Iudices in veteri populo. 24. *quales debeant eſſe.* 296.
Iuliano comiti facta iniuria cauſa multarum cladium. 296.
Iulianum Apoſtatam occidere licuit. 62.
Iunonis templo pellices prohibitæ. 362.
Iureconſulti poſſunt fieri Epiſcopi. 225.
Iuppiter non fingitur canere. 145.
Iuſiurandum inſolens à Caſtellæ Rege exactum. 202.
Iuſtinianus vaſa Hieroſolymitana reſtituit. 98. *plures religiones tolerat.* 358.
Iuſtitia neceſſaria. 308. *ea eſt triplex* 310. *ei tēpla cōſtituta.* 311. *Mars eidem & Minerua affingebantur,* 254.

L.

Labam peccauit Liam pro Rachele ſubſtituens. 66.
Lacedæmones Marti quid ſacrificant. 65. *quid Regibus initio dedere.* 69. *barbaris quaſi ſeruis imperabant.* 240.

Lac eſt ſanguis colore mutato. 111.
Lampridius de Alexandro Seuero. 146.
Laræ reguli turbāt regnum. 265.
Latina lingua quomodo tradenda Principi. 139.
Laudis ſtudium vltima tunica quam exuimus. 189.
Laurentianæ fabricæ deſcriptio parteſque. 288.
Laurentius Valla. 140.
Ledeſmiæ Comes eiuſq; faſtus. 338.
Leges ſcribendi cauſæ. 18. *ſint paucæ & perſpicuæ.* 297. *inſtituuntur cum promulgātur.* 70. *earum duplex vis.* 84.
Leges ſucceſſionis regiæ in Aragonia ſæpe mutatæ. 37. 42.
Legis definitio. 18.
Leones neque cædendi neque demulcendi blanditiis. 121.
Leonidis vitia Alexander ſuſcepit. 118.
Leuctrica pugna famoſa. 168. 301.
Lex de annonæ pretio. 281.
Liberalitas Principis. 184.
Liberti multi exoſi. 212.
Lites breui finiantur. 219.
Litteras docendi cura viris ſacratis data. 109.
Ludi qui Principem deceant. 132.
Ludouici. II. Galli Regis dictum. 164. *eius & Caſtellæ Regis colloquium.* 339.
Ludouicus Aurelianenſis à Ioanne Burgundo cæſus. 62.
Lupinæ fides ouillas arrodunt. 97. 98.
Lutetia vrbs primaria rebellat. 53.
Lycurgus duos canes inſtitutione ſanxit. 129.
Lyſandri Regis dictum feſtiuum. 165.

M.

Macedonum filii in Regia educabantur. 161.
Magna ſunt, quæ ſunt optimis proxima. 373.
Magiſtratus proclamandi mos 214. *an mutari debeant.* 217.
Magorum pudenda vanitas. 82.
Maiorũ gloria poſteris quaſi lumen. 102.
Martiani Auguſti lex contra

tra hæreticos. 361.
Martinus Aragoniæ Rex fit. 42.
Matres filios ſuos nutriant. 110. *ardentius quam viri filios amant.* 111.
Media via aliquãdo vitanda. 336.
Medicamenta quæ à brutis accepimus. 15.
Mendacium an liceat. 164. *eius turpitudo.* 165.
Mendici nulli olim erant. 323.
Michael Irantius Magiſter equitum. 333.
Militaria præmia militibus danda. 306.
Milites canibus ſimiles. 255. 257. *an externi aduocandi.* 256.
Minerua bello & ſapientiæ præfecta 6. *tibias inuentas abiecit.* 145.
Miniſtri regii quales. 212. *opum quæſitarum rationem reddant.* 263.
Minois cum Ioue confabulatio. 205.
Mompenſerius Dux. 134.
Monarchia iungi debet Ariſtocratiæ. 26.
Monetam mutant homines callidi. 268.
Morbus grauiſſimus qui diffunditur à capite. 116.
Moſes ſacram curam à profana ſeiunxit. 87. 222. *curat ne ſint diuerſæ opiniones de Deo.* 356.
Mulieres ſcenicæ 345. *in ſcena nudabantur.* 346.
Munceri oratio. 141.
Munera ne iudices accipiant. 296.

N.

Nabuchdonoſor punit contumeliam in Deum Iudæorum. 359.
Nembrotus primus tyrannidem occupauit. 49.
Nero in theatrum prodit. 196.
Nicias quomodo tantus vir euaſit. 194.
Ninus, Cyrus, Alexander, & Cæſar tyranni fuere. 19.
Nobilitate ignaua nihil turpius. 237. *eorum ſanguis qui recoquatur.* 243.
Noui homines an honeſtandi. 241.
Numa cum Egeria congreſſus. 205. *eius religio & pietas.* 207.

Numeris conſtamus. 141.
Nutrices quales eſſe debeant. 110.
Nutricis vitio infectus quidam Princeps. 118.

O.

Obſequii genus imitari Principem. 81.
Oculis chelidonia medetur. 15.
Opes ſacrato ordini ne detrahantur. 324.
Optimo opponitur peſſimũ. 27.
Orcita Argolicus ſenex Lacedæmones execratur. 301.
Orphei cantus vis. 141.
Oſtraciſmus Athenis. 83.
Otho Imperator qua arte M. Celſum liberauit. 330.
Oxei lex laudatur. 261.

P.

Pacis laudes. 352. *ei nihil magis aduerſatur quã plures religiones.* 253.
Pædonomus Lacedæmone. 108.
Pallas oliua coronata. 353.
Panormitanus Abbas. 230.
Papirius Dictator. 368.
Paraſitos auerſetur Princeps. 178.
Paridis cithara. 144.
Patriarchæ matrum lacte nutriti. 112.
Pauperes alendi ratio. 321.
Pelagi nomen monti cuidam. 3.
Pellices Iunonis templo cur prohibitæ. 362.
Pelopidas Thebanorum dux. 301.
Perſæ linguam caſtigabant. 170.316. *eorum Reges non cantabant.* 145. *eorum leges.* 231.335.
Petronilla Aragoniæ Regina. 42.
Petri Aragonii Regis dictum. 170.
Petri Caſtellæ & Luſitaniæ Regum ira turpis. 183.
Petrus Caſtellæ Rex ad Taurum captus. 122. *ei regnũ aufertur.* 34.42.
Petrus Tenorius Archie. Tolet. 263.
Petrus Lara Comes defendit nobilitatem. 78.
Pharao cur coegit Iudæos vrbes ædificare. 49.
Philaſter. ibid.
Philippi Cominei locus. 338.
Philippi Regis epiſtola ad Ariſ. 135.
Philippi ſecundi Hiſpani Regis

gis laudes. 4. ædificia. 336.
Philiſtæ Ægyptii latrones. 160.
Philonida cohortem Scipio inſtituit. 157.
Phipheri ſomnium. 366.
Phœnix Achillis inſtitutor. 168.
Phormio de bello diſputat coram Annibale duce. 8.
Pitharchia Iouis cõiux mater felicitatis. 369.
Plato. 6. 35. 106. 114. 159. 165. 183. 217. 243. 297. 322. 351.
Plautus. 269.
Plutus quomodo pingebatur. 352.
Poetæ laſciui exterminandi. 137.
Polemon à Xenocrate ſanatus. 103.
Polycleti liber & ſtatua quã canona dixit. 119.
Pompeius vnde dictus Magnus. 349.
Pontes reficiendi & mœnia. 285.
Pontifex Romanus maior concilio. 74.
Põtii Samnitis conſiliũ. 336.
Præmio & pœna reſp. regitur. 236. 331.
Prauitas quorundam nulla arte ſanatur. 103.
Primogeniti iura Ioſepho data à patre. 36.
Princeps ſubditorũ bona iure & arbitratu ſuo occupare non poteſt. 207. Sine cõſenſu populi noua genti tributa imperare nequit. ibid.
Princeps eſt ſubditus legibus 78. non omnibus. 83. diſcat cum multis. 139. de religione nihil ſtatuat. 89. ſit religioni deditus. 180. ne tradatur mulieribus effœminandus. 125. ne vnum gratia multum creſcere patiatur. 163.
Principatus ſit hæreditarius. 29.
Principatuum varia genera. 43.
Principes medicata veſte perempti. 68. diſcrepant à Theologis. 232. qualis eorum familia. 234. ſint ex militibus. 248. per ſe bellum gerant. 252.
Principes cœlo dicabantur. 79.

Principes debent ad famam actiones dirigere. 200.
Principes multi puniti ob contactos ſacros theſauros. 96.
Principes olim ſacra tractabant. 86. *in ſacris vocantur ſacerdotes.* 208.
Prudentiæ laudes & præcepta. 326.
Prytaneum Athenis. 250.
Ptochotrophium & alia hoſpitiorum multa nomina. 325.
Pueri quomodo inſtituendi. 99. *ne imagines turpes videant, neque theatris interſint.* 114. 115.
Pyramides Ægypti quorſum factæ. 49.

R.

Raymundus Prouinciæ Comes. 263.
Reccaredus Rex Romã mittit aurum & veſtes. 323.
Reditibus eccleſiæ alebantur pauperes. 324.
Regia maieſtas vnde orta. 16. *coniungat cũ monarchia optimates.* 26.
Regis mores & ingenium. 44. 45. *munus & partes.* 122.
Reges & ſacerdotes iidem. 88. 207. 212.
Regnum hæreditarium eſſe debet. 35.
Reip. quam Regis auctoritas maior. 73.
Religioni Princeps ſit deditus. 180. 206. *religiones plures tolerare nõ debet.* 353.
Religio quid, & vnde dicta. 201. *inſita in natura noſtra.* 221. *humanæ ſocietatis vinculum.* 353.
Repræſentatio iuris figmentum. 40.
Roderico Daualo diuitiæ malo fuere. 323.
Rodericus poſtremus Gothorum Rex. 33.
Romæus auxit vectigalia ſui Principis. 263.
Romanum imperium quando in præceps abiit? 259.
Romulus à lupa nutritus. 113.

S.

Sacerdotibus ne opes detrahantur. 224. *ob inopiam contemnuntur.* 91.
Sacris ex reditibus maior vtilitas conſtat quam ex profanis. 92.

Sacro-

Sacrorum cura quomodo & quãdo ſeiuncta eſt à reip. cura. 223.
*Salomon externos vectigales fecit.*241.*multa ædificauit.* 287.
Samuel à matre nutritur. 112.
Sanctius Capellus *Luſitaniæ* Rex. 320.
Sanctius Maior Rex Vaſconum. 26.
Sanctius minor Alfonſi Regis Sapientis filius. 41.
Sanctius Rex Deſideratus. 213.
Satellites externos tyrannus aduocat. 50.
Saulis mens muſica ſedabatur. 142.
Scedaſus Leuctricus ſenex. 300.
Scipionis Africani religio. 209.
Scipionis Æmiliani dictum. 216.
Scorialis deſcriptio. 287.
Scythæ timori ſunt obnoxii. 258.
*Secretum ſeruari debet.*316.
Seneca Neronis magiſter. 122.
Sertorii cerua. 205.
Seſoſtres Rex Ægypti quid fecerit nato filio? 158.
Sethone mortuo Ægyptus in duodecim nomos diuiſa. 355.
Sichimithæ in Abimelechũ conſpirant. 56.
Siclus ſanctuarii duplo maior populari. 263.
Sigiſmundi Cæſaris & Caroli Audacis colloquium. 340.
Solon de corporis exercitatione quid? 129. *de præmio & pœna.* 237.
Sorores duæ diſcrepantes ob diuerſam nutritionem. 115.
Spartanæ iuuentutis modeſtia. 120.
Spectacula vitanda. 341
Spes magis mouet quã gratia. 331.
Sphingẽ pingebant in templorum aditu. 168.
Suaſola ſacerdos Cantaber. 4.
Superſtitio quid, & quotuplex. 201.
Suſanna à teneris annis recte inſtituta. 104.
Syneſii loca. 253.257.

T.

IOANNIS MARIANÆ Hiſpani,

E SOCIE. IESV,

DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

MOGVNTIÆ,
Typis Balthaſaris Lippij.
ANNO M.DCV.

Hic legit vt diſcat: rigido is me vellicat vngue.
Si præſtas multò gloria maior erit.

Cenſura huius libri regia auctoritate facta ab Antonio Couarruuia Scholaſtico Toletano, & regio antea Conſiliario.

DE Ponderibus & menſuris, & olim, & hoc ſæculo doctiſſimi viri cum cura pertractarunt. quippe ea diſputatio ad intelligendos tum ſacros, tum prophanos ſcriptores vtiliſſima eſt, & omni antiquitate cognoſcenda, & vitæ communis vſibus, mutuoq; commercio ciuium inter ipſos, & cum externis maximè neceſſaria. In eo argumento Ioannes Mariana nouo conatu, magnaq; diligētia ita verſatur, vt explicata commodius omnia, & exploratiora nobis quidem videantur: ac noſtris hominibus, quorum externis ſcriptoribus nulla cura fuit, magis accommodata: dignusque liber, qui in manus hominum veniat, cui auctoritatis & laudis auctoris nomen vbiq; gentium, haud dubium conciliabit, quantum erit ſatis.

Antonius Couarruuias.

Lectori.

HEbraicos characteres, quibus pondera & menſuras eius gentis exprimeremus, conflare non licuit, ne Græcos quidem forma congruentis. Sic ſunt res noſtræ. Quotus quiſque eas elegantias curat? Sed ſi quis tamen hunc libellum recudere librarius aliquando voluerit, eum vt huic maculæ medeatur exoratum, vt rectè & ex ordine faciat monitum volumus, pro Hebraicis litteras Latinas ſubſtitutas, quæ maximè congruere viſæ ſunt. Pro aſpiratione Cheth, Ch, pro Caph, aſpiratione difficillima Aiin, Ch, pro Qoph, Q, K, pro Samech, S, aut, C. Cætera quia facilia mittimus, haud ignari tamen non ſatis ijs litteris Hebraicæ linguæ inſolentes ſonos exprimi. Quid facerem? Proxima reddere ſatis habui. Id te latere nolebamus. Notis numerorum antiquis vſi non ſumus, ne diſputationi per ſe difficili, maiores ex eo tenebras offunderemus.

AD

AD GARSIAM LOAYSAM ARCHIEPI-ſcopum Toletanum.

Capvt I.

Auctoris præfatio.

Pondera & menſuras ſuis ſingula momentis, te auſpice & adiutore, Præſul eximie, examinare pergo: arduum opus, impeditam diſputationẽ atq; ſpinoſam. Quid enim difficilius, quàm in veteri ſpatio, multorum ac magnorum virorum veſtigijs trita via, nouas ſemitas imprimere? Quid magis impeditum, quàm varias & multas ſcriptorum ſententias mente complecti, atq; memoria, explicare oratione? Præſertim, cum ex magno numero veterum, atq; recentium auctorum vix duos inuenias inter ſe conſentientes. vetuſtis gratiam, nouis auctoritatem dare, quantus labor? Iam calculandi, numeriſq; ſingula perſequendi (quod neceſſe eſt) quanta moleſtia, quantaque attentione opus eſt, ne lapſus contingat? Eo grauior labor exiſtit, quod non vnius gentis menſuras & pondera explicaturi ſumus, quod ipſum eſſet difficile, ſed nobilium maxime & anti-

quiſſimarum Hebraicæ, Græcæ & Romanæ. Hebraicæ quidem, quoniam diuinis libris explicandis, quorum prima cura erat, non parum iuuabit, quid Iudæorum Talentum eſſet, quid Mina, quid Siclus exploratum habere: præterea quid Corus, Ephi, Gomor, Bathus, Hin, Satum, Cabus, ac alias noſſe id genus voces Hebraicas: quibus ignoratis, hallucinetur ſæpe Theologus, neceſſe erit. Græca autem & Romana adijcienda putabam, quòd in his linguis paſſim diuini libri legantur, Græcis ſæpe & Romanis menſuris ſubſtitutis pro Hebraicis. Simul cognoſcendis prophanis auctoribus atque eccleſiaſticis aliquid lucis noſtra opera afferri poſſe cogitabam. Rurſus cum noſtris Hiſpanicis conferenda vetera, & comparanda ſunt, quo cuncta melius intelligantur. Nam omnium gentium menſuras & pondera, ſeu vetera ſeu recentia explicare velle, infiniti laboris eſſet & immenſi: neque modus neque finis diſputandi eſſet, ac ne magnum quidem operæpretium. Sed ad Hebraica tamen, Græca, & Romana vetera fere aliarum gentium reuocari poſſunt: ab Hiſpanicis Gallica, Italica, Germanica parum diſcrepant. Simul confuſio ex multitudine & varietate à nobis procuranda erat. Et quoniam multi ſæpe nodi incidunt implexi, profiteor quæ explorata ſunt, poſiturum me pro certis: in alijs, ſi quæ veriſimilia ſunt, aut ex coniecturis, aut aliorum auctoritate, eorum periculo dixero, ſatis habeam. fides tantùm auctores appellet. In Hiſpanicis menſuris & ponderibus, quoniam pro locis ſæpe & regionibus varia ſunt, Toletana prætuli, propter eius vrbis

princi-

principatum, & quoniam in ea hoc quidquid eſt operæ cudebamus, ſtudio ſpeque noſtros hos conatus eruditis viris & moderatis probandi, promiſcuæ turbæ nulla cura, eorum præſertim qui ſtudia vtilitate metiuntur & lucro, magnum ſapientiæ nomen barba tenus & pallio velantes, quorum eſt magnus numerus: ne eorum quidem, qui inepta ſemel perſuaſione occupati dimoueri ſe ab ea non patiuntur, eoque præiudicio diuerſa reprobare, ac reijcere conſueuerunt. A quibus, vt noſtra patienter legant aut audiant, momentaque ſingula argumentorum expendant attentè, ſi impetrabimus, fortaſſis efficiemus, vt labore noſtro profeciſſe ſe, & lucis aliquid in tantis tenebris allatum confiteantur. Si quis obſcurè multa dici accuſabit, is conſideret, quæ numerorum ratione explicantur, attentione opus habere: nosque ſæpe multa repetijſſe ſtudentes perſpicuitati, cuius maior ratio eſt habita, quam orationis ſtyli. faſtidioſi enim ingenij eſt, in his diſputationibus ſermonis elegantiam requirere, atque delicati in re ſeria voluptatem captare. In tuo quidem nomine humaniſſime Antiſtes, hoc quidquid eſt operis, foras dare conſilium fuit, non patrocinij cauſa, id enim vulgare & ſuperuacaneum: ſed vt obſeruantiæ noſtræ, & ſynceri amoris à primis annis ſuſcepti, accedenteq; ætate tuis beneficijs, noſtriſq. obſequijs confirmati, monimentum aliquod extaret. Maioris quoq; erit, ꝙ tanto viro dicatur: nam & vilia quãuis dona valde pretioſa videntur, ſi templis & cœleſtibus ſint oblata: vitrũ in Pontificio annulo reuinctũ ꝓ adamãte accipiatur, pro vero pſeudoſmaragdus. Maior fulgor proxima

quæque illuſtrabit etiam minuta. Simul diligentiam excitabo eo iudice ipſa operis nuncupatione vltro delecto, vnde prouocare ad alios non liceat. Supremum enim ſuæ cauſæ arbitrum facit, qui elegit ea præſertim dignitate, prudentia, eruditione. ſic ex vſura quæſtus multiplex exiſtet. De tuis laudibus & meritis pauca dicere indecorum; multa, importuna narratio. Itaque de nobilitate, modeſtia, ſapientiæ ſtudijs, ſuauiſſimis moribus, alijſque animi & corporis dotibus, quas natura certè vis maior conceſſit benigna manu, ſilentium erit. Illud non prætermittam ſæpe verum: quemque fortunæ ſuæ eſſe fabrum, ſuiſque ſingulos moribus fingi, rarò ab indole, rarò ab ingenio rerum euentus diſcrepare. Nos inepti rerum æſtimatores alienas felicitatis, infelicitatiſque cauſas ſcilicet perſcrutamur. Hoc ſanè initio tui Pontificatus Toletani, quod Deo gratum, reipublicæ vniuerſæ ſalutare fore ſperamus, diſputationem hanc de ponderibus & menſuris, quæ poſt noſtros Annales de rebus Hiſpaniæ non ita pridem euulgatos, fortè his diebus erat in manibus, craſſo quamuis filo, tenuique contextu, quaſi primitias mittimus, & indicaturam earum lucubrationum, quæ ſuperiori tempore inſtitutæ de varijs Philoſophiæ & Theologiæ partibus, hactenus in vmbra delituerunt, maiora daturi pares modò votis & voluntati vires contingant.

CAPVT

CAPVT II.

De aſſe & partibus eius.

QVædam fundamenta ponenda ſunt, quibus moles vniuerſa diſputationis incumbat. Ac primum de aſſe & partibus eius dicendum eſt: deinde de pede, ſextario, & vncia Romanis, quoniam ad hæc pleraque alia menſurarum & ponderum nomina reuocanda ſunt, atque ex illis examinanda. Romani veteres quoduis ferme totum aſſis nomine nuncuparunt, atq; in duodecim partes diuiſerunt, quas vncias libræ ad inſtar dixere. Eius conſuetudinis origo & occaſio fuit, quoniam primis vrbis Romanæ temporibus nummis vtebantur æreis quidem, ſingulis tamen libræ pondere, rudibus primum & informibus, ſignatis deinde, quod accidit ſexto demum Romanorum Rege. Seruius enim Rex primus apud Romanos ſignauit æs, & quidem nota pecudis, vnde & pecunia dicta eſt, & quoniam ea vice pecudum in commercijs vtebantur, vti Plutarchus ait in vita Publicolæ. Sic As, quaſi æs, dictus eſt teſte Varrone. & cum libra in duodecim vncias diuideretur à Romanis, factum eſt vt As etiam diuideretur in eaſdem, quod manſit imminuto quamuis pondere aſſis, redactoque primum ad duas vncias tempore primi belli Punici, qui aſſes ſextantarij dicti ſunt, vti Plinius ait libr. 33. c. 3. Deinde etiam conſequentibus temporibus ad vnciam atq; ſemunciam æris redacto aſſe, manſit tamen vetus conſuetudo vt eius partes dicerentur vnciæ. Et quidem initio priſtinus valor aſſi manſit. Deinde (vt fit) valde eſt imminutus, quan-

do Plinius libr. 15. cap. 1. Appio Claudio, & Lucio Iunio coſſ. duodenæ, inquit olei libræ aſſe vendebantur, quod poſt imminutum aſſem nunquam contigiſſe puto, vt tanta olei vilitas eſſet. Ab ære ad alia traducta voce hæreditatem cœperunt aſſis nomine ſignificare. Quod in iureconſultorum libris paſſim occurrit hæredem ex aſſe vocantium, cui integra obuenit hæreditas nullo alio cum eo hærede, hæredē ex triente, aut ex vncia cui tertia pars hæreditatis, aut duodecima (id enim vncia eſt) teſtamēto legatur. ſic iugerum terræ Columella aſſis nomine intelligens, lib. 5. ca. 1. in duodecim vncias partitur, vnciáq; ipſam in ſicilicum, ſextulam, ſcripulum, & ſemiſcripulum, non ſecus, ac ſi de ponderibus ageret. Præterea pedem Architecti menſoreſque cum ſedecim digitos cōtineat, in duodecim vncias, hoc eſt, pollices diuiſerunt. continet enim pollex digitum vnum ex communibus cum triēte. Inde Beſſales laterculos dixit Vitruuius li. 7 c. 1. qui vnciarum octo, ſiue pollicum eſſent. ſic quatuor digitos, ſiue palmum, vt eſt in editione vulgata. 2. par. 4. ver. 5. illis verbis. Porro vaſtitas eius habebat menſuram palmi (loquitur de mari æneo) idem interpres. 3. reg. 7. ver. 26. tres vncias dixit. Groſſitudo autem luteris trium vnciarum erat. vtrumq; recte, cum palmus, id eſt quatuor digiti, tribus pollicibus ſiue tribus vncijs pedis ęquales ſint. Demū ſextarius aſſis etiam nomine ſignificatur à veteribus, & cum duodecim cyathos caperet. cyathi ipſi vnciæ ſextarij vocabantur. ſic in Martiali calices ſextantes. h. e. duorum cyathorum, quadrantes triū, trientes quatuor, deunces vndecim cyathorū calices legimus. Hinc Alciatum intellige emblemate. 25.

Qua-

Quadrantem addat aquæ calicem ſumpſiſſe Falerni
Qui cupit: hoc ſumi pocula more iuuat.

Nempe calici ſeu cyatho Falerni inijce tres calices aquæ ſiue tres vncias, id enim quadrans eſt. Quod vero addit: ſtes intra heminam, non vltra dimidiũ ſextarij in prandio procedendum ſancit. Errãt qui locum hunc aliter accipiunt, & quartam aquæ partem miſcendam præcipi volunt. Eodẽ ſpectat Grecum epigramma: χαίρει κιρνάμενος τρισὶ νύμφαις τέτρατος αὐτὸς τῆμος καὶ θαλάμοις ἐστὶν ἑτοιμότατος. quod ſic reddimus:

Gaudet permixtus quartus nymphis tribus ipſe.
Tunc Veneri & thalamis promptior adueniet.

Præter hæc aſſis nomine ſignifer, dies, hora, vſura centeſima intelliguntur, multaq; alia ſuarum partium comparatione. Sunt autem aſſis partes, vncia nimirũ duodecima pars. Sextans hoc eſt vncię duę. Quadrans, id eſt tres vncię. Vnde Teruntius à trib. vncijs deducta voce, quarta pars aſſis ſiue quadrãs dicitur. Quatrin Italis à quadrante factus videtur: olimq; cẽtum quadrantes pro ſportula loco cœnæ rectæ dabantur, merces ſalutationum, Budæus de aſſe, li. 5 Martialis: Dat Baiana mihi quadrãtes ſportula centum. Triens. h. e. quatuor vnciæ, tertia aſſis pars. Quincunx, quinq; vnciæ. Semis ſex vnciæ aſſis dimidiũ. Septunx ſeptẽ vnciæ. Bes duo triẽtes aſſis. i. octo vnciæ. Dodrans, tres quadrantes aſſis, i. nouẽ vnciæ. Dextans decẽ vnciæ. Deunx vndecim vnciæ. Sũt & vnciæ partes, nimirũ ſemũcia pars aſſis vigeſima quarta, ſcilicet quarta vnciæ pars, aſſis quadrageſima octaua, duella tertia pars, vnciæ ſextula ſexta vnciæ pars aſſis ſeptuageſima ſecũda. Sed & multiplicato aſſe alia nomina põderũ cõſtabãt. dicitur. n. ab aſſe, treſſis, quadraſſis, nonuſſis, decuſſis, cẽtuſſis

pro

pro tribus, quatuor, nouem, decem, & centum aſſibus. vel alio modo ab aſſe aſſarium dicitur eadem aſſis ſignificatione & pondere, vel vt alij volunt, dimidium aſſis aſſarium dicitur. Plutarchus in Camillo & alijs ſæpe locis Græce aſſarium pro aſſe ponit. Et cum libra ſeu as pondo etiam diceretur, ab ea voce factus dupondius continet duos aſſes. Seſtertius genere maſculino duos aſſes cum dimidio, dictus quaſi ſemiſtertius, ſic ait Voluſius Metianus de aſſe, additque in legibus duodecim tabularum duos pedes & ſemis vocari pedem ſeſtertium, ſic locum legito, Seſtertius autem nummus erat ex argento, quemadmodum maiores monetæ. Præterea nummus abſolute poſitus ſeſtertius idē eſt, Budæus de aſſe lib. 3. Quinarius ſeu Victoriatus, quinque aſſium valore, denarius decem, vnde & nomina manarunt. Is Denarij primus valor aliquando eſt mutatus, cœpitque ſedecim aſſibus æſtimari tēpore ſecundi belli Punici. Plin. lib. 33. c. 3. Quod addit: In ſtipendio militari ſemper denarius pro decē aſſib. datus. ſic intelligito, Militibus, quib. denarius diurnum ſtipendium erat, quamuis denarij valore mutato, manſit vt decem aſſes tantum pro denario darentur. Sic apud Tacitum lib. 1. milites ſub initia Tiberij conqueruntur, denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari. Ijdemque flagitant, vt denarius diurnum ſtipendium foret. Vides hoc modo hæc loca optime conciliari. Erat & libella vnius quidem aſſis valore, ſed ex argento: nam aſſes ſemper ex ære cudebantur, valebantque ſinguli quantum quatuor noſtri marauedini, quos Latinè liceat quadrantes, aut teruntios dicere. Marci. 12. ver. 42. vidua offert minuta duo, quod eſt quadrās,

nempe

nempe illa minuta valebant quantum octaua pars aſſis vti blanca noſtra: dicebanturque minuta non vt minuta Græcorum medicorum, quæ ſunt pondera minima omnium, ſed quoniam minor illa moneta non ſignabatur. Porro Denarius valebat quantum quadraginta quadrantes. Notæ denarij bigæ atque quadrigæ: vnde bigati & quadrigati dicti. Seſtertius genere maſculino quantum quadrãtes decem: ſed ſi ſeſtertium dicas neutro genere mille ſeſtertios intelligere debes, hoc eſt, decẽ millia quadrantes, nimirum quantum viginti quinq; aurei nummi noſtrates, quos coronas ſeu coronatos dicimus, ſinguli valore quadringentorum quadrãtum ſeu marauedinorum, quo valore hoc quidem tempore æſtimantur. Nam ſi ſeſtertium cum ducatis noſtratibus velimus comparare, quorum ſinguli continent marauedinos. 375. ſeſtertium vnum continebit ducatos viginti ſex, prætereà marauedinos. 250. præciſe. Quo loco oportet explicare formam numerandi qua veteres Romani vtebantur, tum alias res numerantes, tum præſertim pecuniæ quamuis ſummam ad ſeſtertia fere referentes, & quemadmodum Græci non vltra decem millia progrediebantur; hoc eſt myriada: ſed eius numeri repetitione maiores ſummas explicabant, vt cum centum myriades dicunt, nempe decies cẽtum millia, aut mille millia. χιλίαδα χιλιάδων. qua etiam loquendi forma vtebantur Græci: ita Romani non vltra centum millia procedebant. Sed eius numeri repetitione maiores ſummas numerabant, vti Budæus docet lib. 4. de aſſe ex Plinio, libr. 33. cap. 10. Ergo aut per ſeſtertios numerabant, qui abſoluta etiam appellatione nummi erant, aut per

ſeſtertia aut per alia, vt aureos, paſſus, pedes, de quibus omnibus dicendum eſt. Per ſeſtertios quidem dicentes. quadraginta ſeſtertij aut nummi, nempe quadringenti quadrantes, quantum aureus nummus. Quadringenti ſeſtertij aut nummi, quantum decem aurei. Cũ ad mille ſeſtertios perueniebatur, relicto ſeſtertio maſculini generis trãſibatur compendij cauſa ad ſeſtertium neutro genere, ꝙ mille ſeſtertios continebat. Quomodo cum numerabãt, rurſus id dupliciter faciebant: aut per nomina, vt ſi dicas decem ſeſtertia, nimirum aurei noſtrates. 250. aut centum ſeſtertia, hoc eſt quantum aurei noſtrates. 2500. Lampridius de Heliogabalo, Nunquam, ait, minus centum H-S cœnauit, hoc eſt argenti libris triginta. legendum pro triginta trecentis: trecentæ. n. librę argenti valent quantum aurei 2500. circiter. Sic quadringenta ſeſtertia, nimirum quantum decem aureorum millia, quæ erat cenſus equeſtris ſub Iulio Cęſare. quemadmodum ea ſumma duplicata erat cenſus ſenatorius. Erant & mille ſeſtertia quantum mille millia ſeſtertij, viginti quinq; millia noſtrorum aureorum. Licet & per aduerbia, dicere biſcentum, tercentũ ſeſtertia, aut biſcentena, quatercentena, decies centena ſeſtertia hoc eſt mille. Supra mille ſeſtertia nõ amplius nominibus, ſed aduerbijs vtebantur Romani, ſumma ſeſtertiorũ centuplicata hoc modo dicentes: decies ſeſtertium, id eſt, decies centum ſeſtertia ſiue mille ſeſtertia, vtroq; enim modo Latinè dicas, ſemperq; aduerbia iuncta ſeſtertijs centuriã ſubintellectam ſecum afferunt: perinde enim eſt decies ſeſtertium, ac ſi dicas decies centena ſeſtertia: & quod amplius eſt ipſa vox ſeſtertium aliquando non exprimitur,

idem-

ideq; ſignificare ſolet decies abſolutè poſitũ aut cẽties q decies cẽtena ſeſtertia, centies centena ſeſtertia. Ergo decies ſeſtertiũ continet quantum viginti quinq; millia aureorũ, atq; ex eo caſtiganda eſt epiſtola Plinij ad Caluiſiũ li.5. & pro ſedecies ſeſtertiũ, nimirũ quadraginta aureorũ millib. legẽdũ, decies ſeſtertiũ: cum quadringinta millia (quæ decem aureorum millia valent) idem dicat paulo amplius tertiam partem ſuperioris ſummę eſſe. Verum ad alia pergamus Duodecies ſeſtertium, hoc eſt duodecies centena ſeſtertia, hoc eſt ſeſtertia mille ducenta, quantum triginta millia aureorum. qui erat cenſus ſenatorius ſub Auguſto. Suetonius in Auguſto c.41. Dion tamen lib.54. cenſum ſenatorium ſub Auguſto fuiſſe ait, vigintiquinq; myriades certe decies ſeſtertium, aureos 25000. Vicies ſeſtertium duo millia ſeſtertia aurei quinquaginta millia, quanti æſtimata eſt area domus Ciceronis ad Atticum libr.4. Septuagies ſeſtertio apud Tacitum lib. 10. efficit centum ſeptuaginta quinque millia aureorum. Centies ſeſtertium, hoc eſt, cẽties centum ſeſtertia, quanti æſtimatus eſt vnio Cleopatræ, auctore Plinio lib.9. cap.35. nempe aureis noſtratibus 250000. Quadringenties ſeſtertium, hoc eſt quadringenties centena ſeſtertia, quanti apud eundem eodem lib.9. c.35. fuit ornatus Lolliæ. Sexcenties ſeſtertium libr. 15. & 20. Taciti aureorum millio cum dimidio. Tum lib.5. eiuſdem Taciti diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, hoc eſt duobus millionibus aureorum cum dimidio. Seneca termillies ſeſtertium quadriennio quæſiſſe ferebatur apud Tacitum lib.13. & de oratoribus ait Eprium Marcellum ſeu Criſpium Vibium poſſidere tantundem, nempe ſeptem milliones cum dimidio.

Vitel-

Vitellius Imperator vti idem Tacitus ait lib. 18. pauciſſimis mēſibus interuertiſſe creditur nouies millies ſeſtertium, nimirum viginti quatuor milliones cum dimidio. Vicies ſepties millies ſeſtertiū, quantum pecuniæ Tiberius corraſit & reliquit, vti Suetonius ait in Caligula cap. 37. hoc eſt ſexcenties ſeptuagies quinquies centena millia aureorum, vel vt noſtro more loquamur, milliones ſexaginta ſeptem & ſemiſſem; ingens ſumma & vix fidem factura, præſertim cum idem Suetonius affirmet, tū loco eo, tum in vita Neronis c.30. ingentes eas opes à Tiberio relictas breui ſpatio atq; adeo non toto vertente anno conſumptas à Caio Caligula & effuſas fuiſſe. Plutarchus in vita Pompei poſt victum Mithridatem ait, tributa Romana creuiſſe ad octuagies quinquies decies cētena millia, (nimirum decies centena millia, ſeu decies ſeſtertium, ſeu viginti quinque aureorum millia debent octuagies quinquies ſumi) duos aureorum milliones, cētum præterea & viginti quinque millia aureos. Auguſtus apud Suetonium moriens legauit populo Romano quadringenties, tribubus tricies quinquies ſeſtertium. nempe populo legauit decies centena aureorum millia millionem vnum, tribub. octoginta ſeptem millia & quingentos aureos, certe cuique tribui centena ſeſtertia aureos. 2500. erant enim tribus 35. Plinius libro 12. cap. 18. millies centena millia ſeſtertium omnibus annis India & Seres, peninſulaque illa imperio noſtro adimunt, nempe propter vniones & alia quæ ornandis mulieribus inde aduehebantur. Si locus non eſt corruptus, credo perinde eſſe millies centena millia, ac ſi diceret tantum millies, duos milliones cum di-

midio.

midio. nã aduerbia ſecũ centena afferũt & ſeſtertia ſingula mille ſeſtertios valebant. vnde millenariũ numerũ in ſe includũt. Alioqui ſumma illa ad duo millia quingẽtos aureorum milliones excreſceret: quantum pecuniæ in toto Romano imperio non erat. Ita in his modis numerandi per aduerbia, centum ſiue centena ſubintelligi debent, quæ vox cõpendij cauſa deſideratur. Quod non tantũ contingit cum pecunię ſummam per ſeſtertia vt monſtratum eſt, ſed etiam cum aut eandem alio modo, aut alia quæcunq; numeramus. Vt ſi dicas decies millia aureorum, perinde eſt ac ſi dicas decies centena millia aureorum, centies millia paſſuum, id eſt centies centena millia. alioqui per nomina dicendum eſſet, decem millia aureorum, aut centum millia paſſuum, ſi id tantum ſignificare velimus. ſic quod diximus proximè, ſeptuagies quinquies centena millia aureorum, eadem ſignificatione dici potuit ſeptuagies ſepties quinquies millia aureorum. & in Plinio ſæpe millia paſſuum aut ſtadia eadem ratione debent intelligi. vti idem Budæus explicat l. 4. vti cum ait Plin. lib. 2. c. 108. latitudo autem terræ à meridiano ſitu ad ſeptentrionem dimidio fere minor colligitur, quinquies quater millia ſexaginta duo, (ſic Budæus & Hermolaus legerunt) intelligi debet vt perinde ſit, ac ſi diceret: quinquagies quatercentena ſexaginta duo millia, vti Martianus de re eadem agens explicat, hodieque in Plinij codicibus ea lectio eſt, fortaſſe ex Martiano ſumpta. Quæ quidem ſumma perinde valet ac ſi dicas, nouem milliones ſeptingenta quadraginta octo millia paſſuum: qui paſſuum numerus efficit, milliarium nouem millia ſeptingenta quadraginta octo

millia. Atque cum multis exemplis illuſtrari hæc obſeruatio poſſit, pauca attigiſſe ſatis habui: vnde colligitur illud Apo.9.ver.16.& numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia *Δύο μυριάδες μυριάδων* ex Græca forma loquendi dictum fuiſſe, cum ex Romana veteri dici ab interprete potuiſſet, bis millies centena millia. Iam enim dictum eſt, Gręcos decem millibus replicatis maiores ſummas efferre, Romanos veteres centum millibus. Ad extremum ſcire oportet, centum æris aut mille æris, centum aut mille aſſes ſignificare in veterum libris: adijcitur aliquando æris grauis propter aſſes libræ pondere percuſſos, qui graues, eorum, qui poſteà percuſſi ſunt imminuto pondere, comparatione dicebantur. Aliquando etiam vox æris ſupprimitur, vt Liuius libr. 39. dixit: Senatus Fuluio quantum vellet impendere, (ſupple in ludis) permiſit, dum ne ſummam octingentorum millium excederet. nempe octoginta millia aſſes, qui efficiunt ad noſtram rationem aureos octo mille. acceperat autem à ciuitatibus ad eos ludos, vt ibidem dicitur, centum auri pondo, qui valebant aureos noſtros 9600. Plutar. in Lucullo, cum is in Apolline cœnaret, ſumptum cœne fuiſſe ait: *πέντε μυριάδων* nempe aureorum quinque millium. Græci enim myriada pro mille aureis ponunt. Sic Dionyſ. libr. 54. bis de cenſu ſenatorio agens viginti quinque myriades pro aureis dixit, 25000. Plutarchus in M. Antonio *πέντε καὶ εἴκοσι Ῥωμαῖοι δέκιες καλοῦσι.* Decies autem pro aureis ponitur. 25000. Addo & à Boetio de Arithmetica numerum cubum à radice vocari. Sic 8. binionem 27. ternionem. 64, quaternionem vocat. qua analogia quis

contendat mille millia non omnino barbarè dici poſſe millionem, vti contendit Nebriſſenſis repetitione 8. tametſi mille eius numeri radix quadrata eſt, non cubica: in quo ille errauit vir alioqui eruditus diligentia maxima.

CAPVT III.

De vncia & libra Romanis.

VNciæ, & libræ pondere à Romanis Græci acceperunt, quemadmodum & nomina ipſa. Græci .n. mina vtebantur, & drachma. mina centum Drachmas continet, cum libra Romana eſſet tãtum drachmarum nonaginta ſex, vnciarum duodecim. drachma octaua pars vnciæ erat non tantum in cæteris mercimonijs, ſed etiam medicorum vſu. ſic enim Dioſc. de menſur. & ponder. ca. 1. ait: vncia habet drachmas octo, ſcripulos 24. cum quo conſentit Gal. lib. 6. de compoſitione medicamentorum ſecundum genera. Erant præterea vnciæ & libræ non modo ponderales, ſed etiam menſurales tum Romanis tum Græcis: quod inter nos hodie etiam vſurpatur, præſertim inter medicos. Id conſtat ex Colume. lib. 12. c. 21. cum de muſti conditura agens duab. inijci mandat ſemunciam ſalis bene plenam: & ex Galeno libr. 6. de cõpoſit. medic. per genera c. 18. his verbis ego ſanè olei libram Romæ vocatam, quam per inciſuris diſtincta cornua metiuntur, ponderaui quãdoq; diſcere cupiens quantum grauitatis pondus contineret: inueni duodecim olei menſurales, decem vncijs ponderum æquales. De menſuralibus vncia,

& libra hoc loco non diſputamus, ſed de ponderalibus, quas Hebræis, Græcis & Romanis veteribus vnius ponderis fuiſſe magis creditur à doctis viris; quia contrariũ non probatur, quam ſit certo argumento firmum. Sed coniecturę ſuppetunt, neq; validæ, neq; prorſus reijciendæ, Gręcos, quæ à Romanis acceperãt eodem pondere retinuiſſe, veriſimile eſſe: Siclum Hebraicũ ſemunciæ pondere non vulgaris. ſed Atticę viſum, quam vnciam putant minorem aliquanto vulgari noſtra eſſe, æqualẽ Romanę veteri. Quãtum a. Romana ſeu Attica vncia minor ſit noſtra non conuenit inter auctores: quidã veterem Romanã vnciam libramq; conuenire putant, paresq; eſſe ponderibus medicis, quibus medicamentis conficiendis vulgo vti conſueuerunt: quæ haud dubium minora ſunt parte quintadecima alijs communib. ponderibus. Ita vncia medicorum drachmas ſeptem & ſemiſſem continet, libra vndecim vncias & drachmas communes duas. Alij putant Romanam libram vnciãq; veterem minores eſſe noſtris parte amplius vigeſima: ſic vt antiqua libra Romana contineat vncias vndecim noſtras, ſcripulos decem, noſtra maior ſit Romana ſcripulis quatuordecim. vncia antiqua ſeptem drachmas contineat. ſcripulum vnũ grana viginti, minor noſtra vncia vulgari ſcripulo vno, granis quatuor. Sed quę tanta aſſeueratione dicuntur, neſcio an confirmari ſatis poſſint. nam ex põdere denariorum Romanorum leue argumentum ducitur, cum vſu & antiquitate ſint detriti, neq; eiuſdem põderis ſemper fuerint, Plinius enim li. 33. c. 9. ſeptem denarios vnciæ tribuit, nimirũ libræ 84. quod ſequitur Celſus lib. 5. c. 17. at Gal. de compoſit. medicam. ſecundum

dum genera, lib, 5. c. 6. octo denarios vnciæ tribuit, nam ſeptem vncias & ſemiſſem ſexaginta denarios eſſe ait, neq; Plin, ſibi conſtat cum lib. 21. c. 34. denarium dicat drachmæ pondere eſſe. Quod ſi nouo argumẽto, quo alij vtuntur, vetera pondera afferas quæ paſſim inueniuntur libræ, ſemiſſis, quadrantis, ſextantis è lapide aut ex ære noſtris minora. reſpõdebo, neq; ipſa paria inueniri, vt ipſimet qui inuenerunt, confitentur; neq; mirum eſt diuturnitate temporis aut detrita eſſe aut imminuta rubigine, vt certi nihil ex ijs conſtitui poſſit. Ac credam potius vetera pondera cum noſtris vulgaribus conuenire, quemadmodum cum Romanis Græca & Hebraica conſentire dant, magis quia diuerſum probari non poteſt. quam certo aliquo argumento, nam & vulgares à Romanis ſicut & à Græcis Romanæ ſunt acceptæ, neq; eſt veriſimile omnes hodie nationes fere in eadem pondera conſpiraſſe, niſi ea à Romanis antiquis imperij temporibus accepiſſent. Præterea eã rationem facillimã fore cogitabã pondera & menſuras inter ſe comparandi, ſi vnciam demus non diuerſi ponderis antiquis tẽporibus & noſtris fuiſſe. Tametſi diuerſam etiam rationem conſectabimur ponderibus & menſuris diuerſarum gentiũ exæquandis, præſertim eorum, qui vetera pondera Romanorũ noſtris medicis paria eſſe contendunt, ne laborem & moleſtiam calculandi & numerorũ minutias ſubterfugiſſe nos aliquis iure accuſare poſſit. Præſertim cum vulgaria medicorum pondera cum antiquis & cum alijs ponderibus vulgaribus comparare conſtituerim. Atque de vncia & libra Romana hactenus: ad ſextarium progrediamur,

Capvt IV.

De ſextario Romano.

Sextarij non vnum pondus, neque vna menſura fuit, ſed multiplex: nam præter vulgarem Azumbris quadrantem, quem in hac diſputatione ſextatium Toletanũ vocabimus, erat Hebraicus ſextarius, Atticus atque Romanus. Sed de alijs alio loco copioſius explicabitur, nunc de ſextario Romano dicendũ eſt, quoniam ex eo cognitio aliarum omnium menſurarũ pendet, cum Hebraicus ſextarius duas tertias Romani contineat, vti poſtmodum demonſtrabitur apertè, Atticus tres quartas eiuſdem. & ſi recipitur vncias Romanas veteres pares noſtris communib. eſſe, Toletanus ſextarius quatuor omnino quintas Romani ſextarij cõtinebit. Præterea amphora Romana capit ſextarios Romanos, quadraginta octo, vrna viginti quatuor ſextarios, modius Italicus ſextarios ſedecim. Sic ex cognitione ſextarij Romani aliarũ menſurarum cognitio pendet, & cum ea eſt implicata. Facillima ratio inueſtigandi quantum caperet is ſextarius, ex pondere ſumenda eſt eius, in vino aut aqua, parum enim hi duo liquores diſcrepant. nam oleum nona parte leuius eſt aqua, decẽque vnciæ aquæ nouem vncijs in oleo reſpondent. mel a. ſemiſſe grauius eſt aqua. Sic viginti vncijs in aqua triginta in melle reſpõdẽt. Hoc eſt, ſi vas aqua repletum pendet vncias viginti, idem repletũ oleo pendebit vncias decem & octo, idem repletũ melle pendebit vncias triginta Ergo de ſextarij Romani pondere auctores non conueniunt. Heſichius vncias viginti quatuor illi tribuit, quod ſequitur

Budæus,

Budæus, & eius auctoritate alij recentiores. Iſidorus huic ſententiæ fauet cum libr. 16. cap. 25. Hemina inquit, appendit libram vnam, quæ geminata ſextarium facit. & rurſus modio attribuit ſextarios viginti duos, libras quatuor & quadraginta. Non pauci decem & octo vncias ſextarium Romanum pendere in aqua affirmant, quod dixit Galen. de ponder. & menſur. ſic enim ait: alij dicunt ſextarium habere pondus libræ & ſemiſſis. & rurſus, Tryblium, (quod eſt dimidium ſextarij) habet vncias nouem. Verum hoc in oleo intelligi ſequentia declarant, ſicut & Dioſcor. de ponder. & menſur. tribuens ſextario aquæ vncias decem & octo vitiatus eſt, vt Græci codices declarant non de aqua, ſed de oleo agere, neque aquæ pondus à vini ſeiungere, quod Latini codices quidam corruptè habent. Peritiores tamen ſextarium Romanum in aqua aut vino pendere vncias viginti malunt. Hermolaus Barbarus, Leonardus Portius, alij omnes permoti tum aliorum antiquorum auctoritate, tum Fannij, cum ait. Nam libræ, vt memorant, beſſem ſextarius addit: Seu puros pendas latices, ſeu dona Lyæi. Addunt ſemiſſem libræ labentis oliui, Selibramq; ferunt mellis ſupereſſe bilibri. Vides ſextario in aqua aut vino tribui pondus vnciarũ viginti, in oleo. 18. in melle triginta. Quod ſequitur etiam libellus Galeno attributus de pond. & menſ. Hæc nobis ſententia, quæ media eſt, duabus alijs præferenda videbatur: præſertim cum antiquorum dicta facile explicari poſſint. nempe qui ſextario vncias viginti quatuor dederunt, ij de mẽſuralibus locuti ſunt, vti ex Galeno attulimus li. 6. de compo. medic. per genera c. 8. duodecim vncias

menſurales decem vnciarum pōdus habere. quod ab eo in oleo dictum, Oribaſius ex Adamantij ſententia dixit: ſextarium Italicum vini quidē menſura vncias viginti quatuor pondere libram noſtram ac vncias octo habere. Qui vero decem & octo vncias ſextario dederunt, aut in oleo explicandi ſunt, aut non de ſextario Romano locuti ſunt, ſed de ſextario Attico (ſic nos interpretabamur) qui vncias quidem menſurales 18. continet, nimirum pondus vnciarum omnino 15. ſic enim Galenus ait eodem opere lib. 5. cap 6. Atticam Heminam nouem Italicas vncias conficere: additq;: pendunt enim nouem Italicæ vnciç, quas in cornibus inſectis metiuntur ſeptem vncias ponderales & ſemiſſem; quod de oleo etiam dictum placet ad vinum aut aquam traduci. Quo loco apertè perſpicitur erraſſe quicunque ſextario Attico dant pondus vnciarum octodecim, Romano vncias viginti menſurales nō ponderales, quod facit Georgi. Agricola lib. 1. erraſſe alios qui ſextarium Romanum Toletano parem faciunt, cum huius pondus in vino aut aqua eſſe vnciarum modo ſedecim minime dubiū ſit. Quod ſi Romanas vncias veteres pares communibus noſtris eſſe recipitur, ſextarius Romanus comparabitur cum noſtro proportione ſexquiquarta, ſeu quod idem eſt, Toletanus, quatuor quintas Romani ſextarij continebit. Si autem veteres vncias malumus medicis vncijs noſtræ ætatis pares eſſe. viginti vnciæ veteres ex noſtris communibus continebunt vncias $18\frac{3}{4}$ hoc eſt vncias octodecim octauas ſeu drachmas ſex: quæ faciunt adarames noſtros duodecim. Comparabiturque hac ratione ſextarius Romanus cum

eum Toletano proportione quæ eſt 75. ad 64. vt conſtat vtriuſque ſextarij vncijs in ſuas quartas partes diuiſis. nempe proportio erit ferme ſeſquiſexta. Quæ omnia intelligentia comprehendenda & memoriæ commendanda putabam, magnam enim lucem vniuerſæ diſputationi afferre poterũt. Vitruuius lib. 7. cap. 8. ſextarium argenti viui pondo ait eſſe viginti quinque. Nos facto periculo inuenimus ponderare libras viginti tres, vncias decem, octauas ſeu drachmas ſeptem. fortaſſis argentum viuum illud non erat vſquequaque defecatum; ſed ex quo certè perſpicitur, neque Romana pondera minora eſſe noſtris, neque ſextarium Romanũ continere vncias ponderales octodecim, longè enim ratio Vitruuij à noſtro experimento aberraſſet.

CAPVT V.

De pede Romano.

MENSVRA Pedis Romani ſi certa ratione eſſet explorata, magna nos moleſtia cæteris conſtituendis liberaſſet: ac præſertim quantus eſſet ſextarius Romanus definire in promptu eſſet: atq; ex eo quid de vncia & ponderibus Romanis ſentiendum eſſet, vna opera conſtitueretur. Pendit enim ſextarius Romanus viginti vncias Romanas præcisè, idemque eſt amphoræ Romanæ pars omnino quadrageſima octaua. Amphora autem Romana pedis Romani menſuram quoquouerſus habet, vnde & à forma quadratoque pede, quadrantal dicitur. Sic enim Feſtus ait: Quadrantal vocabant antiqui: quam ex Græco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta capit ſextarios. Idem


Fannius alijque omnes tradunt quaſi rem minimè dubiam. ſic ex pede Romano iuſto confecta amphora, de ſextarij menſura & pondere iudicare facile erat, ea diuiſa in octo & quadraginta æquas partes. Video tamē de pede Romano diſceptationem eſſe, neq; inter ſe eruditos conuenire. Tres enim pedis formas menſurasq; afferunt, minimā, mediocrem, maximam ita inter ſe comparatas, vt maxima mediocrem ſuperet ferme ſicilico, id eſt parte pedis mediocris quadrageſima octaua, pes mediocris minimum ſuperet ſextula plus minus, hoc eſt, parte pedis minoris ſeptuageſima quinta. Sic pes maximus minimum ſuperat duella, hoc eſt minimi parte trigeſima ſexta. Maximum pedem pro vero, ſuperiori ſæculo eruditi habebant. & Philander in Vitruuium lib. 3. cap. 3. ex columna Porphiretica deprehendiſſe ſe Romę ait. meminit eius columnæ etiam Marlianus de antiquitatibus vrbis Romæ. mediocrem Leonardus Portius primus ꝓ vero tradidit ex marmorea baſſe ſepulcri CN. Coſſutij ſculptoris, quæ cùm in portis Angeli Colotij Romæ eſſet, Colotianus pes vulgò vocatur. quæ ſententia & menſura magno eruditorum plauſu ſuperioribus annis celebrata eſt. minimum pedem Pætus inuexit de pond. & menſur. libr. 1. ex tribus pedibus æreis, quos ſe Romæ vidiſſe affirmat, ſumpta occaſione nouandi. Verum nos cùm ſextarium ſciamus, quod & ille fatetur libr. 3. viginti vncias pendere in vino aut aqua, ſiue æquales noſtris vncijs ſint, ſiue minores parte quintadecima, vti ſuperius eſt dictū: amphoram ex illo pede Romano ſextarios 48 eius ponderis non capere mani-

manifeſtè deprehendimus. Congius octaua pars eſt amphoræ Romanæ capiens ſex omnino Romanos ſextarios, fitque ex ſemiſſe pedis Romani quoquouerſus. Factis ergo duobus congijs altero ad menſuram ſemipedis Colotiani, altero ad ſemipedis Porphiretici modum, Congium priorem capere animaduerti ſeptem ſextarios Toletanos. (ſinguli pendunt vncias ſedecim) qui efficiunt, addita tantùm parte 32. vnius Toletani ſextarij, ſex Romanos vnciarum decem & octo, drachmarum ſeu octauarum ſex, quod eſt iuſtum ſextarij Romani pondus, ſi vnciæ veteres ſunt pares noſtris medicis. Congij octo, quos ſeptem Toletanos ſextarios & partem præterea 32. (quæ vix poteſt ob exiguitatem obſeruari) efficient ſextarios Toletanos 56. & $\frac{1}{4}$. qui ſubducta ratione efficiunt ſextarios Romanos 48. quorum ſinguli viginti vncias medicas contineant, communes vncias 18. $\frac{3}{4}$. ſeu quod idem eſt vncias octodecim, octauas ſeu drachmas ſex. Congius alter & maior capiebat ſeptem Toletanos ſextarios & ſemiſſem. ſic vt amphora ſexaginta ſextarios Toletanos caperet, nimirum quadraginta octo Romanos ſingulos vnciarum communium viginti. Nam vt ſextarius Romanus huius ponderis comparatur cum Toletano proportione ſexquiquarta, ita numerus 60. excedit numerum 48. eadem proportione quocirca minimi pedis Romani effigiẽ eius excludimus, quaſi nothi pedis, certe poſterioris temporis, cùm Congius ex eius ſemiſſe factus ſex ſextarios Romanos prioris aut poſterioris ponderis nõ capiat, ne ampho-

amphora quidē ex integro pede facta quadraginta octo ſextarios id genus. mirorq; Pætum diuerſum ſe obſeruaſſe facta amphora ex ſuo pede affirmare. Sed nimirum in lubrica obſeruatione decipi facile fuit, & ſuis opinionibus ſemel ſuſceptis fauet animus. Et ne quis accuſet menſuras pedum in charta expreſſas minores quam in typis eſſe, propterea ꝙ charta humore extenditur, ariditate contrahitur: is ſciat ne id quidem in noſtris obſeruationibus fuiſſe prætermiſſum: ſed trium pedum modum vt typis æreis reſponderent, & ipſis prototypis ex lapide, aut ex ære madefacta charta ſumpſiſſe, ea menſura quam hoc loco exprimam, vt ſtudioſorũ conatus hac etiam parte iuuentur. ſi prius addidero, nobis ex tribus pedibus maximum legitimum videri: qui expeditiſſimam rationem præbet pondera & menſuras comparandi inter ſe, credamque duos alios minores iuſto eſſe. Sed ex pede Colatiano atq; amphora ad eam menſuram extructa factũ puto, vt recentiores in eam ſententiam abierint (cuius veſtigium in paulo antiquioribus non inuenio) vncias Romanas veteres minores noſtris communibus eſſe.

Tres ſemipedes Romanos non eadem menſura adijcimus, Porphireticum, Colotianum, & Pæti: quorum ex parte vna quatuor digiti, ex altera tres pollices deſignantur. Continet enim pes digitos ſedecim, pollices, ſeu mauis, vncias duodecim.

Semi-


Semipes maximus Porphireticus.
Semipes mediocris Colotianus.
Semipes minimus etatis poſterioris.

Capvt VI.

De ponderibus Hebraicis.

DE Vncia, ſextario & pede Romanis, quid ſentiendum ſit hactenus explicuimus: nunc ad alia pondera & menſuras progrediendum eſt. Et vt honos antiquitati habeatur, ſimul quoniam de diuinis libris præcipua cura erat, in ſingulis generibus, Hebraicis ponderibus & menſuris explicatis ad Græca & Romana procedemus. Atque in ſingulis ea dicemus, quæ nobis quidem veriſimilia maximè eſſe videbuntur, magnorumq; virorum fide & auctoritate fundata.

De Talento Hebraico.

TALENTVM Quod primum & maximum apud omnes nationes pondus proculdubio eſt, ab Hebræis KiKar vocatur, id eſt torta ſeu maſſa, quod rudi pondere eſſet, neque percuſſa aliqua imagine, magis pondus, aut nummorum ſumma. Pendebat minas quinquaginta, drachmas duodecim millia, quod certa ratione colligitur Exodi cap. 38. verſ. 25. vbi Hebraicè Græceq; ex hominibus ſexcentis tribus millibus quingentis quinquaginta, cùm ſinguli ſoluiſſent per capita dimidium ſiclum, hoc eſt drachmas duas, redacta fuerunt centum Talenta argenti, præterea ſicli 1775. ſic ex ſexcentis millibus hominum centum Talenta redacta ſunt, ex minori numero hominibus 3550. ſiclorum numerus 1775. atque

adeo

adeo ſingula hominum ſex millia, cum quilibet dimidium ſiclum dediſſet, talentum obtulerunt. Ergo talentum Hebraicum drachmas pendebat duodecim millia præciſe. Hoc eſt ſi drachmæ illæ pares noſtris erant, vti veriſimilius iudicamus, Talentum quidem auri Hebraicum continebat, quantum aurei noſtrates 12750. pendunt; cum ex octo vncijs auri ſeu beſſe libræ (marcum nos dicimus) 68. aurei cudantur. Quod ſi Talentum argenti erat, pendebat quantum argentei nummi noſtrates 12562. & ſemis, quia ex octo vncijs argenti, ſignantur argentei nummi 67. Epiphanius talentum facit librarum 125. libram duodecim vnciarum, quocirca drachmas pendebit duodecim millia. Dionyſius etiam Halicar. libr. 9. duo millia aſſes ſiue libras efficere ait, ſedecim talenta æris. Sic cuilibet Talento ratione ſubducta duodecim millia drachmæ prouenient. Neque diſſentit Vitruuius cum lib. 10. cap. 21. Talentis quatuor 480. pondo tribuit, hoc eſt, cuique libras centum viginti: minas mallem dixiſſet: nam 120. minæ libras efficiunt 125. quas apud quaſdam gentes Suidas ait Talentum continere: Τὸ τάλαντον παρὰ τίσιν ἔχει λίτρας. ρκε. Idemque Heſichius ait Talentum apud quoſdam minas 12. pendere. Vides non ex ſacris litteris modo probari Talentum antiquiſſimum duodecim millia drachmas continere, ſed etiam eodem pondere extare apud alios ſcriptores. Verum ijs quæ dicta ſunt ingens Talentorum numerus opponi poteſt paſſim occurrens in libris ſacris 1. Paral. 22. verſ. 14. auri talenta centum millia, argenti mille millia Talentorum relinquere ſe Dauid in theſauris tẽplo ædificando ait. & cap. 29.

verſ. 4.

verſ. 4. tria millia Talentorum de auro Ophir, & ſeptem millia Talentorum argenti probatiſſimi deaurando templo ſe relinquere ait. Quæ ſummæ ſi ad aureos noſtros referantur, immẽſum creſcent, vix vt credi poſſit, ac ne vix quidem, vt ex tantulo regno Dauid tantum auri & argenti per totam vitam collegerit. Quare placet ꝙ Eupolemus, cùm de templi Hieroſolymitani ſtructura, & expenſis in factis agens addit: Talentum autem dico, quod ſiclum appellant. affert Euſebius lib. 9. de præparatione Euangelica capite 4. Sic ſumma factæ expenſę quadragies ſexies centena millia, quæ inſumpta templo extruendo, idem Eupulemus ait, de ſiclis intelligatur. quæ nihilominus perueniet ad drachmas auri 18400000. nimirum quantum aurei noſtrates 19329990. nempe milliones amplius decem & nouem. Non diſcrepat ab hoc Talento drachmarum quatuor Homerus, cum Iliados 23. inducit Achillem in funere Patrocli inter alia funebria præmia ſeruam cum tripode, equam prægnantem, lebetem, quarto loco proponentem duo auri Talenta Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα. Quod Suidas exponens ait; Talenti voce ab Homero numerum quendam ſignificari certè pecuniæ, exiguumq́; admodum. Vides Talenta apud Hebræos gemina haud dubium fuiſſe, alterũ drachmarum 12000. alterum drachmarum quatuor tanto inter ſe interuallo diſcrepantia. Et quidem de quo talento agatur in quibuſdam locis ſtatuere facile eſt, vti locis modò citatis, alijs locis difficilimum prorſus eſt, arduaq́; res. Vt veriſſime Budæus dixerit libr. 4. de aſſe, æſtimationem opulentiæ Hebraicæ fieri non poſſe ob Talenti varietatem.

tatem. Quis enim diuinet cuius generis Talenta auri centum viginti fuerint, quæ Regina Saba dedit Salomoni 3. reg. 10. Si enim ſiclos dixeris totidem, exigua ſumma, pondusque auri erit, donum inter Reges exile: ſi Talenta primi generis, excreſcet ſumma ad aureos 1530000. nimirum millionem vnum cum dimidio, ſupra fidem tantum auri allatum ab ea Regina fuiſſe. Sed nimirum quidam multa alia Talentorum genera Hebræis vſitata eſſe prædicant: quod vellem idoneo argumento confirmarent. Ac primum Talentum ſanctuarij & Talentum congregationis faciunt, certè Lyra Exod. 38. ex ſententia Rabbi Selomo, vt Talentum ſanctuarij ſit, de quo dictum eſt, drachmarum 12000. Talentum congregationis ſit drachmarum 6000. ſemis alterius. Quam diſtinctionem à multis reprobatam videmus, eamque ſi probare nos vellemus, fortaſſis Talentum potius congregationis vocarem᷒, quod cōtinet 12000. drachmas: Talentum ſanctuarij crederemus 24000. drachmas pendere propter auctoritatem Ioſephi: qui cum libr. 14. Antiq. cap. 12. minæ tribuat duas libras & ſemiſſem, nempe ſiclos ſexaginta: idem lib. 3. cap. 7. agens de candelabro aureo ait: Candelabrum quod vnius Talenti erat, minas centum pendere, nimirum drachmas 24. millia. Afferunt alij Talentum quod numiſmaticum vocant, & auro potiſſimum deputari credunt, mille drachmarum pondere, qualia 120. auri Talenta à Regina Saba Salomoni dono data fuiſſe affirmant. nimirum, quoniam Ioſephus viginti modo Talenta dediſſe ait, certè ſingula drachmarum 6000. ex quanto pondere aiunt Talentum congregationis

fuiſſe, ita vt ſexta eius Talenti pars talentum etiam diceretur, 3. Reg. 10. verſ. 10. quemadmodũ apud Ægyptios drachma erat oboli pondere, nempe cũ obolus iuſtæ drachmæ pars ſexta eſſet. Addunt Talenti decimam Talentum vocari, non alio argumento quàm quòd lib. 1. Paral. cap. 22. verſ. 4. cùm à Dauide relicta dicantur centum millia auri, Talenta argenti mille millia, Ioſephus libr. 7. cap. 11. eius ſummæ decimam ſcribit decem millia auri Talenta argenti centum millia: ſed quid hoc ſit niſi diuinare, & ſubterfugia quærere locis ſcriptorum conciliandis. Porrò cùm natura in ſe infinitam partiendi præbeat facultatem, in quot partes Talentum partiri poſſumus, tot licebit genera Talentorum excogitare, præſertim ſi locis ſcriptorum diſcrepantibus commentum poſſit velari, cùm in promptu potius ſit exiſtimare, Ioſephi numeros multis locis eſſe vitiatos: quod facile fuit, cùm nõ per literas, ſed per notas ſcriberetur. Alioqui quomodo explicabunt, quod eodem libr. cap. 8. legitur Abſalonis cæſariem ducentos ſiclos pendere, eoſq; ſiclos quinque minas ſeu pondo facere. niſi forte de minis Romanis intelligatur aut Alexandrinis, quas viginti vnciarum eſſe ſingulas libellis de ponder. & menſur. Galen. & Dioſcor. affirmatum reliquere. Relinquatur ergo Hebraica Talenta gemina manifeſtè fuiſſe, magnum drachmarum duodecim millium, minimum drachmarum quatuor. Inter hæc an alia fuerint Talenta, & credi poſſe, & certa id ratione aut auctoritate non poſſe probari.

De

De Mina Hebraica.

DE Minæ Hebraicę pondere auctores variant, neque facile eſt opinionem opinioni præferre: maiori tamen auctoritatè & numero Minæ Hebraicæ dant ſiclos ſexaginta. quibus Ezech. verba fauent capite 45. verſ. 12. dicentis. Porro viginti ſicli, & viginti quinque ſicli, & quindecim ſicli minam faciunt. Sic mina continebit drachmas ducentas & quadraginta, vncias triginta, libras duas & ſemiſſem, vti Ioſephus affirmat libr. 14. cap. 12. Vnus Lyra ad cap. Exod. 38. ex ſententia Rabbi Selomo minæ dat ſiclos modò viginti quinque, Talento (quod centenarium vocat) congregationis quidem minas ſexaginta, nempe ſex millia drachmas, ſanctuarij autem minas centum & viginti, ſummamque drachmarum duplicatam. Quod cùm ſentiunt, Ezechielem explicant loco citato, non minæ tantùm pondus integrum expliciſſe, ſed etiam eius partes; quatuor quintas ſiclis viginti, tres autem ſiclis quindecim. Conuenit cum hac ſententia Pollux, nam apud omnes gentes affirmat, Talentum quidem minas ſexaginta pendere. Minam autem drachmas centum Minas & drachmas pro gentium varietate vario eſſe pondere. Nos tamen Ioſephi ſententiam ſequemur magis vt apparet cùm Ezech. verbis conuenientem: aut fortaſſis primis temporibus mina Hebraica ſiclorum ſexaginta fuit drachmarũ 240: conſequentib. drachmarũ centum exemplo nationum aliarũ. Sed & minores quaſdã minas quaſdam fuiſſe confiteri oportet, cum 3. Reg. 10. ver. 17. legamus: trecẽtæ minæ vnã peltã veſtiebãt. Quis enim tam firmo eſſet corpore, vt clypeum trecentarum

librarum, aut 750. ſi Ioſephum in minæ pondere ſequimur, brachio ſuſtentaret. Sed nimirum locus hic vitiatus eſt, etiam in biblijs Romanis à Sixto caſtigatis, cùm Hebraicè, Græcè, & Chaldaicè, tres tantum minas legamus vnam peltam veſtijſſe, aut cùm 2. Paralipomen. 6. verſ. 16. legamus trecenta quoque ſcuta trecentorum aureorum, pro aureis, in libris Reg. interpres minas ſubſtituit: cùm potius trecenti aurei drachmales faciant minas tres iuxta Lyræ ſententiam ſiclos vigintiquinque modo minæ tribuentis. Verùm quo pacto 1. Machabæorum 14. verſ. 24. Simon mittit Romam clypeum aureum minarum mille, niſi minæ multo minores erant, fortaſſis ſicli ſingulæ (vt de Talento diximus) aut drachmæ pondere. quod vt coniectura nititur probabili, ita vellem argumento aliquo poſſet confirmari.

De ſiclo.

Siclvs Haud dubium pendit drachmas quatuor, ſic enim Hiero. ait ad cap. 4. Ezech. Siclus autem, id eſt, ſtater habet drachmas quatuor: octo autem drachmæ latinam vnciam faciunt. Erat ergo ſicli pondus ſemunciæ. ſed & ſiclos minores dimidios fuiſſe perſuaderi poteſt, quod vbi 2. Reg. 14. verſ. 26. cæſariem Abſolonis dicitur pendere ſiclos ducentos pondere regio ſeu publico, ſeptuaginta interpretes centum ſiclos poſuerunt. nimirum quod ſiclum ponderis publici ſemiſſem eſſe exiſtimarunt ſicli maioris. Hinc nata eſt multorum opinio, ſiclum duplicem eſſe, publicum ſeu congregationis duarum drachmarum, alte-

tum

rum ſanctuarij drachmarum quatuor. & quidem de minori ſiclo locutus eſt Epiphanius cùm dixit. Siclus eſt quarta pars vnciæ dimidium ſtateris. De hoc ſiclo intelligi debet liber 1. Machab. cap. 10. verſ. 42. vbi Demetrius Rex remittere ſe ait Iudæis quinque millia ſiclorum. cùm Ioſephus libro 13. cap. 5. pro quinque millibus ſiclorum, poſuerit decem millia drachmas. Tales ſicli quinque millia fuerunt, quos pendebat Goliath thorax 1. Reg. 17. verſ. 6. alioqui maius pondus, quam quo portando vires vnius hominis eſſent. Quod cùm in frequentiori vſu fuerit ſiclus minor didrachmus, factum eſt, vti didrachmi nomine promiſcue vterque ſiclus à ſeptuaginta interpretibus intelligatur. certe Exod. 30. & Leuit. vlt. pro ſiclo quatuor drachmarum didrachmum ipſum poſuerunt. Hanc ſicli diſtinctionem, quam ad alia fere pondera & menſuras eius auctores extendunt, reijciunt alij recentiores quaſi commentum Iudæorum, nulla certè ratione fundatum. Ea tamen quæ dicta ſunt, & in poſterũ addentur, quid ſentiendum ſit, declarabunt. In Xenophonte lib. 1. de Cyri exped. ſiclum Babylonicum inuenio valore ſeptem obolorum & ſemiſſis.

De Aureis Hebraicis.

CVM in Diuinis libris aureorum, aut argenteorum fit mentio, quod fere contingit hac forma loquendi, decem aut viginti aut triginta auri argentiue, pleriſque omnibus locis ſicli vocem ſubaudiendam viri eruditi exiſtimarunt, quod noſter etiam interpres ſecutus eſt. Geneſ. certè 24.

verſ. 22. quod Hebraice dicitur: duas armillas decem auri pondus earum, ipſe dixit pondo ſiclorum decem. Geneſ. tamen cap. cap. 37. verſ. 28. pro viginti argenti quibus venditus eſt Ioſeph, noſter interpres viginti argenteis dixit, cum dicere potuiſſet viginti argenti ſiclis, vti Chaldaice poſitum eſt. Item 3. Reg. *10.* ver. *29.* educebatur quadriga ex Ægypto ſexcentis argenti, quod repetitur 2. Paral. 1. verſ. 17. interpres tamen priori loco ſexcentis argenti ſiclis dixit, poſteriori, ſexcentis argenteis eadem ſignificatione. Idem obſeruo Iud. 8. verſ. *26.* & 2. Reg. 18. verſ. *10.* in ſimili forma loquendi ſicli vocem in noſtra editione eſſe expreſſam. Tales credimus triginta argenteos fuiſſe quos Iudas accepit à Iudæis proditionis pretium. Qui enim ſingulos decem denarios valuiſſe affirmant, eaq; ſumma Iudam compenſare voluiſſe vnguenti effuſi æſtimationem, acutè magis quam verè loquuntur. Atque quæ hactenus dicta ſunt cùm vera ſint, certe veriſimilia admodum; adijciunt quidam pondera, & monetas aureas minores dimidio apud Hebræos quidem argenteis fuiſſe. ſic ſiclum aureum ſanctuarij duarum drachmarum, publicum vnius modo drachmæ fuiſſe. qua ratione cum 3. Reg. 10. verſ. 17. Hebraicè Græcéque ſingulis peltis induxiſſe Salomonem dicatur tres auri minas, 2. Paral. 9. verſ. 16. trecentis aureis ſingula ſcuta tecta fuiſſe dicitur. nimirum cùm mina centum drachmas pendat, aurei illi ſinguli vnius tantum drachmæ pondere fuerunt. Neque enim commodiorem rationem conciliandi inuenias, non etiam ſi minam feceris ſiclorum ſexaginta, quod Ioſephum ſentire diximus. Ni forte placet magis ſuſ-

cepto

cepto eas minas centum tantum drachmarum fuiſſe, confiteri eo loco, dimidium ſicli aurei publici vocari abſolute aureum, ne opus ſit tot comminiſci diſtinctiones, ſiclosque aureos affirmare, ab argenteis ſiclis pondere diſcrepare. quod non video certo aliquo argumento confirmari.

De Cheràh ſeu obolo Hebraico.

GHERA Sicli pars eſt vigeſima, drachmæ pars omnino quinta. Ezech. 45. verſ. *12*. Siclus viginti Gheras habet, noſter interpres obolum fere reddit, tametſi obolus Græcis pars *6*. drachmæ eſt, ſic Gheiha obolum continet, & 5. eius partem præciſe. Chaldæus pro *Gheràh* vertit *Meghà* quam pendere dicunt ſedecim hordei grana, cum obolus duodecim tritici grana pendat. atq; adeo *Gheràh* cum obolum contineat, & quintam eius partem pendet grana tritici quatuordecim cum dimidio fere: pondusque *Meghà* Chaldaici atque *Gheràh* Hebraice idem erit: quòd hordei grana leuiora ſunt tritici granis 8. circiter parte. Erat etiam in Arabia moneta *Qeſitàh* nomine eiuſdem ponderis cum *Gheràh*: vnde cùm ea voce ouis ſignificetur, noſter interpres Geneſ. 33. verſ. 19. pro centùm *Qeſitàh*, quibus Iacob emit agrum à Sichimitis, poſuit centum agnos, Tum Iob vltimo cap. verſ. 11. vbi dicitur, amicos Iob dediſſe illi ſingulos *Qeſitàh* vnum, dixit ipſe ouem vnam: cùm Hebræi potius vtroque loco monetam ea voce ſignificari credant, quæ ouis nomine vocabatur, quòd ouis imagine eſſet percuſſa; vti de antiquis Romanorum

monetis ſuperius dictum eſt: quæ poſteriori tempore adulterata, ponderéq; imminuto *Cheràh* par fuerit, antiquiſſimis temporibus aurea magniq́ue ponderis. Alioqui quid opis ſubleuandæ Iobi inopiæ viri copioſi contuliſſent oue vna data, in tanta præſertim pecoris copia? Erat etiam Darchemon Eſdræ 2. cap. verſ. 69. drachmæ pondere nummus: putoq́; eodem pondere fuiſſe Eſdræ cap. 8. verſ. 27. Adarchon. nam & vocum ſimilitudo eſt, & vtroq; loco noſter interpres ſolidum poſuit. Erat denique *Zuz* eodem drachmæ pondere in libris tantùm Rabbinorum. vt Elias affert in Thiſbi, & hoc loco miſſum facimus, cum multis alijs ponderum, monetarum & menſurarum nominibus Rabbinis vſitatis. quamuis, cùm ſatis oneris ſuſtineamus explicandis ijs inter Hebraica, quæ in diuinis libris repetiuntur. Ergo vt hæc pondera inter ipſa comparemus prius quàm ad alia progrediamur.

Talentum Hebraicum magnum continet minas 50. ſiclos 3000. drachmas 12000. obolos Hebraicos ſiue Gheras 60000. grana hordei 960000.

Mina antiqua continet ſiclos 60. drachmas 240. obolos Hebraicos 1200. grana hordei 19200.

Siclus continet drachmas 4. obolos Hebraicos 20. grana hordei 320.

Drachma continet obolos Hebraicos 5. obolus Hebraicus ſiue Ghera grana hordei 16. tritici 14. & ſemiſſem fere.

Capvt

CAPVT VII.

De Græcis ponderibus.

GRæca Pondera Hebraicis ſuccedent, propter antiquitatem eius gentis & nobilitatem in omni parte philoſophię adiungetur autem quædam numiſmatum genera apud eam gentem vſitata. Inſerenturq; vetera Græcorum medicorum pondera ſuis locis, ne ſeparata tractatione ſit opus, ſed ſub vnum conſpectum omnia Græcorum pondera proponantur. Libram & vnciam, quoniam à Romanis acceperunt Græci pondere non mutato, ea hoc loco omittere & inter Romana pondera ponere conſilium fuit.

De Talento.

MVlta Talentorum genera Græcis & vicinis gentibus fuerunt, quæ ex Polluce pleraque eius auctoritate ponentur, ex alijs auctoribus alia, immutato tamen ordine à minoribus ad maiora Talenta progrediendum erit. Ac primum Syrium Talentum Pollux ait, drachmas Atticas continere 1500. nempe, quantum aurei noſtrates. $1593\frac{3}{4}$ Atticum Talentum pendit drachmas omnino 6000. nempe aureos noſtros 6375. quod Talentum à quibuſdam Euboicum etiam vocabatur, ſeu Talentum Atticum minus: & erat Euboea Atticæ proxima, eiuſq; ponderibus & menſuris vtebatur. nos abſoluta appellatione Talentum hoc Atticum vocabimus. Talentum Babylonicum drachmarum

erat. 7000. nempe pondus æquans aureorum noſtrorum. $7436\frac{1}{2}$. Præterea erat Euboicum Talentum minarum. 80. drachmarum, 8000, quantum aurei noſtri. 8500. hoc Talentum magnum à Virg. 9. Æneidos vocari putant. cum dixit: Et tripodas geminos auri duo magna Talenta. quod ſequuntur Priſcia. de ponder. & Seruius ad eum Virgil. locum: bene inquiens addit magna: nam Talentum poteſt & breue aliquid & magnũ ſignificare. Vocatur etiam Talentum Atticum maius minoris comparatione eius quod pendebat drachmas, 6000. quomodo Liuius cum ipſomet conciliatur. nã cum lib. 37. dixiſſet, cum Antiocho fœdus ea lege factũ, vt Talenta Euboica. 15000. certis penſionib. penderet, quod & Appianus dixit in Syriaco: Liuius quaſi ſui oblitus libr. 38. quo loco refert fœderis leges à ſenatu Romano comprobatas, ea Talenta Attica dixit, Verum cum addiderit illa verba, Talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat, de Euboico Talento, ſiue maiori Attico agere manifeſtum eſt. Sed vnde tamen noua difficultas naſcitur. nã ſi octoginta pondo Romanis ponderibus id Talentum pendebat, hoc eſt libras Romanas octoginta. cum libra Romana pendat drachmas. 69. Mina Attica ſemũcia minor, fiet vt Talentum Euboicum pendat drachmas tantum. 7680. niſi forte eas minutias Liuius perſequi noluit, tametſi non ignoraret libram Romanam mina Attica minorem eſſe. Vtrouis modo conſtat Talentũ Ægyptium pondo octoginta capere, vti Varronis verbis Plinius ait libr. 33. c. 3. quem de mina Attica librave Romana locutam poſſumus interpretari.

Deni-

Denique Talentum Ægyneum erat maius cæteris, pendens nimirum drachmas. 10000. aureos noſtrates. 10627. quę omnia intelligenda ſunt, vt Pollux ipſe ait, ſi quis ſupputationem ad drachmas Atticas faciat, continere videlicet hæc omnia Talenta eum numerum drachmarum quem diximus. alioqui ſi quodq; ad ſuæ gentis minora pondera referatur: quoduis eorum minas ſexaginta, mina quælibet centum drachmas continebat. Sed eæ minæ & drachmæ comparabantur cum alijs aliarum gẽtium ea proportione qua ipſa inter ſe Talenta, ita vt ſicut Babylonicum Talentum Atticum ſuperabat proportione ſexquiſexta, ita mina & drachma Babylonica Atticas minas & drachmas: quod magnopere conſiderandum eſt. Præterea idem Pollux affirmat Talentum ſex drachmarum non ſolum apud Athenienſes, ſed & apud Siculos in vſu fuiſſe, nimirum Hebræorũ imitatione apud quos ſiclus, vt dictum eſt, Talenti etiam nomine vocabatur. Nos omiſſis alijs Talentorum generibus de Attico priori agemus pendẽte minas ſexaginta, drachmas. 60000. quoniam maiori fama celebratur. De quo Fannius dixit: Cecropium ſupereſt poſt hæc dixiſſe Talẽtum. Sexaginta minas ſeu vis ſex millia drachmas: Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis. Titus Liuius libro trigeſimo quarto in Achaia redemptos fuiſſe ait mille ducentos Romanos centum Talentis, cum quingenos denarios in capita dediſſent. ſic ſubducta ratione Talenta ſingula ſex millia denarios continebant.

De

De Mina Attica.

Mina capit drachmas centum libram Romanam ſemuncia ſuperans. Romana enim libra vncias continet duodecim, drachmas nonaginta ſex. Erat autem Athenis duplex mina, altera minor drachmarum ſeptuaginta quinque, de qua Fannius: Mnam vocitant, noſtrique minam dixere priores. Centum hæ ſunt drachmæ. Quod ſi decerpſeris illis Quatuor, efficies hanc noſtram denique libram. Attica quæ fiet, ſi quartam dempſeris hinc, Mna. Errant qui his verſibus de libra Attica agi putant. Altera Athenis mina maior 100. drachmas capiebat. quod ex ijs omnibus colligitur quicunque Talentum Atticum minas ſexaginta, drachmas Atticas ſex millia pendere dixerunt, dantes videlicet ſingulis minis drachmas centum. Sic qua proportione duo Talenta Attica maius & minus inter ſe comparantur, nempe ſeſquitertia: eandem hæ duæ minæ inter ſe habent. Erant præterea aliæ minæ, quod ex Galen. Dioſcorid. de menſur. & pond. colligitur, nempe medica: quam Gal. Atticam & Ægyptiam dicit vnciarum 16. drachmarum 128. mina Italica vnciarum octodecim, drachmarum 144. præterea mina vnciarum viginti, quam Galen. Romanam, Dioſcor. Alexandrinam dicit drachmarum 160. De qua Ioſephus lib. 7. c. 8. intelligatur, cum comam Abſalonis ducentos ſiclos pendere ait, hoc eſt minas quinque. Verum hæ maiores minæ medicis tantummodo in vſu erant: duæ ſuperiores in vſu Athenienſium communi. Pendebat Attica mina maior, quantum aurei noſtri centum & ſex, addito inſuper quadrante. Plutarchus Solonem in eius vita ait, Minam

centum

centum drachmas Athenis continere ſanxiſſe, cum antea trium & ſeptuaginta eſſet.

De drachma.

DRachma (Quæ & ολκὴ Græcis dicitur, id eſt pondus) octaua pars vnciæ eſt. Et quidem Attica cum Romana conueniebat ſex obolos continens. Æginea drachma, vt pollux ait: obolos decem continebat, craſſa drachma ex eo pondere dicta. Nimirum qua proportione Ægineum Talentum cum Attico comparabatur, eadem proportio erat inter duas illas drachmas vtriuſque gentis. Porro Græcorum nummi ad drachmæ pondus cudebātur. Primum enim ſtater erat quatuor drachmarum, quod ſiclus continet apud Hebræos. Sic ſæpe in noſtra editione vulgata pro eo ſubſtituitur, vt 1. Reg. 9. ver. 8. Ecce, inquit, inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris. in Hebraico quarta pars ſicli. & Matt. 17. cum publicani accuſaſſent, quod Chriſtus non ſolueret didrachma ver. 27. iubet Petro ſtaterem in ore piſcis inuentum pro ſe & illo ſolui. nimirum duo didrachma, hoc eſt, quatuor drachmas pendebat. Quo pondere Darici (de quibus Xenophon lib. 1. de expeditione Cyri) percutiebantur, quamuis ex auro. nam Athenis ſtateres aurei didrachmi erant, vt Pollux ait li. 4. his verbis: Aureus autē ſtater duas drachmas Atticas habuit. Sed cum idem Pollux affirmet, aureum ſtaterem minam valere, & in ijs quæ appenduntur ex eo, pondus minæ ſtaterem dici: colligit Budæus libr. 5. de aſſe fuiſſe ſtateres aureos 8. drachmarum, nempe vt vncia auri duodecim argenti vncijs & ſemis, quod

quod erat pondus minæ valore æquaretur, auri ad argentum proportione duo decupla. Suidas Daricum affert valere quantum Atticus aureus, atque argẽti drachmas viginti valore exæquare. Sic quinque Daricos minam argenti valere. Quibus ex verbis ſuſpicabar, Pollucis locum eſſe caſtigandum, in eo quod aureum ſtaterem minam valere habet. Thucydides libro octauo Iaſo à Laconibus capta ait, captiuos omnes Tiſſapherni datos pretio in ſingula capita ſtateris Darici. Erant & nummi Ciſtophori qui.7500. Euboicũ Talenum implerent auctore Feſto. atque adeo ſi vera ſunt quę diximus, amplius quam drachmæ pondus ſinguli continebant, ac fere quantum denarius Romanus. Tametſi quod in Feſto ſequitur, eam ſupremam denarios. 4000. efficere difficultatem patitur. nam ſi id verum eſt, parum amplius quam ſemidrachmæ pondus ſinguli Ciſtophori pendebant. Sed locus ille plane vitiatus eſt, vt reſtitui non poſſit. Drachma Attica argenti paulo amplius noſtro argenteo nummo, auri autem aureum noſtrum pendebat, & partem aurei ſextamdecimam preciſe.

De Oobolo.

Obolus Græcis ſexta pars drachmæ eſt, tametſi vti Cleopatra ait, apud Ægyptios oboli pondere drachma erat, ſexta nimirum pars Atticæ drachmæ. Drachma Hebraica in quinque obolos ſeu Gheras diuidebatur. ſic Ghera continebat obolum Atticum & quintam eius partem. Denarius etiam Romanus diuidebatur in ſex partes. ſed cum vncia pondus ſeptem denariorum eſſet, denarius

continebat drachmam & ſeptimam eius partem, atque adeo maior obolo Attico ſexta denarij erat, vti Celſus ait lib.5.de ſimplicium mixtura loquens. nimirum obolum continebat & ſeptimam oboli partem. Atque hæc ſunt Attica pondera communia.

De aliis medicorum ponderibus Græcis.

MEdici Pharmacis conficiendis, temperandiſque potionibus, proprijs vtuntur ponderibus: vnciamque & drachmam in minora pondera diuidunt, quæ in in vnum locum colligenda putabam. Ac primum gramma occurrit tertia pars drachmæ Latinis ſcripulum. Vocatur autem gramma quod vncia ſcripula viginti quatuor habeat, quot ſunt Græcæ litteræ vti Fannius ait. Sequitur obolus ſcripuli ſemis, ſexta drachmæ pars. quo pondere vtūtur etiam medici Græci. Ceration aut ſi aliqua oboli pars tertia eſt, drachmæ pars octaua decima. Chalcus ſeu æreolus quarta oboli drachmæ pars vigeſima quarta. Ita quota ſcripulum pars eſt vnciæ, Chalcus drachmæ eſt. Sitarium ſeu granum dimidium Chalci. Sic drachma continet grana. 48. Demum leptum eſt, hoc eſt minutum, Chalci pars ſeptima. Ergo ſitarium minuta tria & ſemiſſem continet. Supereſt explicare quoties maiora pondera minora contineant.

Mina Attica maior drachmas. 100. ſcripula ſeu grammata. 300. obolos. 600. Ceratia ſeu ſiliquas. 1800. Chalcos ſeu æreolos. 3600. ſitaria. 7200. lepta. 25200.

Drachma

Drachma continet grammata.3.obolos. 6. ceratia.16.chalcos.36.ſitaria.72.lepta.252.

Gramma obolos.2.ceratia.6.chalcos.12. ſitaria. 24.lepta.84.

Obolus ceratia.3.chalcos.6.ſitaria.12. lepta. 42.

Ceratium chalcos.2.ſitaria.4.lepta,14.

Chalcus ſitaria.2.lepta.7.

Sitarium lepta.$3\frac{1}{2}$ & leptum minimum Græcorum pondus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Capvt VIII.

Pondera Romana.

TAlenti Vocem & vſum Romani penitus ignorarunt primis temporibus: neque prius acceperunt quam eorum arma in Græciam atque Aſiam penetrarunt.Illis gentibus ſubditis tum multa ipſi dederũt iure & legibus commutatis, tum quædam ab illis mutuò acceperunt:præſertim ex eo tempore multæ voces Græcæ in Latinam linguam commigrarunt: & cum Græcis ipſi libram & vnciam dediſſent,quas antea ignorabant, Talento & drachma quæ propria Græcorum erant, vſi eo tempore ſunt. Maximum enim pondus veterum Romanorum libra erat,eaque multiplicata quæcumque pondera maiora explicabant. Sed erat centum pondium apud Catonem de re ruſtica c.15.qui & centenarius vocabatur reſpondens in numero librarum noſtro Quintali,Græcoque Talento.&veriſimile eſt Romanos habuiſſe maſſas. 100. 50. aut. 25. librarum ſingulas.

De

De libra Romana.

Libra Romana vncias duodecim continebat: qua ſignificanda quatuor nominibus vti poſſumus. libra enim, as, & ſolidus vocatur, auctore Meriano, tum etiam pondo. Partes quidem libræ quæ eſſent, & quæ earum nomina capite 1. explicatum eſt, nimirum eædem quæ aſſis. Illud hoc loco addimus, ex his quatuor libræ nominibus, pondo quidem tantum ſignificari pondus, non autem nummi genus; quamuis ex ea voce dupondium deductum duos aſſes ſignificare diximus. As & ſolidus fere non in ſignificatione ponderis, ſed nummi accipiuntur, hoc diſcrimine: quod as ęreus erat, valebatq; decimam denarij partem, ſolidus argenteus erat; vel etiam aureus. Si argenteus denario maior, valebat enim aſſes duodecim, ſi aureus eodem pondere, valore itidem denariorum duodecim, quæ fere erat analogia auri ad argentum. Solidus recenti memoria æreus fere factus eſt veteri moneta ſenſim adulterata. Semper tamen retinuit vt duodecim denariolos contineret. Librę vox frequentius pro pondere, aliquando etiam in ſignificatione nummi vſurpatur. C. de appell. l. omnes. & C. de modo mulctarum. l. illuſtres: vbi libra auri mulctari crimina quædam iubentur. quæ minus erat quam auri vncia, vt ex eiſdem locis perſpicitur. & Budæus lib. 3. de aſſe conijcit libram auri his locis & ſimilibus eſſe aureum Romanum, quo duatum drachmarum frequenter vtebantur duos aureos noſtros pendentem, & aliquid amplius. Sed quemadmodum primis temporibus aſſes maiores erat ſinguli librę pondere, quo tamen pondere imminuto

minuto, valor tamen antiquus & nomen māſit: ità in ſolido & libra contigiſſe arbitror primis temporibus maiores multo fuiſſe, atq; adeo vnciarum argenti aut auri duodecim. quod nomina indicant tum libræ quę conſtat vncijs duodecim, tum ſolidi quod integrum pondus ſignificat, propter numerū duodenarium qui perfectiſſimus eſt, nempe geminatus ſenarius conſtans ex omnibus ſuis partib. aliquotis. Sed video tamen ſolidos (ſic noſtra coniectura eſt) eoſdem progreſſu temporis imminutos eo amplius quod minor copia argenti & auri erat, & imminuto tamen pondere retentis nominib. priſtinum valorem manſiſſe, vt ſolidus argēteus duodecim aſſes valeret, aureus duodecim denarios. Quod vulgo hodie retinetur vt ſolidus, ęreus quāuis ferme factus contineat denarios duodecim vbicunq; ſolidorum eſt vſus. In quo à marauedino differt, qui decem tantū denarios valebat, vti ſuo loco explicabitur. Sic ſexta parte ſolidus æreus marauedinum æreum, argenteus ſolidus marauedinum argenteum, aureus aureum ſuperare debuit. Cæterum ſolidos aureos Romę inuenio duarum drachmarum in frequenti vſu fuiſſe tempore Alexandri Seueri: ſicque ſolidi aurei de quibus in legibus eius temporis fit mentio intelligantur. Iuſtiniani tēpore ſolidi aurei ſex vnciam efficiebant: vnde & ſextulares vocati ſunt. Et ex libra auri ſignabantur ſeptuaginta duo. vt cōſtat ex Lege, quotieſcūq;. C. de ſuſc. Præpoſ. & Arcarijs libr. 10. tit. 70. Erat & drachmæ pondere ſolidus aureus. Præſertim in diuinis libris pro drachma Hebraica ſolidus ponitur Latinæ: Eſdræ libro primo capite octauo, & libro ſecundo capite ſeptimo, & 1. Paral. 29.

De

De vncia Romana.

EST ergo vncia pars libræ 12. cuius etiam partes ſunt ſemuncia, duella(tertia vnciæ pars) ſicilicus quarta, item ſextula, quas hoc loco repetere nõ eſt neceſſe. Sed de vncia tamen Romana an cum noſtra vncia conueniat pondere, paſſim dubitatur: ego in ſuperiori ſententia vnciam veterem Romanam minorem noſtra non eſſe amplius confirmabar viſis duobus argenteis nummis vncialibus, altero Claudij Neronis, altero Hadriani ſiue antiquos, ſiue ad antiquiorum exemplar cõflatos: quos ſingulos vnciam noſtram continere & aliquid amplius conſideraui. nimirum Claudij denarius ſiue ſeptuplex, ſiue octuplex vnciam noſtram duobus ſcripulis, Hadriani vno tantum ſcripulo ſuperabat. Præterea aureum vnum Fauſtinæ Auguſtæ nactus ſum ſatis elegantem. ex altera parte formam eius & nomen, ex altera fœminam in throno ſedentem manumq; porrigentem habet cum hac inſcriptione: Saluti Auguſtæ, qui aureus ſicilicum, hoc eſt duas drachmas noſtras iuſtiſſime pendit. Tantundem aureus alter Veſpaſiani appẽdebat, quem poſtea elegantiſſimum ſum nactus, ex vna parte Veſpaſiani facies & nomen, ex altera Martis ſtatis effigies his adiectis verbis, Vltor Mars. Tertius item & quartus Neronis Cæſaris Auguſti expreſſa facie, & ex altera parte ſalutis effigie, duas drachmas pẽdebant minus duob. granis, nõ amplius, hoc eſt parte ſeptuageſima quinta, vſu nimirũ & tempore detriti aliquantũ. & cõſtat eos aureos Romanos didrachmos fuiſſe, vti Budæus affert lib. 3. de aſſe, idemque ex Plinio colligi videtur libr. 33. cap. 3. quantumuis

locus plane ſit deprauatus, vix vt intelligi, reſtitui-vè poſſit. Sed & pro moneta vnciam aurei extare in legibus Romanis conſtat, & recenti memoria in Sicilia & Neapoli vſurpatur valore circiter duorũ aureorum noſtrorum & ſemiſſis. tametſi iam non nummus aliquis eſt, ſed nummorum ſumma. Nam libra Ioan. 12. Accepit libram vnguenti, & 19. Ferẽs mixturam mirrhæ & aloes quaſi libras centũ, pondus eſt non monetæ genus haud dubium.

De Denario & eius partibus.

MEdici Romani præſertim poſterioris temporis Græcis medicorum ponderibus vtebantur. Vnde medendi rationem hauſerant nominibus tãtum commutatis, nempe vncia, drachma, ſcripulo, obolo, ſiliqua, æreolo, grano, minuto, de quibus iam dictum eſt. Propria & antiqua pondera Romanorum medicorum hæc erant: Vnciam primum diuidebant in ſeptem denarios. nam denarius moneta erat, & medicis etiam ponderis nomen. ſic denarius drachmam Atticam pendebat & ſeptimam drachmę inſuper partem. Quæ cum ſint vera & explorata, non ignoro tamen Priſcianum tribus denarijs drachmas quatuor dediſſe, Cleopatram cum denarium Italicum feciſſet drachmæ vnius, in veterinarijs denario dare ſcripulos. 4. hoc eſt tribus denarijs drachmas quatuor. Sed his tamen omiſſis, Denarius in ſex partes diuidebatur, quos licet obolos Romanos vocare, ſingulos oboli Attici pondere & ſeptima oboli parte. Celſus enim libr. 5. c. 17. Sed & antea, inquit, ſciri volo in vncia pondus denariorum eſſe ſeptem: vnius deinde denarij

narij pondus diuidi à me in ſex vncias: vt idem vncia Denarij habeam quod Græci habent in eo quẽ obolum appellant. id ad noſtra pondera relatum paulo poſt dimidio ſcripulo facit. Plin. ſæpe denarium pro drachma ponit: ac lib. 21. c. vlt. drachmam Atticam denarij pondere eſſe ait. Idemque Cleopatra affirmat, denarium Italicum drachmæ pondus habere. Verum vbi propriè de denario agit lib. 33. c. 9. iuſtum eſſe ait ex libra ſignari denarios 84. nempe ex vncia ſeptem. hinc li. 12. c. 14. ex varijs lectionibus vera colligitur, nimirum denarios viginti nouem eſſe tertiam partem minæ. Præterea lib. 29. c. 3. & locis alijs denarium in ſexageſimas diuidit, quæ grana dici poſſunt. nam & medici vulgo ſuam drachmam granis ſexaginta finiunt, atque adeo denarius in ſex obolos ſeu vncias cum Celſo, obolus in decem grana diuidatur. Diuiditur etiam denarius à Metia in duos victoriatos. Pendebat denarius quantum argenteus noſter & ſexta eius pars, quadrantes quadraginta valore exæquans, ſeu marauedinos. Verum quoties maiora pondera minora contineant explicandum.

Libra continet vncias 12. denarios 84. victoriatos. 168. obolos Romanos. 504. grana. 5040.

Vncia continet denarios. 7. victoriatos. 14. obolos. 42. grana. 420.

Denarius victoriatos. 2. obolos. 6. grana. 60.

Victoriatus obolos. 3. grana. 30.

Obolus grana. 10.

Granum ſeu ſexageſima denarij pondus Romanis medicis omnium minimum.

CAPVT IX.

Vulgaria pondera quibus Toletani vtuntur.

IN ordine noſtrorum ponderum primũ à magnitudine locum obtinet Quintal Talento Græco autRomacentenario reſpondens non eodem prorſus pondere: continet enim arrobas quatuor, libras centum, ſingulas vnciarum ſedecim, maiores Romanis triente. Vnde tamen nomen huius põderis deffluxerit, quo non Hiſpania tantum vtitur, ſed Gallia & plereq; aliç prouinciç, à multis dubitatur. Sunt, quia voce Hebraica, *Kikar*, id eſt Talento deducant, præſertim cum Græ Κίγχαρ ſcribatur, vt ex Ioſepho conſtat lib.3.antiq.c.7. Nos ſi vocem, *Quanter*, qua Rabini vtuntur, vti Elias affert in Thisbi, in eadem ſignificatione Talenti, Hebraicam prorſus putaremus, ab ea tum vocem Italicam, Cantaro, tum noſtram Quintal fluxiſſe non dubitarem affirmare; cum Hebraica lingua omnium ſit antiquiſſima, ab eaq; in aiias linguas multæ voces deriuarint. Verũ cum ea vox in ſacris libris non extet, vbi Hebraica lingua ſincera conſeruatur, & Iudæi ſæpe à gentib. inter quas habitant, multas voces in ſuam linguam transferre conſueuerint: credam potius omnes eas voces à Centenario fluxiſſe: qua voce Latini poſteriori tempore, præſertim eo põdere aliqua ex parte mutato cœperunt Talentũ ſignificare, vti ſuperius eſt demonſtratum. Et Iſidorus lib.16.c.24. de Talẽto agens, Centenarium, inquit, numeri nomen eſt, eo quod centum librarum ponderis ſit: quod pondus

dus propter perfectionem centenarij numeri inſtituerunt Romani.

Sequitur Arroba quæ continet libras vigintiquinq;, quintalis quadrans. Libra noſtra ſedecim vnciarum eſt, Marcus ponderis vnciarum octo eſt, ſemis noſtræ libræ, bes Romanæ. Vncia pars ſextadecima libræ noſtrę, Marci octaua: continetq; adarames ſedecim, ſingulas ſemidrachmæ pondere. Vulgo enim drachma non vtimur, ſed pro ea tamē duas adarames, octauā dicimus: ſicut quatuor adarames vocamus quartam, certè vnciæ. Neq; plura vulgo pondera ſunt inter mercatores ad dardanarios. Aurifices tamen & medici alia ponderum nomina habent: neque eadem prorſus ratione in ponderum ratione progrediuntur, ſed diuerſa, quam iam explicamus.

Aurificum pondera.

AVrifices Marcū, hoc eſt, vncias octo auri quidem diuidunt in Caſtellanos quinquaginta: quod genus ponderis & nummi eſt drachma maioris atque denario Romano. Caſtellanus in octo Tomines diuiditur. Tominꝫ in duodecim grana. Argenti autem Marcum diuidunt in vncias octo, Vnciam in totidem octauas ſiue drachmas. Octauam in grana, 75. Sic Marcus argenti auriq; eundē granorum numerum continent.

Vulgaria medicorum pondera.

MEdici vulgo in Hiſpania ac præſertim Toleti tum alijs ponderum nominib. vtuntur, tum eorum pondera minora ſunt communibus, & aurificum parte communiū. 16. ſic vncia communis

continet adarames ſeu ſemidrachmas ſedecim. vncia medica adarames continet quindecim præciſe: eademque ratione in libra eſt procedendũ. Drachma medica multo minor octaua cõmuni eſt, propterea quod cum vncia communis, quæ maior medica eſt, diuidatur in octo drachmas ſeu octauas, vncia medica in nouem drachmas diuiditur. Granum tamen medicum maius aurificum grano, propterea quod drachma medica in grana ſexaginta diuiditur, octaua aurificum in 75. Ergo libra medica duodecim minores vncias habet: nempe ex communibus vncias vndecim & quartam. vncia continet drachmas nouẽ, drachma ſcripulos tres, ſcripulus grana medica viginti. ſingula maioris põderis quam grana aurificũ, quæ vulgo grana Marci vocantur. Sed vt inſtituimus quoties maiora pondera minora contineant explicandum eſt.

Quintal continet Arrobas. 4. libras. 100. Marcos. 200. vncias, 1600. Caſtellanos. 10000. octauas. 12800. tomines. 80000. grana. 960000.

Arroba continet libras. 25. marcos. 50. vncias. 400. caſtellanos. 2500. tomines. 20000. grana. 240000.

Libra Marcos. 2. vncias. 8, caſtellanos. 100. octauas. 128. tomines. 800. grana. 9600.

Marcus vncias. 8. caſtellanos. 50. octauas 64. tomines. 400. grana. 4800.

Vncia caſtellanos. $6\frac{1}{8}$ octauas. 8. Tomines. 50. grana. 600.

Caſtellanus tomines. 8. grana. 96.

Octaua grana continet. 75.

Medica pondera ſic maiora cum minoribus com-

comparantur inter ipſa. Libra medica continet vncias medicas 12. drachmas 108. ſcripulos 323. grana 6480.

Vncia drachmas 9. ſcripulos 27. grana 540.

Drachma ſcripulos 3. grana 60.

Scripulus grana 20. Eſt autem granum ſexageſima drachmæ medicæ pars, minimum inter pondera medica.

Pondera medica tum cum communibus comparabuntur, cùm alia pondera & menſuras opere ſeparato inter ſe & cum alijs comparabimus, ijs tabulis quas facere adornamus.

CAPVT X.

De menſuris Aridorum Hebraicis.

De Ponderibus ea hactenus dicta ſunt, quæ è re quidem fore videbantur nobis. Nunc ad menſuras oratio transferenda eſt, atque quo inſtituimus ordine & via, varia eorum genera explicanda ſunt, tum Aridorum, tum liquidorum, Hebraica primum, deinde alia. In quo niſi animus fallit, non pauca lector inueniet ſcitu digna, parumq́; ab alijs conſiderata.

Corus ſeu Chômer.

INTER Hebraicas Aridorum ſed & liquidorum menſuras omnium maxima Corus eſt. Continet enim decem Ephi nihilominus. totidem Bathos, vti Ezech. cap. 45. legimus verſ. 11. Ephi & Bathus æqualis & vnius menſuræ erunt: vt capiat

decimam partem Cori Bathus, & decimam partē Cori Ephi. Sunt ergo Ephi & Bathus menſuræ pares, hoc tantùm diſcrepantes, quod Ephi menſura Aridorum eſt, Bathus liquidorum, vtraque Cori decima, atq; cùm hæc minimè dubia ſint, tum non eſt promptum certa ratione deſignare quantum Corus caperet. Auctores diſcrepant in re hac maximè, neque facile pronuncies quæ ſit præferenda ſententia. Ioſeph. lib. 15. antiq. cap. 12. Corus ait capit medimnos Atticos decem. Quod ſi medimnus, vti ſuo loco demonſtrabitur, continet modios Italicos ſex, capiet Corus modios ſexaginta. Modios autem quantum duo noſtrates celemines capit circiter, quod ſuo etiam loco explicandum erit. Corus ergo iuxta Ioſephi quidem ſententiam celemines continebit 120. nimirū Fanecas decem. Ephique continebit medimnum vnum, celemines nempe duodecim. Quod cum mihi aliquādo placuerit, re melius conſiderata, certa ratione conſtituo Corum continere quinque modò medimnos Atticos, hoc eſt, modios triginta. Sic Hiero. conſtanter ſentit Ezech. 45. ad illud, ſtatera iuſta. Sic Leuit. 27. verſ. 11. Iſai. 5. ver. 10. pro Coro in noſtra editione poſuit triginta modios. & commentarijs ad eum locum Iſaiæ idem ſequitur: à quo recedendum temere non putabam. Fauet Epiph. cum Corum ait cōtinere modios triginta, additq; eſſe Cameli onus. conſtat autem Camelis duplo maius onus quā aſino imponi. præſertim cùm letech quod dimidiū eſt Cori & modios quindecim capere ait, affirmet eſſe, quantum iuuenis leuare & aſino poteſt imponere. quis autem modios triginta quacūque lateris firmitate leuare poſſit celemines nempe 60.

pe 60. circiter? nam quod Diodor. libr. 3. cap. 12. quoſdam in Arabia Camelos eſſe ait ſupra decem medimnos portantes: id quaſi peculiare refert, dignumq; miraculo. Epiphan. de communi cameli onere locutum interpretabamur. Ad hæc ſi Corus modios contineret 60. cõtineret Ephi ſex, Bathusque Ephi æqualis caperet ſextarios Romanos 96. cùm modius capiat ſextarios ſedecim, eſſetque Bathus duabus amphoris Romanis æqualis: quod qui concedat hactenus nullum inueni: ne ipſe quidem Ioſeph. Hæc mea ſententia eſt. fortaſſis etiam cum ſiclus & cætera pondera eſſent & publica & ſanctuarij, atq; hæc illis duplo maiora eſſent: ſic de menſuris iudicandum erit, Ioſephumq; de Coro ſanctuarij locutum eſſe, de publico Hier. interpretari licet, & iuuat. Nam quod idem Ioſeph. lib. 3. extremo Coros ſeptuaginta farinæ efficere ait, medimnos Siculos 31. Atticos 41. quid ſibi in eo velit non aſſequor, & locum vitiatum putabam, hallucinandi certi occaſio Budæo lib. 5. de aſſe & alijs.

Ephi.

EXPLICATA Cori magnitudine de pleriſque alijs menſuris ſtatuere facile eſt. ac præſertim Ephi, qui eſt decima Cori pars, capiet modios tres, hoc eſt, ſex ex noſtris quos celemines vocamus, ſextarios Romanos quadraginta octo præciſè. Sic Iſaię 5. ver. 10. vbi Hebraicè legimus: Corus ſemẽtis faciet Ephi, interpres latinus dixit, triginta modij facient modios tres. His tamẽ quę veriſſimè dicuntur, primũ Epiphanij auctoritas opponitur, deinde Heſych. Epiphan. enim chænix inquit & Hyphe

eadem

eadem menſura ſunt, nimirum Hyphe pro Ephi dixit. Heſych. autem Ephin ait menſura Ægyptia quatuor chænicum. capit autem chænix aut duos ſextarios vt plerique exiſtimant, aut quatuor, vt Fan. affirmatum reliquit. de qua re poſtmodum dicendum erit. Verum Heſychius de Ephi Ægyptio locutus eſt, nos de Hebraico: mutantur autem menſuræ & pondera pro locorum varietate. Epiphan. autem de alia menſura locutus eſt, quam Hiphen dixit, aut de Ephi Samaritanorum, vnde ipſe genus ducebat: ne quem horum auctorum verba moueant. Ne noſtri quidem interpretis cùm Leuit. 19. verſ. 36. pro Ephi modium reddidit illis verbis: modius iuſtus & ſextarius iuſtus erit vobis.

Satum.

Tertia Pars Ephi Gori trigeſima ſatum eſt, capiens nimirum modium Italicum vnum, quod tametſi ex ſacris litteris probari non poſſit, ex Chaldaico Paraphraſte colligitur, qui multis locis pro Ephi menſura tria ſata ſubſtituit, *Thelath ſain*. Certe Leuit. 5. verſ. 11. & 6. verſ. 20. Numer. 5. verſ. 15. Rhuth 2. verſ. 17. Iſai. 5. verſ. 10. Septuaginta etiam pro Ephi Sæpe Τρία μέτρα. Id eſt, tres menſuras ad idem reſpicientes, nimirum Exod. 16. verſ. 36. Iſaiæ 5. verſ. 10. Eſt etiam communis ſententia Hebræorum, ſex Cabos vnum Satum efficere. continet autem Cabus ſextarios Hebraicos quatuor, qui ſextarij cum Romanis comparantur, vt poſtea monſtrabimus, proportione ſeſquialtera. ſic 24. ſextarij Hebraici, nimirum ſex cabi continebunt quantum ſextarij Romani 16. qui effici-

unt præciſè modium Italicum. Video tamen Hieronymum ad illa verba Matth. c. 13. verſ. 33. quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſatis tribus, affirmare ſatum modium cum dimidio continere: in quo Ioſephum certè ſecutus eſt lib. 9. antiq. cap. 2. cum in Cori magnitudine ab eo diſſentiat. Iſidor. lib. 16. c. 26. tametſi aliud etiam ſatum ponit quaſi modij menſura, ſecutus tamen Ioſeph. & Hieron. ſatum dixit genus eſt menſuræ iuxta morem prouinciæ Paleſtinæ vnum & dimidium modium capiens. Hæc ſi placet ſententia, dicendum erit, ſatum ſemiſſem Ephi eſſe, mulieremque illam tria ſata farinæ, hoc eſt, modios quatuor cum dimidio ex noſtris 9. ſubegiſſe: cùm iuxta priorem ſententiam tres modios tantum ſexque celemines ex noſtris, hoc eſt, Ephi menſuram ſubegerit. Illud obſeruare conuenit noſtrũ interpretem Num. 5. verſ. 15. pro decima parte Ephi poſuiſſe decimam partem ſati. tum 3. Reg. 18. verſ. 32. pro ſato Hebraico reddidiſſe metretam. cùm tamen metreta maior ſit ſato, ſatum Ephi minus ſemis eius aut triens, vti ex ijs quæ dicta ſunt manifeſtum euadit.

Gomor Ghòmer.

GOMOR Proculdubio decima pars eſt Ephi. ſic enim dicitur Exodi 16. verſ. 36. Gomor autem decima pars eſt Ephi. cùm ergo Ephi contineat tres modios Italicos, ex noſtris ſex, fit vt noſtri modij dimidium & decimam eiuſdem modij contineat, hoc eſt, ſextarios noſtros ſex præciſe, cum modius noſter ſiue Celemin contineat 10. ſextarios Toletanos. Efficiunt autem ſex noſtri ſextarij quatu-

quatuor Romanos & quatuor quintas eiuſdẽ ſextarij, cùm ſextarius Romanus noſtrum ſuperet proportione ſeſquiquarta. Iſidorus lib. 16. cap. 25. ſextarius quinquies complicatus Quinarem ſeu Gomor facit. Robertus Senalis Ioſephum ait Aſſaroni, hoc eſt, Gomor, vt mox dicemus tribuere Cotylas 7. ipſe interpretatur ſextarius: qui ſi Hebraici ſint, faciunt fere quinque Romanos. Sic Gomor erat cibus diurnus hominis à Deo ipſo deſignatus Exodi 16. verſ. 16. vbi manna Gomor colligi per ſingula capita præcipitur. Ioſephus vbiq; pro Gomor ponit Aſſaronem, præſertim libr. 3. antiquit. cap. 10. vbi Leuit. 5. & 6. Num. 5. præcipitur offerri farinæ decimam partem Ephi, nempe Gomor, ipſe vertit Aſſaronem, nimirum à voce Hebraica *Ghiçaròn*, id eſt decima, qua voce in menſuræ etiam ſignificatione ſacræ litteræ vtuntur Exod. 16. & 29. Vnde fortaſſis Aſſarium Latinis & as manauit, nimirum decima denarij, vti ſuperius dictum eſt.

Cabus Qab.

Minima Inter Hebraicas menſura aridorum, ſi tamen aridorum & non etiam liquidorũ, cabus eſt: de qua mentio extat. 4. Reg. 6. ver. 25. continet ſextarios, quatuor, Ioſephi quidẽ ſententia: qui lib. 9. antiq. c. 2. pro quarta parte Cabi ſtercoris, reddidit ſextarium, Romanum an Hebraicũ, qui log dicitur, non explicat: haud leui diſcrimine cum ſextarius Romanus ſeſquialtera proportione comparetur cum Hebraico, eum & ſemiſſem capiens. quod ſuperius dictum copioſius deinde explicabitur. Quod ſi Cabum ſextarios quatuor Hebraicos, quod magis puto, continere

recipi-

recipitur, fiet vt cabus capiat duos ſextarios Romanos & dodrantem, ſextarij, nempe tres quartas, hoc eſt, tres noſtros ſextarios cum triente circiter. Conuenit Hebræis Cabo contineri cibi quantum in diem vni homini ſit ſatis: adduntq; Cabum frumenti ſeri in cubitis decem quoquouerſus: quod puto conuenire in tres noſtros ſextarios cum triente, nimirum efficiẽtes modij noſtri Toletani ſeu Celemini trientem iuſtiſſimè. Nec plura de Hebraicis menſuris aridorum. ad Græcas tranſeamus, ſi prius fuerit explicatum, quoties minores hæ mẽſuræ in maioribus contineantur.

Corus continet ephi 10. ſata 30. gomor 100. cabos 180.

Ephi continet ſata 3. gomor. 10. cabos 18.

Satum Gomor 3. $\frac{1}{3}$. Cabos 6.

Gomor continet cabos 1. $\frac{4}{5}$.

Cabus minima aridorum menſura continens quatuor loghim ſeu ſextarios, de qua menſura in liquidis dicendum eſt.

CAPVT XI.

Græcæ menſuræ Aridorum.

INTER Græcas Aridorum menſuras primum ſibi locum Cypſele vendicat, ſex nihilominus continens Medimnos, maior Coro Hebraico, nimirum parte eius quinta. de qua Ariſtophanes in Pace, ac meam, inquit, iniecto lapide ſex medimnos capientem Cypſelem fregerunt. Suidas de eadem Græcè ait, Κυψέλη ἑξμέδιμνος· ἓξ μεδίμνους χωροῦσα. Cypſele ſex medimnorum ſex medimnos capiens.

Medi-

Medimnus Atticus.

MEDIMNVS Atticus ſenos modios Italicos capit. ſic enim Suidas ait: medimnus menſura eſt aridorum, vt tritici vel Hordei, medimnus igitur menſura eſt ſex modiorum. Cornelius nepos in Attici vita affirmat Atticũ Athenienſes vniuerſos frumento donaſſe, ita vt ſingulis ſex modij tritici (ſic legito, non ſeptẽ) darentur. qui modius menſuræ medimnus Athenis appellatur. Cic. libro 5. in Verrem Agri Leontini decumæ anno tertio venerunt tritici medimna triginta ſex, hoc eſt, tritici modij 216. Neque temere medimnum Atticũ dixi, Siculus enim medimnus Attico maior erat quarta Attici parte. nam Ioſeph. lib. 3. antiquit. extremo Siculos medimnos 31. & Atticos 41. pro eodem accipit. D.xit etiam modium Italicum, quoniam modius Siculus & Cyprius maior erat, vti ex Epiphanio conſtat: & quinque modij ſiculi medimnum Atticum explebant. Sed quod Epiphanius medimnum abſolutè ait decem modios continere, in eo aut vitiata lectio eſt, aut de aliis menſuris ipſe locutus. Ergo medimnus ſex modios Italicos continet, duodecim Toletanos. idem comparatus cum menſuris liquidorum capiet duas amphoras Romanas, Chænices quadraginta octo, ſextarios Romanos nonaginta ſex.

Hemiectum.

IN Multas partes medimnus à Polluce diuiditur, quæ & ipſæ menſuræ ſunt. Eſt enim Τϱιτεὺς tertia pars medimni continens chænices ſedecim, eſt Ἑκτεὺς ſexta pars, nimirũ octo chænices. eſt Ἡμίεκτον nimirum

nimirum octaua pars medimni chænicum ſex. Eſt denique Hemiectum quaſi Semiſextum dixeris, hoc eſt, duodecima pars medimni Chænices habens quatuor vt Gale. etiam ait de pond. & menſ. Verum quoniam hæ menſuræ ad chænicem reuocantur, eius magnitudo ſigillatim explicanda eſt.

Chænix.

DE Chęnicis magnitudine non eadem omnium ſentẽtia eſt. Pollux Cotylas tres illi dat, hoc eſt, ſeſqui ſextarium. ſic enim lib. 4. ait: Cotyle eſt tertia pars chænicis. Alij contendunt chænicem duos ſextarios Romanos capere: cui ſententiæ Pollux ipſe proximis verbis fauet, cum ait medimnum continere chænices quadraginta octo. conſtat autem medimnum capere ſextarios nonaginta ſex. Priori ſententiæ fauent Cleop. & Dioſcor. vterque enim, chænix ait habet Cotylas Atticas tres, poſteriori tamen ſententiæ Galen. fauet & ipſe de ponder. & menſur. dicens, chænix ſextarios duos. Vtrumque Fannius improbat cùm ſextarios quatuor chænici dat: de ſextario enim agens addit: Qui quater aſſumptus fit Graio nomine chænix. Conueniunt tamen omnes chænicem eſſe diurnum cibum vnius hominis. Vnde ſuper chænicem ne ſedeas, veteri prouerbio dicitur aduerſus eos, qui in diem viuunt nulla cura futuri. In hac varietate inclinabat animus, vt Fannij ſententiam ſequerer: daremque quatuor ſextarios Atticos chænici, qui efficiunt tres omnino Romanos, cibum vni ho-

mini in diem vnum ſufficientem, neque
tamen recedere à Galeni ſententia, quo
torum ea communis eſt, præſertim cùm
at cum ijs quæ de menſuris ſuperio
ſunt. Neque verum eſt, neque noſtri
ruditorum placita paſſim conuellere.
chænix duplex fuit, Attica duorum ſexta
cõmunis ſextariorum quatuor, quod Alcia
cuit ex parte de ponder. & menſ. liberũ
dicium lectori relinquatur ex ijs quæ di
& ex aliorum lectione. Ezech. quidem
10. vbi legimus Hebraicè: Ephi iuſtum, &
iuſtus erit vobis, Septuaginta pro Batho
cem poſuerũt, cùm Bathus multo maior
ſit. Sed & Epiphanius ephi, & chænicē pare
ſuras facit. Chænicique dat duos ſextar
quantulum amplius. Reliquum eſt, has G
ridorum menſuras inter ipſas comparare.

Cypſele continet medimnos. 6. hemi
chænices. 192.

Medimnus hemiecta continet. 12. chæn

Chænix minima eſt inter Græcas arid
ſura continens, vt plerique ſentiunt ſext
manos duos, ponderis in vino aut aqua
Romanarum. 40.

Menſuræ Aridorum Romanæ.

Cap. XII.

PAVCAS aridorũ menſuras inter la
tinos obſeruamus, nẽpe Græcis
menſurarum nominibus vteba
aut menſuras liquidorum ad
menſuranda conuertebant.
primum

primum medimnus occurrit, quam vocem à Latinis Græci videntur accepiſſe, auctore Epiph. Sed nihilo diſcrepat ab Attico nimirum continens modios Italicos ſex.

Modius.

SEXTA pars medimni modius eſt continens Atticas Chænices octo: vti ex Pollucis ratione ex Suida & Galen. de pond. conſtat, nimirum ſextarios Romanos ſedecim quantum duo modij Toletani, quos celemines dicimus. quatuor enim modij apud Romanos olim tum ſeruis tum militibus in menſem dabantur, vti ex Donato & Polybio intelligitur, nimirum octo modii frumenti noſtrates vni homini menſtruam annonam præbent, ijs præſertim qui plurimum veſcuntur pane. Epiphanius modii vocem ab Hebræis inuentam ait, & continere ſextarios viginti duos. quod ab eo ſumpſit Iſidorus libr. *16.* caput 25. quod ſi. 24. dixiſſent poteramus de Hebraicis ſextariis dictum interpretari qui, Romanis tertia parte ſunt minores. Hieronymus in vita Hilarionis, Marſitam quemdam, ait quindecim frumenti modios diu longeque portaſſe: & hanc habuiſſe palmam fortitudinis ſuæ, ſi aſinos vinceret. Nimirum triginta celemines tritici, præſertim longo itinere non quicunque aſinus portet aut vix. Plin. libro decimo octauo, capite ſeptimo, ait, modium leuiſſimi tritici non excedere vicenas libras. Nos Toletanum triticum non grauiſſimum ad examen vocantes inuenimus, duos eius celemines, nempe modium Italicum põderare præ-

ciſè libras Romanas decem & nouem cum ſemiſſe. Aeris autem ſiccitati & quoniam triticum illud purgatum planè non erat, tribuēdum ſuſpicabamur, quòd vicenas libras non excederet. Deinde grauiſſimi tritici duos celemines viginti & vnam libras Romanas, hoc eſt duodecim vnciarum ſingulas, pondetare deprehendimus: quod pondus Bæotici tritici modio Plinius dat. Neque vero omittendum eſt, locum Plinij eodem capite eſſe vitiatum, vbi de Panico agens, nullum, inquit, genus frumenti ponderoſius eſt, aut quod coquendo magis creſcat, ſexaginta pondo è modio reducunt. Legendum proculdubio triginta pondo. Quî enim credi poſſit cùm è modio tritici panis viginti pondo proueniant, triplicatum id è panico reduci? Itaque è duobus celeminis paniceæ farinę, id eſt, modio experti ſumus vix triginta libras Romanas panis reduci. Idem lib. 15. c. i. ex olearum modio exprimi ait libras olei non amplius ſex. Sic ex vno celemine exprimētur ſummum. 36. vnciæ, ex faneca. 27. libræ noſtrates, hoc eſt amplius aliquanto quam Arroba, quæ pēdit libras noſtrates viginti quinq; præciſe. Quæ ratio in oleas fere conuenit optimas & præſtantiſſimas, vti ex earum faneca olei Arroba exprimatur plus minus.

Demenſum.

Ex his colligitur demenſum apud Terentium in Phormione, menſuram eſſe modiorum quatuor teſte Donato: qua etiam voce quidam abutuntur ad ſignificandum diurni cibi, quæ

ſeruis

ſeruis dabatur, menſuram, nempe modij Italici octauam partem noſtri modij quadrantem circiter, hoc eſt, ſextarios duos, Rom. Sic quod Hebræis gomor aut cabus erat, Græcis chænix, nimirum menſura diurni cibi vni homini: idem putāt voce demenſi apud Latinos ſignificari. tametſi nō omnino pares eæ mēſuræ erant, ſed pro regionib. aliquantulum inter ſe diſcrepabant: vti ex iis quæ dicta ſunt perſpici poteſt. Sic.

Medimnus ſex modios cōtinebat de menſa diurna. 45.

Modius continet de menſa. 7. $\frac{1}{2}$ Demēſum minima aridorum menſura.

Menſuræ aridorum Toletanæ.

CAPVT XIII.

NOSTRÆ etiam menſuræ explicandæ ſunt, quibus aridis metiendis vulgo Toleti vti conſueuimus. In quo numero cahiz maxima menſura eſt, capit fanecas duodecim, ſeu medimnos Atticos totidem, modios noſtros. 144. quos celemines dicimus, Italicos ſeu Romanos veteres 72. tantum, aut circiter.

Succedit faneca medimno Attico par. 6. modiorum Italicorum Toletanos modios duodecim capiens.

Sequitur modius noſter ſeu celemin, eiuſque partes ſemodius, & modij quadrans. Continet autem ex liquidis modius noſter ſextarios Toletanos omnino decem, ſemodius quinque, quadrans modij continet duos ſextarios noſtros &

 ſemiſ-

ſemiſſem. Sic idem modius Romanos ſextarios octo continet; ſemodius quatuor, quadrans noſtri modij duos Romanos ſextarios capit. Quæ omnia comparatione modij Romani veteris duplicanda ſunt: cùm modius Romanus ſiue Italicus duos modios noſtros ſeu celemines contineat, ſi vera ſunt quæ de pede Romano ſuperius à nobis ſunt diſputata. Ergo.

Cahiz continet fanecas. 12. modios Toletanos. 144.

Faneca continet modios. 12. quadrantes modij. 48.

Modius diuiditur in quadrantes quatuor.

Quadrans modii minima menſura aridorum Toletanis eſt. Niſi quis velit menſuras afferre quibus cuminos menſurãt, aliaque id genus, ad nullam certam rationem reuocatas varias inconſtanteſque.

Hebraicæ liquidorum menſura.

Cap. XIV.

MENSVRÆ liquidorum maiori diligentia examinandæ ſunt: quoniam ex illis ferè de reliquis menſuris & ponderibus ſtatuendum eſt, & in eorum tractatione auctores maxime hallucinantur, quas eſſe exploratas conueniebat in primis, ne turbatis fontibus quæ ex illis manant vitioſa eſſent. Corus quidem, quæ menſura inter Hebraicas liquidis & aridis ſeruiebat (nam viginti coros olei legimus. 3. Reg. 5. ver. 11.)

quantum

quantum caperet, ſuperius eſt explicatum. Nunc de reliquis dicendum eſt.

Bathus.

BATHVS Badus etiam vocatur teſte Hieron. ad Ezech. cap. 45. & fere conuenit capere eum ſextarios. 72. Sic Ioſephus libr. 8. capite ſecundo. Badus, inquit, poteſt capere ſextarios duos & ſeptuaginta. & cum Ioſepho conſentiens Epiphan. Bathum ait continere ſextarios. 72. tum ſeptuaginta, & noſter interpres libr. 2. Paral. cap. 4. ver. 5. pro ter mille Bathis, vt eſt in Hebraico, ter mille metretas poſuerunt. Et conſtat metretam capere ſextarios 72. ab his recentiores ſcriptores quaſi rem minime dubiam receperunt: neque conſiderarunt tamen quanta id difficultate impeditum eſſet. nam cùm Ezech. 45. ver. 11. dicatur: ephi & Bathus æqualia & vnius menſuræ erunt, conſentaneum erat quantum ephi dabatur tantundem Batho tribuere. ephi autem iuxta opinionem Ioſephi coro dantis decem medimnos Atticos, continet ſex modios Italicos, ſextarios Romanos nonaginta ſex; at vt nobis videtur, & vti ſuperius eſt explicatum, continet modios tres, ſextarios Italicos quadraginta octo. Quî ergo, aut qua via poſſumus Batho tribuere ſextarios. 72? Sed nimirum in ſextarii voce ambiguitate laboratur. Negare enim non poſſumus Bathum capere modò ſextarios Romanos quadraginta octo, quantum amphora Romana. Sed ij tamen ſextarii cū Hebraicis cōparati proportione ſeſquialtera, vti paulo poſt dicetur, efficiunt

ſextarios Hebræos. 72. qui Hebraicè loghin nuncupantur. quæ ratio conciliandi explicandique difficultatem veriſſima eſt, & multis præterea locis accommodata. aut certe duplex Bathus erat minor æqualis ephi, & maior proportione ſeſquialtera cum minore comparatus, nam cum 3. Reg. 7. ver. 26. mare æneum dicatur continere duo millia Bathos. 2. Paralip. 4. ver. 5. dicitur continere ter mille Bathos Hebraicè: quod noſter interpres & ſeptuaginta dixere tria millia metretas. Addunt quidam Bathi decimam dici Bathum, Ioſepho cum diuinis libris cõciliando. cum enim. 2. Palip. 2. ver. 10. Salomon pollicitus eſſet Hiram viginti millia coros tritici, hordei totidem, præterea viginti millia Bathos vini, & totidem olei, pro quo noſter interpres dixit vini viginti millia metretas, olei quoque ſata viginti millia: Ioſeph. libr. 8. capite ſecundo. ded iſſe ait annuos bis mille coros tritici, & totidem olei Bathos. Sed nimirum inaudita menſurarum genera commini ſci oportebit omnibus auctorum locis conciliandis, & Ioſephus vt humanus falli potuit, aut eius libri vitiari, ne nos plus ſatis ea cura ſolicitet.

Eſt etiam in ſacris litteris vox *Saliſ* Pſalm. octogeſimo, vbi legimus: Ecce mẽſurabiles poſuiſti dies meos, & Iſai. 40. quã quoniã à *Salòs* deducitur, quæ vox tria ſignificat, quidã exiſtimarunt Bathi tertiam etiam ſignificare, ſextarios Romanos ſedecim, Hebraicos viginti quatuor. Ego in Rabbino quodam ad eum Pſalmi locum inueni *Saliſ* tria gulephin, i. tres vrceos eſſe. Non ergo ꝙ ſit tertia Bathi, ita nuncupatur: ſed quia tres vrceos continet,

tinet, vt ille quidem ait. qua tamen menſura ſinguli vrcei eſſent, non explicat.

Hin.

HIN Duos Choas Atticos capit. Sic Ioſephus libr. 3. antiq. cap. 10. quod Hiero. cum ex eo ſumpſiſſet ad Ezech. cap. 4. de ſuo addidit, quos (ſupple Choas) nos ſextarios poſſumus appellare: maluiſſem congios diceret. nam Fannius de ſextario agens ait. Qui quater aſſumptus fit Graio nomine chænix; Adde duos chus fit vulgo, qui eſt congius idem. Conſentiunt Galen. Cleopatra & Dioſcor. choam Atticum continere ſextarios ſex, cotylas duodecim. Quod ſi Hin Hebraicum duas choas capit, ſextarios duodecim efficiet, nimirum quod Hebræi alijs verbis eadem ſententia dicunt, continere duodecim Loghin. Verum ij ſextarij eſſent Romani, an Hebraici, non facilè conſtitui poteſt. ipſe crediderim potius Hebraicos eſſe. Neque enim Hebræi Romanis ſextarijs vtebantur, ſed ſuis quos Loghin vocabant. Porro duodecim ſextarij Hebraici octo Romanos exæquant. Noſter interpres vocem Hebraicam *Hin* aliquando reliquit intactam, Exod. 29. ver. 40. & 30. ver. 24. quod exemplo ſeptuaginta interpretum fecit, nam poſteriori loco vbi in Biblijs Regijs Græcè legitur oleum ex oliuis ἓν, legendum eſt ἲν, vt eſt in Romanis Biblijs Septuaginta interpretum recens in lucem editis. Leuit. tamen 19. ver. 36. vbi pro Hin Hebraico ſeptuaginta χοῦν dixerant, noſter interpres ſextarium poſuit. Epiph. Hin magnum ſextariorum eſſe octodecim ait, ſanctum ſextariorum nouem.

In quo quid ſit ſecutus, diuinare nec poſſum, nec iuuat, illud ſi concedatur ſatis habeam, Hin capere duodecim ſextarios Hebraicos, Romanos octo. Qui duos Choas ſeu congios continere putarunt, ij ſextariorum numerum reſpexere non modum.

Log.

HAc Voce Hebraicus ſextarius ſignificatur minor latino proportione ſeſquialtera. quocirca Hier. Leuit. 14. ver. 10. & 12. pro Log ſextarium reddidit, ſeptuaginta cotylam, quæ dimidium eſt ſextarij. Nimirum cum præciſe neque ſextarius eſſet neque Cotyla, per menſurarum vicinarum voces eius menſuræ modum explicarunt. Eſt enim vulgatum inter Hebræos, Log capere quantum ſex oua, non anſerum, vt quidam finxit; quid enim ad inuſitata reuocarent? ſed gallinacea, vt communis & recepta ſententia eſt. Probauimus autem experimento gallinæ ouum aquæ aut vini capere pondus vnciarum duarum & duarum drachmarum fere. atque adeo ſex oua præcipuæ magnitudinis pondus vnciarum tredecim & tertiæ inſuper partis vnciæ, quæ duella dicitur Latinis, continebunt. id eſt, ſextarium Hebraicum. nouem autem oua eiuſdem magnitudinis pondus iuſtiſſimum efficient vnciarum viginti, quod pondus ſextarij Romani eſſe ſuperius eſt explicatum. Verum quoties maiores menſuræ minores contineant, etiam hoc loco ponendum eſt.

Bathus continet Hin ſex, Loghin duos & ſeptuaginta, oua. 432.

Hin continet Loghin, 12. oua. 72.

Log con-

Log continet oua. 6.

Ouum minima inter Hebræos liquidorum mẽſura pondere in aqua vnciarum, 2. & drachmarum 2. fere. Sed & Hebræi medici propria menſurarum nomina habent *Kagheràh*, quæ vox ſcutellam ſignificat, vtuntur ad ſignificandum acetabulum, octauam ſextarij partem. Et Vulgata, Num. 7. ver. 39. pro ea voce Hebraica acetabulum reddidit, *Caph*, id eſt, vola; ad ſignificandum Cochlear, id enim ſignificat etiam, Num. 7. ver. 78.

Græcæ liquidorum menſuræ.

Cap. XV.

IMplicita Diſputatio de ponderibus & menſuris eſt: multa ſæpe repetere neceſſe eſt, multa prætermittere. quis enim omnia colligat, quæ in veteribus ſcriptoribus & recentibus innumera extant? ſæpè etiam cognitio præcedentium cum poſterioribus eſt implicata, vti in præſenti accidit. Explicandis enim menſuris Græcis opus eſt intelligere, quod deinde explicaturi ſumus, amphoram Romanam capere vrnas duas, modios tres, ſextarios Romanos omnino octo & quadraginta.

Amphora Attica.

CApit Amphora Attica choas duodecim, ſextarios ſeptuaginta duos, Romã. an Atticos nõ explicãt auctores: & poſſemus credere Atticos potiꝰ eſſe, vt

eſſe, vt menſura maior & minor eiuſdem generis eſſent. Sic credit Robertus Senalis. Sed Fannius reſiſtit, amphoræ Atticæ tribuens vrnas tres. Attica præterea dicenda eſt amphora nobis, ſeu Cadus: Hanc facies noſtræ, ſi adieceris vrnam. Continet autem vrna ſextarios Romanos viginti quatuor, tres vrnæ ſextarios ſeptuaginta duos. Porro ex verbis Fan. perſpicitur Atticam amphoram & Cadum eandem menſuram eſſe (& ſi Pollux Cadum amphoræ Italicæ patrem faciat.) Eſt etiam alio nomine Ceramium: ſic enim Heſychius ait: Cadus eſt ceramium. Eadem etiam menſura metreta eſt. nam fere quibus locis Dioſcor. metretam dixit, Plinius cadum vertit. Præterea Nicandri interpres, Cleoparra, Epiphanius metretę dant Choas duodecim, ſextarios 72. Quod ſi ſextarij Romani ſint, amphora Attica ſeu metreta continebit ſextarios Atticos 96. nimirum cum quibus Romani comparantur proportione ſeſquitertia: ſi ſextarij Hebraici ſint, efficient, 108. nihilominus. Quod conferre poterit ad intelligendum ea, quæ variè auctores de metreta affirmant, Quod vero Dioſcor. libr. 5. ait. Eſt autem metreta Choes.10, placet Alciati ſententia, numerum eſſe vitiatum, quod facile potuit contingere in notis Græcis numerorum ιβ. β. poſt iota poſitum eradi. Ex ijs intelligitur qua menſura hydriæ illæ ſex erant capientes ſingulæ metretas binas vel ternas, Ioan. 2. ver. 6. Nimirum metreta tres vrnas capit, ſextarios Romanos ſeptuaginta duos.

(:)

Arta-

Artaba.

ARTABA, Græca menſura non erat ſed barbara. de ea tamen hoc loco dicendum eſt, quoniam à quibuſdam creditur metretæ eſſe par, & de ea in ſacris litteris & earum explanatoribus mentio extat. Quam fuiſſe triplicem colligit Philander in epitome Georgij Agricolæ de ponder. & menſur. Nempe maxima erat capax medimni & chænicum trium: & dicebatur Perſica, quoniam ea Perſæ vtebantur. Altera Medica erat, Medorum nempe propria, medimno Attico par. Tertia minima AEgyptia erat. de qua hoc loco agimus, quoniam frequens de ea mentio eſt atque de eius magnitudine auctores variant trifariam diuiſi. Fannius Artabæ AEgyptiæ tres modios & trientem dat his verbis: Eſt etiam tertis, quas aduena Nilus inundat, Artaba, cui ſuperat modij pars tertia poſt tres. Namque decem modijs (ſic lego pro; etiam modij) explebitur Artaba triplex. Sic iuxta Fannij ſententiam hæc menſura continebit ſextarios Romanos quinquaginta tres cum triente. Epiphanius ex multa diligentia ſe inueniſſe ait Artabam Ægyptiam eſſe ſextariorum duorum & ſeptuaginta: facitque eã metretæ æqualem. Alij Artabæ Ægyptiæ tribuunt modios quinque, nimirum ſextarios octoginta. certe Gal. de pond. & menſ. quod ſecuti ſunt. Septuaginta interpretes Iſa. 5. ver. 10. cum pro coro, id eſt triginta modijs ſex Artabas poſuerunt, nimirum ſingulis Artabis dantes modios quinque, ſeu ſextarios octoginta. Nam quod Hier. eo loco, Artaba inquit, menſura Ægyptia eſt, faciens modios 20. in eo quid ſibi velit in-

lit intelligere non poſſum. Sed certe omnes ſex artabas voluit eos modios facere: quod verum eſt, ſi Artabæ dentur cum Fan. modij tres cum triente. Id me Nebriſſenſis admonuit, repetit. 6. Neq; vero dicta aliorum auctorum conciliare liceat, niſi ex varietate ſextarij: vt Fan. locutus ſit de Romanis Epiphan. de Atticis, Septuaginta interpretes de Hebraicis. nam ſi numero. 53. $\frac{1}{3}$ addas tertiam eius partem, hoc eſt, 17. $\frac{7}{9}$ efficientur ſextarij, 71. $\frac{1}{9}$ ſi vero eidem numero ſemiſſem addas, nimirum, 26. $\frac{2}{3}$ euadent, 80. ſextarij præciſe, Porro ex 80. ſextarijs, quos in aliquo auctore aliquis inuenit facile fuit quinque modios dicere. cum non intelligeret quantum ſinguli ex ijs ſextarijs caperent, aut ſi qua alia commodior ratio ad hos auctores conciliandos poteſt excogitari, ea noſtræ præferatur.

Amphoreus.

Metreta Continet amphoreos duos. Sic ſe Cleop. in Georgicis inueniſſe ſcribit. amphorea ſextariorum eſſe, *36.* metretam ſextariorum, *72.* ſic Nicandri interpres Amphoreus, inquit, capit ſextarios ſex & triginta, metretes duos & ſeptuaginta. De hac menſura locutus eſt Ariſtophanes in Pluto cum dixit: οἶ δ' ἀμφορεῦς οἴνου μέλανος ἀνθοσμίου. id eſt, amphoræ autem ſeu amphorei vini nigri atque odorati (ſupple pleni ſunt) & Herodot. lib. *1.* meminit crateris à Crœſo miſſi Delphos, quem cepiſſe ait amphoreos ſexcentos. Craterem pro dolio vſurpat ſæpe Xenophon lib. *4.* de Cyri expedi. Quod vero Cleop. eundem amphoreum

reum dixit continere cotylas quadraginta octo, de alio genere cotylarum locutus eſt, nempe earum quæ tres quadrantes ſextarij continebant, & Georgicæ vocabantur, vt ipſamet Cleop. ait: quemadmodum & aliud genus cotylæ inuenio, quæ ſextarij duos trientes continebat, tres duos ſextarios implebant. Vnde varij loquendi modi inter ſcriptores. quod conſiderandum eſt, ne lectori confuſionem pariant.

Chus.

PLERIQVE Omnes huic menſuræ ſextarios ſex tribuunt, certe Cleopa. & Dioſc. tum etiam Galen. chus, inquit, id eſt, congius ſextarios ſex. cum quibus conſentiens Fannius de ſextario agens ait: Qui quater aſſumptus fit Graio nomine chœnix, Adde duos chus fit vulgo, qui eſt congius idem. Verum hos ſextarios crediderim non Atticos eſſe ſed Romanos, propterea quod metretam quæ continet choas duodecim, diximus ſextarios Romanos ſeptuaginta duos capere. Itaque chus ſi ad ſextarios Atticos referatur, octo continebit. quod video Galenum etiam dixiſſe de ſignis & notis ponder. & menſur. capit. 2. ſeu quicumque eius libelli fuit auctor. Sic enim ait: Chus habet Chœnicas duos, ſextarios octo. ſi vero de Hebraicis ſextarijs agatur, nouem ſextarios continebit. Cleopatra ſanè cum dixiſſet, chus habet cotylas Atticas duodecim, ſextarios ſex, chœnicas quatuor: addidit ſe in Georgicis choam inueniſſe ſextariorum nouem, cotylarum duodecim. Noſter tamen interpres Leuit. 19. ver. 36. cum ſeptuaginta

ginta interpretes pro Hin chûm reddidiſſent, ipſe ſextarium ſubſtituit: & Hieron. ad Ezech. cap. 4. Hin dixit continere duos choas Atticos, quos nos ſextarios poſſumus appellare. In quo fortaſſis Plinium eſt ſecutus qui lib. 14. de Nectarite vino agens, vbi in Dioſcor. legerat vncias quinque eius radicis in choas quinque muſti addendas: ipſe vertit in ſextarios ſex. niſi forte in Dioſcor. choam legit, non choas quinque. Vnus Suidas aliam rationem ſecutus videtur cum dixit: χόος διξέςυ, χοῦς γὰρ δύο ξέςαι, χοεὺς δὲ ἕξ. hoc eſt, choos duorum ſextariorum: chus enim duo ſextarij, choeus autem ſex. Itaq; iuxtà eius ſententiam differunt chus & choeus. Chus habet ſextarios duos, choeus ſex. Georgius tamen Agrico. contendit libr. 2. de ponderib. Suidæ verba eſſe corrupta, legendumque, Chœnix duo ſextarij, choeus ſextarij ſex. Deniq; quod Ioſephus lib. 3. antiquit. cap. 10. Hin dixit continere duos choas Atticos, nempe ſextarios ſeu Loghin duodecim, ad numerum ſextariorum debet referri, non ad menſurarum qualitatem: cum ex ijs quæ dicta ſunt, conſtet Hin continere duodecim ſextarios Hebraicos, duos tamen choas totidem quidem ſextarios capere ſed Romanos, qui maiores Hebraicis ſunt: atque adeo cum illis proportione ſeſquialtera comparantur.

Sextarius Atticus.

SExtarivs Atticus ξέςης Græcè vocatur voce à latinis acceptâ, minor tamen ſextario Romano, vti Gal. ait lib. 1. de compoſ. medicam. per genera c. 16. in hæc verba: Cæterum ſextarij (hoc eſt ξέςυ)

ξίςν)Romani Heram meminiſſe puto. Nam apud Athenienſes neque menſura neque nomen hoc erat. Nunc ex quo Romani Imperare orbi cœperunt, nomen ſextarij apud omnes, qui Græca lingua vtuntur, nationes exiſtit: ipſa vero menſura Romanæ æqualis non eſt, quippe alij aliam ſextarij menſuram vſurpant. Apud Romanos ſextarius libram vnam & ſemiſſem, & ſextam eius partem pendet, vt ſimul omnes iunctæ vnciæ ſint viginti: hæc ille. Quantus vero ſit Atticus ſextarius neque Galen. eo loco declarat, neque eſt facile certa ratione ſtatuere. Quidam Attico ſextario vncias dant octodecim Suidæ auctoritate dicentis: Medimnum modiorum ſex, vt ſi menſura xeſtas ſeu ſextarios duos & ſeptuaginta capiens, id eſt, libras 108. quibus verbis ſignificatur xeſtem ſeſquilibram Romanam pendere drachmas.144. Alij Attico ſextario vncias quindecim dant, certe Fann. Oxibapho, qui eſt octaua pars ſextarij, drachmas quindecim dat, Cyatho, qui eſt pars duodecima, drachmas decem. Sic enim ait: Bis quinque hunc (nempe Cyathum) faciunt drachmæ ſi appendere tentes: Oxibaphus fiet ſi quinque addantur ad illas. Quod cum ipſe paulo poſt ſextario aquæ det pondus vnciarum viginti ne ſibi repugnare videatur prias dictum de partibus ſextarij Attici accipiendum, deinde de Romano ſextario loqui credendus eſt. Idem ſecuta Cleopatra ſextario tribuit drachmas centum & viginti; nimirum vncias quindecim. hæc illorum ſententia fuit. Et quidem cum Fannio Suidam conciliare facile eſt, ſi Suidam de vncijs menſuralibus interpretemur, Fannium & Cleopatram de Ponderalibus. vtraque

f enim

enim olim fuiſſe neq; pares prorſus, ſuperius explicatum eſt. Galenus ſanè libr. 5. & 6. de compoſit. medicam. per genera cotylem nouem, & cotylem duodecim vnciarum fuiſſe ait. Ergo ſicut in priori cotyle loqui dicunt de vnciis menſuralibus, ita in poſteriori dicendum eſt, atq; adeo cotyle Italica non decem vncias menſurales capit (vt Georgius Agricola credidit libr. 1. & 2.) ſed duodecim: ſextarius viginti quatuor certè menſurales. Nam quòd cotylem idem ait pro libra menſurali ſumi, confictum cupiditate ſuſceptam opinionem defendendi credebamus. Sed rurſus recentiores Fannium, cùm ſextario dare videtur vncias quindecim, nempe Oxybapho tribuens drachmas totidem, in oleo locutum interpretantur, quod nona parte aqua leuius eſt. ita vt nouem olei vnciæ mole ſint pares decem aquæ. cui interpretationi Galen. fauet l. b. 5. de compoſ. medic. per genera. c. 6 cùm ait: Atticam Heminam nouem italicas vncias conficere, quæ pendent ſeptem vncias & ſemiſſem. loquitur autem in oleo, vti locus ipſe declarat. Itaque ſextario Attico olei quidem vncias quindecim ponderales dant, vini autem, quoniam oleo nona parte grauius eſt, vncias ſedecim, drachmas quinque, ſcripulum vnum. Sic Georgij Agricolæ ratio procedit, & eorum quibus eius ſententia placuit. Nos ſanè Galenum ei ſententiæ & rationi fauere non negamus. Sed quoniam Fannius & Cleopatra abſolutè ſunt locuti, de aqua potius aut vino, quæ in cõmuni vſu ſunt, eorum dicta accipienda putabamus. præſertim cùm quod Galen. alio loco dixit olei vncias menſurales duodecim efficere decem
ponde-

ponderales, idem ex Adamantij ſententia in vini vnciis dixerit Oribaſius, vti ſuperius eſt à nobis allatum. Placet ergo ſextarium Atticum vini aut aquæ pendere vncias quindecim non amplius. Plin. profectò lib. 21. cap. vltim. profeſſus ſe de Græcorum ponderum & menſurarum nominibus agere, Cyathus, ait, pendet per ſe drachmas decem: cum Acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem, id eſt, drachmas quindecim. In quibus verbis vox, pendet, vt intelligatur de drachmis ponderalibus, eſt conſideranda: ſimulque rectè colligi, ſi cyathus pendet drachmas decem, ſextarium pendere vncias quindecim, quoniam continet duodecim cyathos, atque adeo drachmas centum & viginti, quæ faciunt vncias quindecim. quod in vino aut aqua communibus liquoribus abſolutum à Plinio poſitum ſumatur.

Aliæ menſuræ Græcorum.

SVNT & aliæ menſuræ Græcis, præſertim Athenis: quæ quoniam ad ſextarium referũtur, breui percurrendæ ſunt. Cotyle ſiue Triblium ſextarii dimidium. Quartarius ſeu hemicotyliũ quarta ſextarij pars. Oxibaphũ ſiue oxibaphus ſeſquicyathus octaua ſextarij. Cyathus ſextarij duodecima, capit n. ſextarius cyathos duodecim, quę vncię etiã ſextarij vocãtur. Choca ſemicyathus. Myſtrũ cyathi quadrans. Cheme cyathi quinta. Cochlear paruum, cyathi pars decima. Atque in hoc numero colligimus tum menſuras communes Athonienſium, tum eas, quibus eorum medici

olim vtebantur. De menſuris Georgicis & veterinariorum nihil dicimus confuſione vitanda. Ex Georgio Agricola lib.2. qui volet petat licet, Cleopatra & alijs. Nunc menſuræ allatæ inter ſe comparandæ ſunt maiores cum minoribus.

Amphora Attica ſeu metreta continet artabam, 1. & $\frac{1}{3}$. fere, amphoreos, 2. chi as, 12. ſextarios Romanos, 72. Atticos, 96. cotylas Atticas (de his enim loquimur) 192. quartarios 384. Oxibapha, 768. cyathos, 1152. conchas 2304. myſtra, 4608. chemes, 5760. cochlearia, 11520.

Artaba irregularis eſt & barbara; neque partes eius præciſe aſſignantur, numerorum minutijs vitandis. ſed tamen continet amphoreos, 1. $\frac{1}{2}$ fere, choas, 9. fere, ſextarios Romanos 53. $\frac{1}{3}$. Atticos, 71. circiter cotylas, 142. ſemicotylas, 284. Oxibapha, 568. cyathos 852. conchas 1704. myſtra, 3408. chemes, 4270, cochlearia, 8520.

Amphoreus choas, 6. ſextarios Romanos 36. Attico, 48. cotylas, 96. ſemicotylas, 192. Oxibapha 384. cyathos, 576. conchas, 1152. myſtra, 2304. chemes, 2880. cochlearia, 5760.

Chus ſextarios Romanos ſex, Atticos octo, cotylas ſedecim, ſemicotylas, 32. Oxibapha, 64. cyathos, 96. conchas, 192. chemes, 480. cochlearia, 960.

Sextarius Atticus cotylas duas, ſemicotylas quatuor, Oxibapha octo, cyathos duodecim, conchas, 24. chemes ſexaginta, cochlearia centum & viginti.

Cotyla ſemicotylas, 2. Oxibapha, 4. cyathos 6. conchas duodecim, myſtra, 24. chemes, 30. cochlearia. 60.

Oxiba-

Oxibaphum cyathum vnum & ½ conchas tres, myſtra,6.chemes 7.& ½ cochlearia, 15.

Cyathus conchas,2.myſtra quatuor, chemes, 5. cochlearia,10.

Concha myſtra,2.chemes,2.½ cochlearia,5.

Myſtrum chemes,1.¼ cochlearia,2.½.

Cheme cochlearia, 2. Cochlear minima liquidorum menſura.

Romanæ liquidorum menſuræ.

CAP. XVI.

MAXIMA Inter Romanas menſuras liquidorum Culeus eſt viginti amphoras Romanas capiens. Fannius: Eſt & bis decios, quam conficit amphora noſtris, Culeus. Hac nulla eſt maior menſura liquoris. Capit ergo congios,160. ſextarios Romanos, 960. Toletanos autem ſextarios capit.1200. Sed & hac ſæpe voce vtuntur veteres non in ſignificatione menſuræ, ſed magni cuiuſdam vaſis. quomodo in culeum inſuere dicimus. Erat autem forma vtris, nimirum ex corio bubulo:alioqui viginti amphoras non caperet: ſingulisque plauſtris ſinguli culei vehi ſoliti erant, vti veteres ſculpturæ marmorum indicio ſunt.

Amphora Romana.

AMPHORA Romana Quadrantal etiam vocatur. Amphora quidem quod vtraq;ex par-

te anſam haberet ad cõmoditatem leuandi, Quadrantal autem quod ex pede Romano in quadrũ facto conſtaret, vti Fannius, & Feſtus Pompeius aiunt. Capit ſextarios Romanos quadraginta octo, vti præter hos duos auctores tum Galen. his verbis docet: Amphora Italica habet choas octo. tum Voluſius Metianus de aſſe his verbis: Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios quadraginta octo, heminas. 96. quartarios. 192, cyathos. 576.

Vrna.

VRNA erat vas, quo præſertim mortuorum cineres condebantur forma oblonga, atque in cuſpidem ima in parte deſinebat, gemina ſuperius anſa. Sed & pro menſura accepta Romanæ amphoræ ſemiſſem continebat Atticæ trientem, nempe ſextarios viginti quatuor, cõgios quatuor, nimirum quantũ ſeſquimodius aridorum. Fănius: Huius (ſcilicet amphoræ) dimidium fert vrna, vt & ipſa medimni.

Congius.

OCTAVA pars amphoræ Romanæ congius eſt capiẽs ſextarios ſex, cui æqualis erat chus Atticus. Formatur autem congius ex dimidio pede Romano omni ex parte quadrato, capitquẽ ſextarios Toletanos ſeptẽ cum dimidio, vti experimento comprobauimus facto congio ad menſuram pedis Romani è tribus maximi, vti ſupe-

tius dictũ eſt. A congio tricongius dictus eſt. Torquatus Mediolanenſis à tribus congijs epotis vno impetu, inſpectante Tiberio miraculi gratia, Plinius libr. 14. cap. 22. Tum Ciceronis filium Bicongium ſimili de cauſa dictum memorant. Plin. libr. 18. capite ſeptimo. optimi frumenti modium ait in ſubactu congium aquæ capere. Nos probauimus experimento duos celemines optimæ farinæ, hoc eſt modium, ſubigi duabus azumbris fere aquæ. Continet ergo congius ſextarios Toletanos. 7.½. hoc eſt, duas azumbres minus ſextarii ſemiſſe.

Sextarius Romanus.

EX his colligitur quantus eſſet ſextarius Romanus, nimirum quarta parte maior ſextario Toletano. Nam cũ aquæ ſextarius Toletanus pẽdeat vncias ſedecim, ſextarius Romanus pẽdet vncias viginti, nimirũ proportione ſeſquiquarta cũ noſtro ſextario cõparatus, cum Attico, quẽ diximus pendere in aqua vncias quindecim, proportione ſeſquitertia, cũ Hebraico proportione ſeſquialtera: quẽ quantum ſex oua capere dictum eſt, aquæ pondus vncias tredecim & trientem. Quæ quoniam ſuperius pluribus ſunt explicata, hoc loco repetenda non ſunt.

Aliæ menſuræ Romanæ liquidorum.

HEMINA Latinis idem eſt quod cotyla Græcis, nimirũ ſextarij dimidiũ. tametſi ex Athenæo lib. 17. colligitur, veteres Græcos hemina etiam

iam in ſignificatione cotylæ vſos fuiſſe. Quartarius pars 4.ſextarij. Acetabulum octaua ſextarij pars ſeſquicyathi menſura. Cyathus vncia ſextarij, hoc eſt, eius pars duodecima Cochlear ſiue ligula cyathi quadrans, ſextarij pars.*48*.cum in Græcis menſuris cochlear ſit pars cyathi decima. Ligulæ in aqua aut vino pondus eſt drachmarum trium ſcripuli vnius: ſiue noſtro more dixeris, octauarum trium, granorum aurificum, 25.tantum. Nunc adijciamus quoties maiores menſuræ in minoribus contineantur.

Culeus continet amphoras, 20. vrnas 40. congios, 160. ſextarios. 960. heminas, 1920. quartarios 3840. acetabula. 7680. cyathos 11520. ligulas 46080.

Amphora vrnas, 2. congios, 8. ſextarios, 48. Heminas, 96. quartarios, 192. acetabula, 384. cyathos, 576. ligulas, 2304.

Vrna congios, 4. ſextarios, 24. heminas, 48. quartarios, 96. acetabula, 192. cyathos, 288. ligulas 1152.

Congius ſextarios, 6. heminas, 12. quartarios 24. acetabula, 48. cyathos, 72. ligulas, 288.

Sextarius heminas, 2. quartarios, 4. acetabula, 8. cyathos, 12. ligulas. 48.

Hemina quartarios, 2. acetabula, 4. cyathos, 6. ligulas 24.

Quartarius acetabula, 2. cyathos, 3. ligulas duodecim.

Acetabulum cyathos, 1.$\frac{1}{2}$ ligulas, 6.

Cyathus ligulas, 4. Ligula minima Romanis erat menſura liquidorum.

Toletanæ menſuræ liquidorum.

CAP. XVII.

TOLETANÆ Menſuræ liquidorum paucæ ſunt, ac fere ad quinque menſurarum nomina reuocantur. In quo numero modius ſiue moius maxima omnium menſura vocatur. Continet arrobas ſeu amphoras Toletanas ſedecim, arroba autem capit azumbres (ſeu congios Toletanos dicere malis) octo, ſextarios Toletanos, nimirum congij Toletani quadrantes. 32. qui efficiunt Romanos ſextarios viginti quatuor, pondere in aqua aut vino librarum noſtrarum. 32. Romanarum. 42. cum beſſe, hoc eſt, vnciarum. 512. Vtimur & dimidia arroba, quæ reſpondet Romanorum vrnæ, minor tamen illa: continet enim quatuor congios Toletanos, ſextarios ſedecim, aquam aut vinum pondere librarum noſtrarum totidem. Sequitur Azumbre octaua pars arrobæ, capiens ſextarios Toletanos quatuor, Romanos tres & quintam ſextarij Romani partem, in aqua aut vino pendet libras quatuor Toletanas, hoc eſt, vncias ſexaginta quatuor. Minima menſura eſt ſextarius Toletanus azumbris quarta pars, arrobæ, 32. pendet in aqua aut vino vncias ſedecim, minor ſextario Romano vncijs quatuor. His menſuris in Italia quidem vulgò reſpondet follieta, ſextario noſtro par fere. pendet enim in vino aut aqua vncias Romanas vulgares ſedecim. Medius conſtat ex follietis duabus. Bocalis conſtans ex follietis quatuor noſtræ azumbri reſpondens.

Congitella conſtans bocalibus quatuor. duæ verò congitellæ noſtram arrobam circiter faciunt. In Gallia alijs nominibus pares menſuræ ſunt, præſertim Pariſiis. Ciopina ſextario noſtro reſpōdet, Romanæ follietæ. Pinta duas ciopinas capit, Quartarius capit ciopinas quatuor. Sextarius ciopinas ſedecim. Duo ſextarij noſtræ arrobæ reſpondent, nam quiuis ſextarius in Gallia quatuor noſtras azumbres circiter continet.

Olei menſuræ vulgares.

SVperioribus menſuris vino alijſq; liquoribus metiendis vulgò vtimur. Oleum pōdere venditur, emiturq;, quemadmodum antiquis temporib. ſcimus fuiſſe factitatum inter Romanos, vti ex Plinio conſtat, lib. 18. cap. 3. Suet. in Cæſare. c. 38. l. ſi ex toto. ff. de leg. 1. Sed ex pondere tamen ꝓpria menſura olei facta eſt, Panilla vulgò dicta, pōdere quatuor vnciarū, quę vix poteſt cum ſuperioribus menſuris cōparari. Sed ſextarium Romanū quatuor panillæ olei & dimidia faciunt. Sextariū aūt Toletanum implent tres panillæ, & tres panillæ quadrantes. ſic panillæ. 31. efficiēt ſextarios. 10. nēpe duas azumbres & ſemiſſem, panillæ, 124. efficiunt ſextarios Toletanos quadraginta, nēpe arrobam menſuralē & quadrantem. Mel etiam vulgò pondere venditur, ſed nulla ex pondere propria & caua menſura mellis.

Menſuræ Medicorum.

PHarmacis conficiendis peculiares mēſuræ ſunt, quas vncias vulgò vocant, neq; pares inter ſe,

ter ſe, nam vnciam triplicē habent. Olei vncia maxima eſt trium. aqua ſublimata mēſurāda mediocri vncia vtuntur. minima ſyrupis. quæ neq; inter ſe cōparari facile poſſunt, neq; cum ſuperioribus. Sed illud verè dici poteſt, quamuis harum vnciarum ſi iuſta ſit, vnciæ pondus efficere, non cōmunis ſed medicorū: ita vt vncia aquæ ſit minor vncia olei nona parte, at cū ſyrupi vncia, proportione circiter cōparatur ſubſeſquialtera, quomodo aqua cū melle: niſi quod ſyrupi aliquid aquæ miſcetur, & ſaccarū ex quo conficitur, melle aliquāto eſt leuius. Sic ſextarius Toletanus, quē diximus in aqua efficere vncias communes. 16. ex ijs vnciis medicis, capiet 17. & grana aurificum. 37. $\frac{1}{2}$ præciſe: quæ grana paulo amplius medicorū vulgari ſemidrachma ſunt: totidemq; vncias ſextarius capiet ex ijs, quib. aqua ſublimata menſuratur. Olei vncias capiet quindecim $\frac{3}{4}$ fere. Syrupi vncias, quoniam ſyrupum melle lenius eſt, capit. 23. $\frac{1}{2}$ vti experimento comprobauimus. Quomodo hæ vnciæ menſurales medicorum poſſunt & debent cum menſuris alijs communibus liquidorum, & cum ponderibus comparari, atque iuxta hanc rationem has menſuras comparabimus.

Modius ſeu moius capit arrobas. 16. azumbres. 128. ſextarios Toletanos. 512. panillas 1588 $\frac{1}{2}$.

Arroba continet azumbres. 8. ſextarios Toletanos. 32. Panillas. 85 fere.

Azumbre capit ſextarios Toletanos. 4. Panillas. 14.

Sextarius capit panillas. 3. $\frac{2}{5}$ vncias medicas olei.

olei 15 $\frac{3}{4}$ aquæ. 17. $\frac{1}{2}$ circiter, ſyrupi vncias conti-
net. 25 $\frac{1}{4}$.

Panilla capit vncias medicas olei. 3. $\frac{3}{4}$ aquæ ferme 4. ſyrupi ferme. 6.

Vncia minima omnium inter nos menſura liquorum eſt pondere vnciæ vnius.

Hebraica interuallorum menſura.
Cap. XVIII.

NOn putaui hanc diſputationem fore abſolutam omni ex parte & perfectam, niſi de interuallorum menſuris ea dicerem, quæ in diuinis litteris paſſim occurrunt, & quæ ab alijs ſcriptoribus animaduerſa ſunt. Ergo quo cœpimus ordine progrediamur eatenus, vt primum de Hebraicis menſuris dicamus, ſed à minoribus inchoantes, contra quam in alijs partib. eſt factum. In quo numero minima menſura Ezbagh, hoc eſt, digitus fuerit, quem vulgò Hebræi tam latum eſſe affirmant, quam ſunt lata ſex hordei grana qua parte craſſiſſima ſunt. Quod ſi digitus Romanus quatuor hordei grana non ſuperat, vti affert Philander in Vitruuium lib. 5. cap. 10. & eſt ab omnibus recepta ſententia, fiet vt digitus Hebraicus cum digito Romano comparetur proportione ſeſquialtera, continens quantum ſeſqui digitus Romanus. Ex hac menſura cum omnes aliæ oriantur, concedendum item erit, palmum Hebraicum pedem, cubitum eodem modo parique menſura palmum, pedem & cubitum Romanum

hum ſuperare. Sed quoniam ſex grana hordei experimento probauimus pollicem eſſe ere ſeu vnciam pedis Romani, qui pollex digitum & trientem alterius digiti continet, verius arbitror digitum Hebraicum proportione ſeſquitertia comparari cum Romano, quod de alijs menſuris pariter intelligatur.

Palmus Tophach.

DE digito vt menſura eſt, nulla mentio in ſacris litteris extat, ſed in libris tantummodò Rabbinorum, atque in Miſna propria de menſuris & ponder. diſputatione. Nam in ſacris litteris minima in hoc genere menſura palmus eſt, qui Hebraicè *Tophach* vocatur, noſtro palmo reſpondens, niſi quod maior eſt illo, ſi vera ſunt quę de digito diximus: atque adeo conſtans quatuor digitis Hebraicis, quinque Romanis & triente. Sic noſter interpres palmum fere pro ea voce reddidit Exod 37. ver. 12. Ezech. 40. ver. 5. tum. 2. Paralip. 4. ver. 5. vbi de mari Æneo ſeu labro magno agit, & tamen. 3. Reg. 7. ver. 36. vbi de eiuſdem labri craſſitudine agitur, pro palmo tres vncias ſubſtituit. Nimirum quatuor digiti, quibus palmus conſtat apud quamque gentem, tres vnciæ, id eſt, pollices ſui cuiuſque pedis ſunt: certe ex Latina loquendi conſuetudine ſic vocari nihil prohibet.

Palmus maior Zereth.

VVLGARI conſuetudine palmum dicimus interuallum ab extremo pollice vſque ad extremū

extremum auricularem, nempe quantũ tres palmi minores ſeu digiti duodecim tametſi Latinis palmi vox in ea ſignificatione nõ vſurpetur. Sed Hebræis tamẽ *Zereth* vocatur palmus maior digitorũ duodecim, de qua menſura frequẽter meminere ſacræ litteræ. nã Exod. 28. ver. *16.* vbi rationale palmi mẽſura fieri mãdatur, hic palmus nõ ſupior intelligendus eſt. quẽadmodum. *1.* Reg *17.* ver. *5.* vbi dicitur Goliath fuiſſe altitudinis ſex cubitorum & palmi. eodem modo Iſaiæ. *40.* ver. *12.* quis menſus eſt pugillo, aquas & cœlos palmo ponderauit, de hoc palmo accipiatur. At vero apud Ezech. c. 40. ver. 5. in manu viri calamus ſex cubitorũ & palmi; & c. *43.* ver. *13.* iſtę aũt menſuræ altaris in cubito veriſſimo qui habebat cubitũ & palmum: palmi vox ijs locis nõ pro palmo maiori ſed minori ſumi debet, vt cõſtat ex lectione Hebraica cõtra quod poſteriori loco ſequitur. Vſq; ad labiũ eius in circuitu palmus vn⁹, de maiori palmo ſumi debet. quod miror viros alioqui doctos & diligentes non conſideraſſe.

Pes Pagham.

PEDEM in ſignificatione menſuræ in diuinis libris ſumi non inuenio: ac ne ex libris quidem Rabbinorum colligi pro certo poteſt quãtus eſſet pes Hebræis, quo proculdubio metiendis areis & ſpatiis vſos eſſe quemadmodum alias gentes minime dubium eſt. In Ezech. tantum. cap. *41.* ver. *6.* vbi nos legimus: latera autem latus ad latus bis triginta trium, Hebraicè legitur, & latera latus ad latus triginta trium Pagham. In qua voce Kimchi

Kimchi pedes ſignificari interpretatur, in eo non omnino male. nam quod addit pedem continere quantum duo minores palmi, in eo quid ſecutus ſit aſſequi non poſſum, quando apud omnes gentes menſura pedis ex naturalis pedis longitudine ſumitur, proximeq; ad illam accedit, & cum digitis comparatus digitos ſedecim continet.

Cubitus Ammah.

FRequentiſſima in ſacris litteris cubiti mentio eſt Gen. 6. cap. conſtruenda arca, in tabernaculi ſtructura, atque templi Hieroſolymitani. Et quidem cum *Ammah* frequentius in Hebraica lingua vocetur, Ezechielis tamen 41. ver. 8. *Azilah* etiam nuncupatur, id eſt, axilla à medio pectore ad cubitum: quatuor enim cubitis vlna cōſtat, ſtaturaque hominis. Præterea Iudic. 3. ver. 16. *Gomed* dicitur cubitus, quo loco de gladii Ahod longitudine agitur, quem ad occidendum Eglonem regem comparauit. Noſter longitudine palmæ manus dixit. ſeptuaginta pro Gomed Σπιθαμῆς dixerunt, nempe palmum maiorē ſeu digitos duodecim, intelligētes. Addunt duplicē cubitū Hebræis fuiſſe, legalē maiorem, nempe ſex palmorū, digitorum viginti quatuor. Præterea cubitum cōmunem palmorū quinque, digitorum viginti, quales fuiſſe lecti Og regis Baſan longi cubitos nouem, lati cubitos quatuor. quoniā additur eos cubitos fuiſſe ad menſuram cubiti virilis manus Deuter. 3. ver. 11. nempe cubiti communis, quanta eſt longitudo à cubito ad extremos digitos, quinque cuiuſque palmorum, digitorum viginti non amplius.

plius. Porrò ex hac diſtinctione quidam explicant Ezech. locum cap. 40. ver. 5. nam vbi nos legimus, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & palmo, Hebraicè legitur ad verbum, & in manu viri calamus ſex cubitorum in cubito & palmo. Quo indicatur non palmum vnum ſex cubitis adiectum ſed quemuis è ſex cubitis cubito & palmo conſtare, nimirum vt ſignificaret cubitos ſex calami non communes & vulgares eſſe digitorum viginti, ſed legales ſiue ſanctuarij digitorum viginti quatuor, quantus eſt ſeſquipes Hebraicus. Alioqui cum hæ menſuræ cum Romanis eius generis proportione ſeſquitertia comparentur, cubitus Hebraicus maior, quantum duo pedes Romani, ſeu digitos 32. continet nihilominus.

Calamus Kaneh.

COntinet calamus Hebraicus cubitos ſex legales, digitos Hebraicos ſeu pollices 144. Quod ſi editionem noſtram ſequimur, palmus ſeu digiti quatuor ei numero adijciantur, propterea quod calamum quem vidit Ezech. in manu viri c. 40. ver. 5. fuiſſe ait ſex cubitorum & palmi. Qui certe palmus non digitorum duodecim fuit, vt quidam putauit, ſed quatuor, cum Hebraicè vox *Tophach* ſit non *Zereth*: & ſeptuaginta Παλαιστῆς reddiderunt, qui eſt palmus digitorum quatuor. Verum quod de cubito diximus duplicem fuiſſe, idem in calamo accipiendum cogitabam, calamū legalem ſex cubitorū legalium fuiſſe, calamū vulgarē totidem quidem, ſed minorū cubitorum & vulgarium.

Paſſus

Paſſus, iugerum milliare.

PASSVS Hebraicè *Zaghad* vocatur. 2. reg. 6. ver. 13. ſed quæ ea menſura ſit & quanta, non explicatur. Græcis paſſus ſex pedum eſt, quinq; Latinis. Ex iis gentibus quantus Hebræis paſſus eſſet, coniicere facilius eſt quam certa ratione pronunciare. Eſt & iugerum Hebraicè *Zemed* 1. Regum. 14. ver. 14. Quin & *Berath*, pro milliari legitur. Gen. 35. ver. 16. & 2. reg. 15. ver. 19. conſtans, vt Hebræi ſentiunt, mille cubitis atq; adeò Latino milliari multo minus.

Aliæ menſuræ Hebraicæ.

HACTENVS eæ menſuræ ſunt explicatæ, quæ in diuinis libris repetiuntur. in libris Rabbinorũ multæ aliæ menſuræ occurrunt. *Zith* digitus minimus. *Cith* longitudo palmæ à carpo ſeu iunctura ad digitorũ radicem paulo amplius quã digiti. 4. *Salil* calamus. *Kumah* ſtatura hominis. *Rus* menſura ſeptuaginta calamorum eſt, cubitorum. 420. ſi ſequimur calamum ſex non amplius cubitos continere. *Parſah* milliare magnum eſt; conſtans quatuor minoribus milliaribus, vti Elias in Thiſbi auctor eſt. Maiores ſupereſt menſuras in hoc genere cum minoribus comparare, non omnes tamen ſed præcipuas, quæ in ſacris libris extant, & quarum longitudo cognita erat.

Milliare cõtinet calamos. 166. $\frac{1}{3}$. cõtinet 1000. pedes Hebraicos. 1500. palmos maiores 2000. palmos minores. 6000. digitos ſeu pollices. 24000.

Calamus continet cubitos. 6. pedes. 9. palmos

maiores duodecim, palmos minores. 36. digitos. 244.

Cubitus pedes. 1. $\frac{1}{2}$ palmos maiores. 2. palmos minores. 6. digitos. 24.

Pes palmos maiores. 1. $\frac{1}{4}$ palmos minores. 4. digitos. 16.

Palmus maior minores palmos tres, digitos duodecim.

Palmus maior digitos quatuor. Digitus menſura minima eſt: tametſi quantum ſex grana hordei continere, ſuperius dictum eſt.

Græcæ internallorum menſuræ.

Cap. XIX.

De Græcis interuallorum menſuris pauca quędã dicenda ſunt ex Herodoto in Euterpe, ex Polluce, Heſychio & Suida collecta magis, quã longo ſermone explicata, aut veterum teſtimoniis ſigillatim confirmata. Ergo à minorib. ſi inchoemus, Dactylus, i. digitus primũ occurrit. Paleſte παλαιςὴ eſt palm⁹ minor digiti quatuor, cubiti pars ſexta, vt Hieron. affert ad Ezech. capit. 40. vbi & illud addit ad obſeruationem inſigne, à quibuſdam diſtinctionis cauſa hũc palmũ abſolutè, maiorẽ de quo diximus, dicemuſq; rurſus, vocari palmã. ſic Iud. 3. ver. 16. vbi pro Hebraico Gomed Septuaginta poſuerunt Σπιθαμὴν, nẽpe palmum maiorẽ, Latinus interpres longitudinem palmę eorũ auctoritatẽ ſecutus dixit. Leonar. Aretinus

ſinus hoc ſecutus. 5. Poli. cap. 3. pro Σῶμα δυοῖν σπιθαμαῖν Latinè vertit, corpus duarũ palmarũ. quod feciſſe etiam obſeruo lib. 7. cap. 4. credo & Gazam locis nõ paucis. Porrò palmus minor Græ. è etiam Dochme, Dactylo dochme, Doronq; vocatur, vti Pollux ait lib. 2. ne nominũ multitudo fallat. Plin. lib. 35. c. 14. genera eorũ (laterũ) tria. Didoron, quo vtimur, lõgum pedelatum ſemipede (ſic legito) alterum tetradoron, tertium pentadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabãt: & ideo dora munera, quia manu darentur.

Lichas digiti decem, longitudo inter pollicem & indicem extenſos, quod vulgò xeme dicitur.

Orthodoron Ορθόδωρον digiti vndecim, lõgitudo palmæ hominis à carpo ſeu iunctura ad ſummum digitum medium Pollux lib. 2.

Spithame Σπιθαμή maior palmus digiti. 12. quã vocẽ Septuaginta ſubſtituunt fere pro *Zereth* Hebraico, certè Ezech. 43. ver. 13. vbi nos legimus, & definitio eius vſq; ad labium eius in circuitu palmus vnus: Græcè Σπιθαμὴ vti & locis alijs obſeruamus. Philander in li. 3. Vitru. cap. 1. affirmat pro σπιθαμή Plinium vertiſſe palmum lib. 21. cap. 7. & Græcos alterum pro altero vſurpare παλαιςὴν pro Σπιθαμή, & econtrario, pari libertate.

Pes palmorum quatuor eſt, digitorum. 16. maior pede Romano ſemuncia, minor Hebraico quadrante circiter.

Pygme digiti octodecim, nempe à curuatura brachij ad digitorũ radices: aut potius cubiti menſura, digitis tamẽ cõtractis. Eſt & Pygon digitorũ viginti cubitus, Pygme maior, neq; iuſtus tamen, longitudo à curuatura ad digitos complicatos,

neque contractos tamen prorſus, ſeu ad mediam iuncturam digiti medii. & vocari poteſt Palmipes, nempe ex pede & palmo.

Cubitus Πῆχυς, qui eſt cubitus integer à curuatura vſque ad ſummos digitos, nempe ſeſquipedis longitudo, digiti. 24. Nam quod Suidas affirmat, Πῆχυν cubitum duorum pedum eſſe, pedem digitorum ſedecim, in eo quid ſit ſecutus ignoro: niſi fortaſſis ad Hebraicum, aut Hebraico parem alicuius gentis cubitum reſpexit.

Orgyia ſeu paſſus, pedes ſex, cubiti 4. Alii vlnā interpretantur, quantum vtraque extenditur manus, Seruius Ecloga. 3. Quæ ὠλένη etiam Græcis dicitur: tametſi Pollux ὠλένην cubitum eſſe vult: nimirum πῆχυν: ne variæ opiniones conturbent.

Plethron Πλέθρον ſexta eſt ſtadii pars pedes cōtinens centum. Suidas, Plethron, inquit, ſtadii ſexta pars, quod eſt cubitorum. 68. totum enim ſtadium quadringentos, aut omni ex parte habens pedes triginta octo. Quod poſtremo dictum non ſatis intelligo.

Stadium Orgyias ſeu paſſus centum habet, cubitos quadringentos, pedes ſexcētos. Herodotus in Euterpe nō multò ante finem. Centum autem iuſti paſſus ſtadium vnum ſexplethrorum. Paſſus inquam menſuræ ſex pedum ſiue quatuor cubitorum. Pedes autem quatuor palmorum, cubiti verò ſex palmorum.

Diaulus ſtadia duo.

Hippicon ſtadia quatuor. Plutarch. in Solone ἱππικὸν διάστημα τεσσάρων ἦν σταδίων.

Milliare ſtadia octo continet, Græcè Μίλιον dicitur: tametſi Gręca menſura non eſt, ſed à Romanis

nis cum aliis immutato imperio ſumpta. continet pedes quidem Græcos. 5400. Romanos autem ſex millia.

Dolichos Δόλιχος ſtadia duodecim. ſeſquimilliare. Suidas Dolichos, ait, eſt ſtadia viginti quatuor. quod ſi verum eſt, neq; numerus eſt vitiatus, tria milliaria Dolichos efficiet.

Eſt etiam apud Herodotum in Euterpe Paraſanga triginta ſtadiorum, & ſchœnos χοῖνος, id eſt, funiculus continens ſtadia ſexaginta, eius verba ſunt. Etenim qui modicum terræ poſſident, metiuntur illam paſſib. qui minus inopes terræ ſunt, metiuntur ſtadiis; qui multũ poſſident paraſangis: qui plurimũ ſchœnis. Conſtant aũt paraſangæ tricenis, ſchœni ſexagenis ſtadiis. Hæc Herodotus de Ægypto loquens. Plin. lib. 12. cap. 14. Schœnus, ait, patet Eratoſtenis ratione ſtadia quadraginta, hoc eſt, paſſus quinq; millia. Aliqui triginta duo ſtadia ſingulis ſchœnis dedere. Qua ratione mirificè cum Leuca Hiſpanienſi conuenit. Xenophon lib. 5. de Cyri expedi. ſexcentas & viginti paraſangas cõtinere ait ſtadia decẽ & octo millia & viginti. Qua ratione paraſanga cõtinebit ſtadia fere viginti nouem, vti ſubducta ratione patet. Aut fortaſſis, viginti, vtroq; loco poſitũ redundat. Nã ſexcentæ paraſangæ efficiẽt ſtadia 18000. ſingulæ paraſangæ ſtadia triginta. Nodus ſimilis poſtremis totius operis verbis occurrit. ait. n. paraſangas mille centũ quinquaginta efficere ſtadia triginta quatuor millia ducẽta quinquaginta quinq;. Quod ſi dixiſſet ſtadia 34500. melius ſumma cõſtaret, nam ſingulæ paraſangæ triginta omnino ſtadia continerent. Ita ſuſpicabar corruptum numerum in co-

dice, aut ſi mauis Xenophontem ipſum in ſubducenda ſtadiorũ ratione eſſe prolapſum. Quid mirum? Maiores nunc menſuras cum minoribus comparabimus.

Schœnus continet paraſangas. 2. dolichos 5. milliaria. 7. $\frac{1}{2}$. hippica. 15. diaulos. 30. ſtadia. 60. plethra. 360. orgyias. 6000. cubitos 24000. pedes. 36000. palmos. 48000. paleſtes ſeu palmos minores. 144000. digitos. 576000.

Paraſãga dolichos. 2. $\frac{1}{2}$. milliaria tria. $\frac{3}{4}$. hippica. 7. $\frac{1}{2}$. diaulos. 15. ſtadia. 30. plethra. 180. orgyas. 3000. cubitos. 12000. pedes. 18000. ſpithamas. 24000. paleſtas. 72000. digitos 288000.

Dolichos milliare. 1. $\frac{1}{2}$. hippica. 3. diaulos 6. ſtadia. 12. plethra. 72. orgyias. 1200. cubitos 480. pedes. 7200. ſpithamas. 9600. paleſtas. 28800. digitos. 115200.

Milliare hippica. 2. diaulos. 4. ſtadia. 8. plethra. 48. paſſus. 1000. cubitos. 4000. pedes 6000. ſpithamas. 8000. paleſtas. 24000. digitos. 96000.

Hippicon diaulos. 2. ſtadia quatuor. plethra. 24. paſſus. 400. cubitos. 1600. pedes 2400. ſpithamas. 3200. paleſtas. 9600. digitos. 38400.

Diaulus ſtadia. 2. plethra. 12. paſſus. 200. cubitos. 800. pedes. 1200. ſpithamas. 1600. paleſtas. 4800. digitos. 19200.

Stadium plethra. 6. paſſus. 100. cubitos 400. pedes. 600. Spithamas. 800. paleſtas 2400. digitos. 9600.

Plethron paſſus. 16. $\frac{2}{3}$. cubitos. 66. $\frac{2}{3}$. pedes centum, ſpithamas. 133. $\frac{1}{3}$. paleſtas. 400. digitos. 1600.

Orgyia.

Orgyia, hoc eſt, paſſus ſeu vlna cubitos. 4. pedes ſex, ſpithamas octo. paleſtas. 24. digitos nonaginta ſex.

Cubitus pedem vnum ½. ſpithamas. 2. paleſtas. 6. digitos. 24.

Pes ſpithamas. 1. ⅓. paleſtas quatuor, digitos ſedecim.

Spithama paleſtas. 3. digitos duodecim.

Paleſtes digitos. 4. Orthodoron eſt intermiſſum, quoniam cum alijs menſuris vix poteſt comparari, continens digitos. 11. Sic pygme, lychas & pygon comparata ſimili de cauſa nō ſunt; & quoniam minus nobiles menſuræ, ſimul ad prolixitatem vitandam.

Romanæ interuallorum menſuræ.

CAP. XX.

MENSVRÆ Romanæ interuallorum fere reſpōdent Græcis: ſed & ex ꝓpria diſputatione explicādæ ſunt, ac ad pedē fere reuocādę. Rectè n. Columell. li. 5. cap. 1. modꝰ, inquit, omnis areæ ped ili mēſura cōprehenditur, qui digitorū eſt ſedecim. pes multiplicatꝰ in actus & paſſus, & climata & iugera & ſtadia, cēturiaſque, mox etiā in maiora ſpatia ꝓcedit. Quod de areis dictū ad lōgitudines poteſt traduci, omnes longitudinū menſuras ad pedem reuocari, hoc tantùm diſcrimine, quod in his pede ſimplici, in illis pede quadrato vtimur. Verum cùm de pede Romano

inter auctores non conueniat, in cęteris menſuris, quæ ab illo pendent, aut ad illum referũtur, ſimili ratione diſcrepent neceſſe eſt: & nos ſuperius quis è tribus qui circumferũtur pro Romanis pedibus, verus ac legitimus eſſet, ſi non certa probabili ſaltem ratione conſtituimus.

Eſt ergo minima menſura inter Romanas digitus pedis pars ſextadecima. Sed digitus rotundus eſt atq; quadratus in hoc differentes: quòd rotundus minor tribus quattisdecimis ſuis quadrato digito eſt. Succedit Pollex vncia pedis, hoc eſt, pars duodecima. Vnciales litteræ apud Hieron. ꝓlogo in Iob, erãt pollicis magnitudine, ſicut beſſales litteræ vocãtur, quæ duas tertias pedis longitudine æquãt. Quatuor digiti palmũ faciunt, duodecim palmũ maiorẽ quantum vterq; digitus pollex & minimus quã maximè extenduntur. Hunc palmum ſæpe Plinius dodrantem nimirum pedis vncias nouẽ vocat. lib. 7. cap. 3. Pygmæos ait ternas ſpithamas lõgitudine habuiſſe, hoc eſt, ternos dodrantes: aliquãdo, vti ex Philãdro adduximus, palmum. Quã vocẽ alij negant in ea ſignificatione à Latinis auctorib. vſurpari. Sed ex quatuor tamen palmis minorib. digitis ſedecim pes cõſtat. Sed eſt pes ſimplex & pes quadratus, quo metimur areas, aut potius vt Iuli. Frontinus de menſuris: Pes triplex eſt, porrectus ſemipedes duo, nimirum ipſa longitudo pedis. contractus nimirum ſemipes quadratus, in cuius ambitu ſunt ſemipedes quatuor. Porrò pes quadratus, in cuius ambitu octo ſemipedes ſunt, nihilominus. Cubitus ſeſquipes, palmorũ ſex, digitorũ viginti quatuor. Rectè Vitruuius libr. 3. cap. 1. cubitumque, inquit, animad-

animaduerterunt ex ſex palmis conſtare, digitis, viginti quatuor. Eſt & cubitus regius Græcis tamen, trium amplius digitorum, ex Herodoto lib. 1. & cubitus Ægyptius ſeu geometricus communium cubitorum ſex. Aug. lib. 15. de ciuit. cap. vltim. tales cubitos fuiſſe ait arcæ quam Noe extruxit, Orig. etiam auctoritate. Alioqui genera animantium omnia quî poſſet capere?

Greſſus duorum pedum & ſemiſſis. Paſſus à paſſibus, ſiue diductis pedibus, quinque pedes habet, vti Columella ait libr. 5. cap. *1.* maiorique longitudine eſt vlna vno pede ex Vitruuio lib. *3.* cap. 1. nimirum quantum vtraque extenditur manus, vti Seruius ait Ecloga 3. Suetonius tamen vlnam vnum cubitum eſſe tantummodo vult: in quo de vlna Græca auctores etiam diſcrepare diximus. Pertica, ſeu decempeda pedum decem, vti nomen declarat.

Stadium paſſus continet, 125. pedes, *625.* quæ ſunt Plin. verba lib. 2. c. *23.* Quod cum ſtadium Græcum paſſus, 100. pedes, 600. efficiat præcisè, ex eo colligitur primo paſſum Græcum ſex pedum eſſe, deinde pedem Græcum Romano maiorem ſemuncia eſſe, hoc eſt, parte *24.* nam ſexcentæ ſemunciæ efficiunt pedes viginti quinque, quibus numerus pedum ſtadij Romani Græcum numerum ſuperat, cum longitudo vtriuſque ſtadij ſit eadem.

Milliarium ſeu milliare ex octo ſtadijs, paſſibus mille conſtat, pedibus, 5000. Atq; hæc milliaria lapides à Romanis vocantur: vt cum dicimus ad tertium ab vrbe lapidem proceſſiſſe: quoniam columnis lapideis milliaria diſtinguere conſueue-

rant, inſtituto, quòd primus Caius Gracchus excogitauit: vti ex Plutarcho in eius vita colligitur.

Actus minimus latitudine pedes quatuor longitudine pedes. 120. complectitur. Clima quoquo verſus pedum eſt. 60. Porca apud Colum. longitudine habet pedes. 120. latitudine. 30. Ex 4. porcis conſtans actus quadratus vndiq; finitur pedibus 120. Hoc duplicatum facit iugerum, & ab eo quod erat iunctum nomen iugeri vſurpauit, quæ ſunt ipſa verba Colum. lib. 5. c. 1. Sic iugerum pedes, 240. longum, latum pedes centum viginti, pedes quadratos continebit viginti octo millia octingentos. Qui addit libr. 2. c. 9. iugerum agri pinguis plerumque modios tritici quatuor, mediocris quinque poſtulare (memento quatuor modios efficere celemines octo medimni beſſē.) Idem proximo. c. iugerum agri non amplius quatuor ſextarijs naporum ſeminis ait ſerendum eſſe. Vnde facile conijcere licet, quanta iugeri menſura eſſet. Plinius libr. 18. cap. 3. Iugerum, ait, vocabatur, quod vno iugo boum in die exarari poſſit. Errant ergo qui iugerum quoquo verſus ducentos & quadraginta pedes patere volunt. Sic enim non geminum actum contineret, ſed quadruplicatum, pedes quadratos. 57600.

Centuria continet centum iugera: quæ poſtmodum duplicata nomen tamen centuriæ retinuit, vti Varro ait de re ruſtica libro 1. capite duodecimo. ſic centuria ſimplex pedes quadratos continebit. 11520000. hoc eſt, ſi Latinè dicas, centies quindecies centena viginti millia. Saltus continet quatuor centurias coniunctas, nimirum

mirum ſimplices, vt ſint in vtramque partem binæ centuriæ, vt idem Varro loco citato ait. Neque plura de Romanis menſuris interuallorum. tantum quod ſupereſt, & vt inſtituimus maiores cum minoribus comparabimus. Sed hæ menſuræ duplices ſint, aliæ quibus longitudinem & latitudinem menſuramus, hoc eſt, ſuperficiem, vt iugerum, clima. Aliæ quibus longitudinem tantùm, id eſt, lineam. quemadmodum linea & ſuperficies diuerſi generis ſunt, ita vtræq; menſuræ comparari non poſſunt, ſed alterutræ cum ijs quæ ſui generis ſunt. Primum ergo menſuræ latitudinum & longitudinum hoc modo poſſunt & debent comparari.

Saltus continet centurias. *4*. iugera. *400*. actus quadratos. 800. climata. *3200*. actus minimos. *96*000. pedes quadratos. 46080000.

Centuria iugera. 100. actus quadratos. *200*. climata. 800. actus minimos. *24*000. pedes quadratos. *1152*0000.

Iugerum actus quadratos. *2*. climata. 8. actus minimos. *6*0. pedes quadratos. 28800.

Actus quadratus climata. 4. actus minimos. *3*0. pedes quadratos. 1*4*400.

Clima actus minimos. 7. $\frac{1}{2}$. pedes quadratos. *3600*.

Actus minimus pedes 480.

Rurſus ab alio principio inter menſuras longitudinis tantum hoc modo eſt producendum.

Milliare cōtinet ſtadia. 8. paſſus. 1000. cubitos 3334. $\frac{1}{3}$. pedes 5000. dodrātes. *6668*. $\frac{2}{3}$. palm. 20000 pollices. *6*0000. digitos. 80000. Stadium paſſus. *125*. cu-

125.cubitos,416 $\frac{2}{3}$ pedes,625.dodrantes,833 $\frac{1}{3}$.palmos, 2500.digitos 10000.

Paſſus cubitos, 3. $\frac{1}{6}$ pedes, 5. dodrantes, 6. $\frac{2}{3}$ palmos 20.digitos 80.

Cubitus pedes, 1. $\frac{1}{2}$ dodrantes, 2.palmos, 6.digitos 24.

Pes dodrantes 1. $\frac{1}{4}$ palmos 4.digitos 16.

Dodrans palmos, 3. digitos, 12. Palmus digitos, 4.

Toletanæ interuallorum menſuræ.

Capvt XXI.

Mensvræ interuallorum vulgo vſitatæ inter nos, ſiue in mercimonijs, ſiue dimetiendis agris aut areis, ſiue in reliquo vitæ vſu, omnes ferè ad virgam mercatorum (genus id menſuræ eſt Hiſpanis notæ) ſiue vlnam reuocātur: atque ex illa peti debet, quantæ ſint menſuræ aliæ. Sed vt quo cœpimus ordine progrediamur, à minoribus ad maiores, digiti magnitudo explicabitur primum.

Minima menſura noſtris digitus eſt, vti omnibus alijs: de quo verius quam de Romano digito dici puto, tantum ſpatium continere quantum quatuor hordei grana: minor enim Romano digito eſt duodecima circiter Toletani parte. Hebraicuſque digitus maior Toletano eſt proportione amplius ſeſquitertia. Quod ex ijs, quæ dicentur de pede, melius intelligetur. Neque enim aliter digitus

gitus cum digito, quam cum pede pes comparatur.

Pollex à noſtris pulgada dicitur, pediſque pars duodecima eſt.

Sunt quatuor digiti quantum manus ſecundum latitudinem extenditur palmus latinis, vt dictum, minor tamen illo, vti de digito dictum eſt.

Si quatuor digitis imponas & protendas pollicem noua menſura exiſtet digitorum ſex. Cotus vulgo dictus, neque vlli veterum reſpondens, octaua tantum eſt virgæ noſtræ, ſemis maioris palmi.

Sequitur menſura alia digitorum octo, quantum pollex indexque extenduntur, ſexta virgæ ſeu vlnæ pars, pedis Toletani ſemis: vnde & xeme vulgo dicitur à ſemis, ſic ipſe cogitabam. aut fortaſſi à cheme dicitur menſura Græca, quæ ſicut pars quinta eſt Cyathi, ita noſtrum Xeme virgæ quinta fit: iuxta quam rationem non octo, ſed decem fere digitorum erit, vti lychas Græcorum.

Palmus digitorum eſt duodecim quemadmodum alijs nationibus, virgæ noſtræ quarta.

Pes legalis Toletanis tertia pars virgæ præciſe eſt; minor Romano vncia vna. Continet autem digitos ſedecim. ſic pes Hebraicus Toletanū continebit, & amplius trientem, Græcus Toletanum continebit, & octauam ferme Toletani.

Cubitus ſeſquipes eſt, hoc eſt, virgæ ſeu vlnæ Toletanæ ſemis, digitorum quatuor & viginti. Virga ſeu vlna trium pedum menſura eſt, palmorum noſtrorum. 4. digitorum. 48. aliarum menſurarum fons, ad quem examinari debent.

Paſſus pedes quinque, raroque ea menſura vtimur.

mur. Status pedum ſex, quanta hominis ſtatura exiſtit.

Canna ab Italis accepta palmorum. 10. Reſtis palmorum maiorum. *33.* octingētæ reſtes leucam faciunt. Porrò reductis palmis ad pedes, reſtes 800. continent pedes. *19800.* nimirū *4000.* paſſus fere. Sed leuca duplex eſt legalis quinq; millium virgarum nempe continens paſſus. 3000. pedes 15000. Leuca communis & vſitata vnius menſuræ non eſt, ſed variæ, pro regionum varietate. Conſentiunt tamen auctores, quatuor fere Italica millia efficere. Illefonſus de viris illuſtrib. in Aſturio Complutum Toleto diſtare ait ferme ſexaginta paſſuum millibus: & ſanè quindecim hodiè leucæ recta numerantur.

Sunt & agrorum menſoribus propriæ menſuræ. Stadalis ab Italico Staiolo manauit. Sed ſtaiolus Romæ quinque palmorum & dodrantis eſt, nimirum digitos continens. *69.* Stadalis vndecim pedum eſt Toletanis nihilo minus. Faneca terræ ſic dicta, quòd faneca frumenti ſeratur, ſi hordei ſtadales quadratos continet quadringentos, ſi tritici ſexcentos. media ſtadales continet quingentos.

Aranciata, qua menſura vineas metiri ſolemus, apud quoſdam numero vitium definitur, Toletanis ſtadales continet quadringentos: reſpondetque Aranciata fanecæ, ſiue Latino iugero, maior illo tamen: nam Aranciata fanecaque hordei vndiq; finitur pedibus. *220.* ſtadalib. viginti, continens pedes quadratos 48400. Sed pedem Toletanum memento minorem eſſe Romano. Itaq; continebit faneca noſtra circiter iugerum & ſemiſ-

ſemiſſem. Et inuenio tamen in agri Toletani faneca, ſi irriguus ſit, quinque naporum ſeminis ſextarios noſtros ſeri, nempe quatuor Romanos. Quod tantundem in iugero ſereretur, id bonitati agri Italici tribuebam. Nam quo pinguior gleba eſt, plus ſeminis eius capit vſque adeo, vt in tenui ſolo, neque irriguo, dimidium tantum eius menſura ſeminis ſeratur. Contra in Murciani agri ſaneca inuenio ſeri ſeptem noſtros ſextarios eius ſeminis cum dimidio, certe ſex Romanos ſextarios. Quæ obſeruatio cum Plinij ratione mirificè conuenit. libr. 18. cap. 13. & cum Columella dicente in iugero ſeri naporum ſeminis ſextarios quatuor.

Poſtremo loco Iugada eſt, continens quinquaginta ſanecas terræ: reſpondetque centuriæ ſimplici Latinorum, quamuis minor illa. ac fere quãtum agri par boum colit vno anno. nec plura de his menſuris Toletanis. maiores tantum menſuras cum minoribus comparabimus.

Leuca continet Cannas. *2833.* $\frac{1}{3}$. ſtatus. 11*66*. $\frac{2}{5}$. paſſus. 5000. virgas. 8333. $\frac{1}{3}$. cubitos. *16666*. $\frac{2}{3}$. pedes *2*5000. palmos. 38333. $\frac{1}{3}$. xemes. *5*7500. cotos *73333*. $\frac{1}{3}$. pollices. 3*1*0000. digitos, 460000.

Canna ſtatus. 1. $\frac{1}{4}$. paſſus. 1. $\frac{3}{4}$ virgas duas. $\frac{1}{2}$. cubitos quinque, pedes. 7. $\frac{1}{2}$. palmos decem, xemes quindecim, cotos. *2*0. pollices. 90. digitos. *1*20.

Status paſſus. *1*, $\frac{1}{5}$. virgas. 2. cubitos. 4. pedes. *6*. palmos. 8. xemes. *12*. cotos 16. pollices 72. digitos. *96*.

Paſſus

Paſſus virgas. 1. $\frac{2}{3}$. cubitos. 3. $\frac{1}{3}$. pedes quinque, palmos. 6. $\frac{2}{3}$. xemes decem, cotos. 13. $\frac{1}{3}$. pollices. 60. digitos. 80.

Virga cubitos. 2. pedes. 3. palmos. 4. xemes 6. cotos. 8. pollices. 36. digitos. 48.

Cubitus pedes. 1. $\frac{1}{2}$. palmos. 2. xemes. 3. cotos. 4. pollices. 16. digitos. 24.

Pes palmos. 1. $\frac{1}{3}$. xemes. 2. cotos. 2. $\frac{2}{3}$. pollices. 12. digitos. 16.

Palmus xemes. 1. $\frac{1}{2}$. cotos. 2. pollices. 9. digitos. 12.

Xeme cotos. 1. $\frac{1}{3}$. pollices. 6. digitos. 8.

Cotus pollices quatuor, $\frac{1}{2}$. digitos. 6.

Pollex digitos. 1. $\frac{1}{3}$.

Menſuræ agrorum. Iugada continet fanecas 50. Si hordei ſtadales. 20000. pedes quadratos 2420000. Si autem tritici ſtadales. 30000. pedes quadratos. 3226666.

Faneca terræ ſi hordei ſtadales. 400. pedes quadratos. 48400. ſi tritici ſtadales. 600. pedes quadratos. 72600.

Stadalis pedum eſt quidem. 11. ex omni parte: quare pedes quadratos cõtinebit. 121. Pes quadratus minima menſura dimetiendis agris.

De monetis noſtratibus.

CAP. XXII.

DE Monetis Hebraicis, Græcis, & Romanis, cum de ponderibus ageremus, quæ noſſe opus erat, dicta ſunt. De monetis noſtratibus paulo plura extremo opere adjicere viſum eſt, ac fere ex Antonio Nebriſſenſi in repeti-

repetitionib. & Did. Couar. diſputat. de numiſmat. quod ad rem præſentem ſpectat, ſumma capita delibanda ſunt. Quæ diſputatio impedita imprimis eſt propter temporum & numorum maximam varietatem in Hiſpania; vix vt explicari poſſit. tentandum eſt tamen, ne hac parte vniuerſa diſputatio defecta videatur. Ac primum moneta Vellonis Hiſpanis vulgò dicitur, quæ ex ære ſignatur. Sed & cui quatuor ex quinque partib. aut ex ſex partibus quinque erant admixtæ partes æris, eodem nomine cenſebatur: quales Targiæ erant, parentum ætate quatuor quadrantum valore (marauedinos hoc opere quadrantes vocamus) quædam nouem, aliæ viginti quadrantibus æſtimabantur: quibus antiquatis in earum locum ſucceſſere Quartilli, quos Latinè ſeſtertios dixeris, valore tamen quadrantum 8. $\frac{1}{2}$. quæ quarta pars argentei eſt. In eo genere marauedini ſunt: tametſi primis temporibus Regum Legionis, ſed & Gotthorum tempore ex auro ſignabantur, Caſtellani, de quo mox dicemus, valore & pondere. Quare in legibus Partitarum, & in Foro Iudicum ſæpe obſeruamus pro ſolido in legibus Iuſtiniani poſito, ſubſtitui marauedinum aureum. (Solidus Iuſtiniani tempore, quo pōdere eſſet, ſuperius eſt dictum.) ſic monetæ aureæ Gotthorum, quę paſſim reperiuntur ex auro non probo pondere ſcripuli & granorum aliquot, Tremiſſes (eius vocis vſus etiam eſt in Gotthorum legibus) eorum marauedinorum erant, hoc eſt, tertiam partem continentes. Fuere etiam in vſu marauedini argentei: quod nomen Blancæ, id eſt, candidæ declarat,

h quo

quo hoc etiam tempore, quamuis adulterato eo genere atque æreo facto, marauedini ſemiſſem vocamus. Cuius valor pro varietate temporum, & vt plus aut minus æris miſcebatur, varius extitit. Tempore Alfonſi decimi, vt patet ex legibus ſtyli ab eo Rege promulgatis, fuit marauedinus, qui valebat quantum marauedini hodierni ſexaginta aut triginta ſex, vt ſentiunt alij. tametſi hunc marauedinum aureum vocant, fortaſſis quoniam pars exigua aliqua auri miſcebatur: ego ex argento plurima ex parte ſignatos puto, quod valor indicat. Erant marauedini Boni dicti, valentes ſinguli quantum decem è noſtris, aut quantum ſex, vt alij iudicant. Qua æſtimatione Alfonſi cognomento Sapientis tempore marauedinus cudebatur, vt conſtat ex lege ſtyli.114. ſex eius temporis æquaſſe vnum è prioribus pondere, de quo.l.1.tit.5.lib.7.fori. Quem etiam à quibuſdam video aureum marauedinum vocari. Sed & marauedinus Vetus in Regum legibus paſſim extat recentioris temporis, valens noſtrum & ſemiſſem. Atque hoc triplici valore marauedini in paulò antiquioribus legibus & Regum diplomatis æſtimantur à iudicibus litibus æſtimandis, atque in mulctarum modo. Et ſi merauedinus auri, quem diximus ſexaginta è noſtris valere, video triginta ſex tantùm in litibus æſtimari. Nam & ſi valor multis alijs modis variauit, litibus tamen finiendis ratio aliqua & æſtimatio excogitanda fuit minor quantumuis vera & antiqua: quod in legibus etiam Imperatorum factum obſeruamus. Non ignoramus tamen ex hiſtorijs Regum noſtrorum, Alfonſi vndecimi regno octo

vncias

vncias argenti æſtimatas marauedinis. 125. nimirum ſinguli ij marauedini quindecim è noſtris valore æquabant. Sed & Henrici ſecundi ætate argenteus nummus, quem regalem dicimus, tribus marauedinis pendebatur. Caſtellanus marauedinis triginta. Nimirum marauedino valor is circiter redierat, quem Alfonſi decimi ætate habuit. Rurſus cùm Ioannis primi temporibus octo vnciæ argenti ſeu Marcus valeret marauedinos. 250. fit vt marauedini valor eſſet octo fere noſtrorum marauedinorum. At Henrici tertij regno marauedino imminuto dimidia rurſus parte, Marcus argenti æſtimatus fuit marauedinis quingentis. & quod perinde eſt, aliquando Caſtellanus centum viginti marauedinis permutabatur. Enimuero marauedinus ad valorem noſtrorum marauedinorum quatuor erat redactus. Sub Ioanne ſecundo, argenti Marcus valore fuit marauedinorum. 1000. regnoque amplius Henrico quarto rege perturbato, ad marauedinos. 2000. atq; etiam. 2500. Marci valor peruenit. Qua tamen adulterandi licentia ex parte caſtigata Ferdinandi Catholici lege, quæ in hunc diem ſeruatur, argenti Marcus æſtimatur. 2278. quando argentei. 67. cuduntur ex vno Marco argenti valetes ſinguli marauedinos triginta quatuor. Præterea lege eiuſdem Regis ex Marco ſeu octo vncijs æris, quibus argentei vnius & ſemiſſis pondere argentum miſcebatur, marauedini cudebantur. 96. Noſtra ætate ex eodem æris pondere cuduntur marauedini cētum & decem, admixto argentei vnius pondere non amplius. ſed argenti Marco priſtinus valor manet mara-

uedinorum. 2278. Fuit autem omnibus marauedinis commune, præſertim marauedinis argenteis atque æreis, vt ſinguli diuiderētur in duas blancas, valerent ſex coronatos, decem denarios, ſexaginta meagias, argumento maioris valoris marauedini quam hodierni: imo vt contineret decem denarios, ex marauedino aureo relictum ſuſpicor. Hoc quidem tempore marauedinus non vnus nummus eſt, ſed duæ blancæ id nomen habent. Deinde marauedini bonitate ſenſim imminuta, tantaque argenti atque auri copia anniuerſarijs nauigationibus adueċta, non modò monetæ inferiores, ſed & ipſi marauedini ferme euanuerunt ac iam cuduntur monetæ maiores ferme tantum duplicato, aut quadruplicato marauedinorum valore & pondere. Quemadmodum aliæ monetæ æreæ euanuerunt alijs temporibus vſitatæ. nimirum Cruciati duorum coronatorum valore, Blancus valens quantum noſter marauedinus, decem denarios, deinde imminuto valore ad ſex denarios. Agnus Dei valuit primum quantum noſter marauedinus, deinde ad coronatū eſt imminutus. Fuit & blancæ dimidium. quæ omnes monetæ antiquatæ ſunt. Et quidem tantæ varietatis cauſam inueniebam inopiam ærarij extitiſſe. nam ea ſupplenda Reges ſæpe pondus & bonitatem monetæ minuerunt valore antiquo retento. quod iniquum eſt, neque niſi aſperrimis reipub. temporibus vſurpandum: præſertim cum cōmercia impediantur moneta adulterata, neque diuturna reſpiratio ſit ſed breuiſſima nouæ pecuniæ valore, cum pondere aut bonitate breui etiam imminuto. Quod omnibus temporibus, & apud

pud omnes gentes contigiſſe obſeruamus. Atque hæc de monetis æreis ſint dicta.

Argenteus qui regalis vulgò dicitur, pondere ferme drachmæ, à multo tempore immutatus nō eſt. nam licet aliquando tres marauedinos valeret, non eius valor, ſed marauedini valor & bonitas mutabatur. Nunc quidem lege à Ferdinando Rege Catholico lata anno. 1497. ex octo vnciis argenti nempe Marco, cui miſcetur duodecima pars æris, ſignantur argentei 67. Ducatus fortaſſis aliquādo ex auro fuit, nunc nummorum ſummam vulgò tantum ſignificat, vndecim argenteos atque marauedinum vnum, qui efficiunt marauedinos. 375. Ad aureas monetas veniamus. Et quidem de marauedinis aureis quid ſentiendum eſſet explicuimus. Sed præter illos recenti memoria ex auro cudebantur monetæ, quæ Caſtellani vulgò dicuntur ex octo vncijs auri, quinquaginta ſinguli pondere drachmæ atque oboli præcipua bonitate. Sed ijs hoc tempore conſumptis nomen retinetur & æſtimatio marauedinorum in ſingulos. 480. quod & duplis aureis antiquis accidit, quæ pares Caſtellanis erant pondere æſtimationeque, argumento quòd qui ad ſupremos iudices regni prouocant pecuniæ periculo depoſitæ apud ſequeſtrum, ſi mala cauſa fuerit, pro mille quingentis duplis, quæ mulcta lege eſt conſtituta, totidem Caſtellanos victi pendunt. Recentiori memoria lege Ferdinandi Regis Catholici ex octo vncijs auri cudebantur. 65. aurei ſinguli drachmę fere pondere excellenti bonitate. nam cum ſumma bonitas auri non vltra viginti quatuor characteres procedat, illi nummi ex auro erant chara-

cterum. 23. ½ vnde aurei excellentes dicti ſunt, ſinguli vndecim argenteorum circiter æſtimatione antiqua, marauedinorum. 375. Ex eo genere non pauci inueniuntur, præſertim duplo pondere, vnde & duplones vulgò dicuntur emunturque maioris, vti mercium genus. Sic fere in vſu communi aurei relicti ſunt, quos coronas vulgus vocat, lege Caroli quinti Imperatoris ſignati ex auri characterum. 22. vncijs octo, ſiue Marco ſexaginta octo nihilominus. quorum æſtimatio ſuperioribus annis in ſingulos erat marauedinorum. 350. Hoc tempore lege Philippi ſecundi Regis Hiſpani ante paucos annos lata, creuere ad marauedinos. 400. Atque propter magnam copiam auri non ſimplices cuduntur modo, ſed duplices, quadruplices, maiorique pondere. Cum his aureis & argenteis, atque marauedinis Hebraica, Græca, & Romana conferenda ſunt numiſmata, cum antiquis inanis labor eſſet & grauis.

De Marauedinis Hiſpanicis exactius.

Cap. XXIII.

QVæ ſuperiori capite ſunt expoſita ex aliorum pleraque ſententia dicta ſunt. nunc de marauedinis præſertim noſtratib. certiora ex ipſis legib. & hiſtorijs noſtrorum regum afferre conſtitui. Implicata & multiplex diſputatio: ſed bene erit opera collocata, ſi per nos veritas denſis tenebris impedita hactenus, lucem videbit: quod

non

non deſperamus. Ac primum in hoc genere marauedini aurei locum occupabunt Gotthorum tempore in frequenti vſu. Romani quidem Imperatores recentiori tempore aureos ſignarunt minores antiquis ex auri vncia ſex, ex beſſe ſeu marco octo & quadraginta noſtris Caſtellanis paulo maiores. Hos aureos ſolidos vocarunt. duodecim denarij ſingulorum valor. Quod ſi denarius Romanus quadraginta quadrantibus ſeu marauedinis æſtimatur, ſolidi valor ad 480. excreſcet quantum noſter Caſtellanus. Sic conſequenti tempore ſolidi quamuis ex argento percuſſi, ac tandem maiori ex parte facti ærei ſemper retinuerunt tamen vt duodecim æſtimentur denarijs & ipſis non iam argenteis ſed æreis. In Gallia certe atque inter Aragonios, vbi ſolidorum nomen manet, ſinguli ſolidi efficiunt denariolos duodecim. Ad hæc, ROMANVM imperium vigebat in HISPANIA, & cum eo, vt fit moneta, leges moreſque ROMANI, quo tempore in eam prouinciam GOTTHI ferro penetrarunt. Imperio tamen quamuis commutato mores victores & dederunt victis & ab illis acceperunt. Ac præſertim moneta Romana initio ſunt GOTTHI vſi: deinde ſtabilito nouo imperio nouam ipſi monetã excogitarunt percuſſeruntq;,quam marauedinos dixere. De vocis notatione laborare nõ eſt neceſſe: ſed ſinguli tamẽ marauedini valore erãt decẽ denariorũ,quadrãtũ quadringentorum, quanti hodie noſter aureus æſtimatur nempe marauedinis ſeu quadrantibus quadringentis. Ab eo principio retentum,

vt Marauedini quamuis argentei facti primum deinde æneì, æſtimentur tamen decem denariolis. Ea enim Marauedini lex eſt, vt duas blancas contineat, ſex coronatos, decẽ denarios, ſexaginta meagias. Eæ quidem monetæ minores ob vilitatem penitus euanuerunt: ſed cum vigebant tamen ad eum modum cum Marauedino comparabantur. Inter ſolidum Romanum & Marauedinum aureum Gotthorum, exiguum erat in valore diſcrimen. Ita pro ſolidis in mulctarũ modo poſitis in Romanis legib. in foro iudicum libro, vnde iura dabantur populis Gotthorum imperio, ſubſtitui pari numero Marauedinos aureos ſolenne eſt. Effodiuntur hodie multorum Gotthorum monetæ in Hiſpania ex auro non probo, nam experiẽtibus ferme dimidium decoquitur: quę monetæ ſemiſſes ſunt aut potius tremiſſes Marauedini Gotthici, tertiã appendentes marauedini, quod earum profecto valor arguit, vti paulo poſt indicabimus. Excepere tempora turbida, rerum omnium & monetæ ſæua permixtio, Maurorum armis domita Hiſpania contra noua Regum progenies extitit in ſalutẽ gentis omnib. malis oppreſſæ cœlo data. De moneta Maurorum non diſputamus. Sed Regum Legionis & Caſtellæ imperio Marauedini triplices extitere. Aurei qui boni etiã dicti ſunt, veteres, atque currentes ſiue vſuales. Ac de vſualibus primum dicendum eſt, eorum valor & bonitas explicãda: quoniam priorum generum cognitio, cum horum explicatione eſt implicata. Vſualium quidem marauedinorum valor non idem fuit ſed varius & cum temporibus alternans. Eam varietatem certe definire difficile eſt: coniectura

ſtura

ctura aſſequi nõ aliunde licet, quam ex ipſo marci argentei ſeu beſſis valore. Qua proportione marcus cuiuſque ætatis quoad æſtimationẽ cum noſtro comparatur, eadem prorſus Marauedini illi & noſtri comparentur neceſſe eſt. Valet autem hoc tempore marcus rudis quidem Marauedinos 2210. ſignatus autem atque in monetam redactus 2278. Porro de bonitate argenti laborare non conuenit: omni tempore eadem qua hodie probitate fuit plus minus, argumento calicum ac vero reliqui ſacrorum apparatus & inſtrumenta, quæ ab antiquo in templorum ærariis conſeruata videmus. Addo argenti marcum in ea valoris varietate ad Marauedinos quidem collati, ſemper retinuiſſe tamen vt quinque aureos valeret aut paulo amplius quos Duplas vulgo vocarunt duodecim argenteos valentes, non quatuordecim vt quidam ait. Valebat item marcus argenteos ſexaginta aut ſexaginta quinque. Quod ex legibus Ioannis primi Caſtellę Regis perſpicimus. Verum alio feſtinat diſputatio. Marci valor antiquiſſimus, quod quidem inueniatur, fuit Marauedinorum centum viginti quinque. Alfonſi certe vndecimi Regis ætate is fuit marci valor, vti hiſtoria de eius rebus teſtatur capite omnino nonageſimo octauo. Sic argenteus duobus tantũ Marauedinis erat, qui modo continet quatuor & triginta: eôque Marauedinus eius ætatis valuit quãtum decem & ſeptem è noſtris & paulo amplius: eratque haud dubium ex argento, quod valor ipſe declarat. Henrici ſecũdi regno argenteus numus tres Marauedinos valuit, vti eius hiſtoria refert anno quarto, capite ſecundo. Sic marcus ad

ducentos marauedinos excreuit, eorum qui tunc in vſu erant, valentes ſinguli quantum è noſtris vndecim. Henrico Ioannes filius ſucceſſit eo nomine primus. quo Rege marcus ad ducentos & quinquaginta marauedinos ſeu quadrantes excreuit, quando argenteus quatuor, aureus quinquaginta marauedinis expendebatur. Indicio lex eſt prima ab eo Burgis in regni conuentu lata anno MCCCLXXXVIII. Sic Marauedinus ea ætate nouem aut decem è noſtris valore exæquauit. Quod manifeſtius conuincit lex altera Viruesſce anno ſuperiori promulgata, conuicium in parentes ſexcentis marauedinis plecti mandans. Qui enim Ferdinandi & Iſabellæ Regum tempore eam legem retulerunt in opus quod dixere ordinamentum libro octauo titulo nono lege prima, illos ſexcentos marauedinos bonæ monetæ eſſe dixerunt, valereque ſex millia eius ætatis marauedinos nempe noſtræ: neque enim ab eo tempore, in marci ſeu marauedini valore facta eſt immutatio. Ad alios Reges progrediamur. Henrici tertij regno marcus ad quadringentos octoginta atq; adeo quingentos Marauedinos peruenit, vti in ſchedis antiquis inuenio. Ita argenteus octo marauedinos circiter valuit, marauedinus è noſtris quatuor aut quinque. Ioannis ſecundi regno, qui Henrici filius fuit, præſertim ſub vitæ finem marcus mille marauedinos valuit. Sic Marauedinus eius è noſtris duos & ſemiſſem. Miram varietatem, ſed quæ his ſe finibus non continuit: quando Henrici quarti regno inter alia mala multa & grauia, argenti marcus ad duo millia marauedi-

nos

nos peruenit deinde ad duo millia & quingentos. auctor Nebriſſenſis in repetitionibus. Marauedinus eius quantum noſter: neque enim ab eo tempore in marauedini valore magna aliqua immutatio facta eſt: quod Ferdinandi & Iſabellæ diligentiæ acceptum feramus neceſſe eſt, atque eorum qui illis in regno ſucceſſere. His conſtitutis ex legibus & chronicis, Regum priorum, marauedinos alios expendamus. Marauedinus quidem aureus ſex exæquabat ex ijs qui Alfonſi ſapientis ætate in vſu erant. Lex Styli CXIIII. id affirmat, examine ab eo Rege facto inuentum marauedinum aureum ſex eius ætatis appendiſſe. Non quod Alfonſi Regis marauedini eſſent aurei, vti ſuſpicantur quidam; ſed ex pondere marauedinorum vtriuſque generis, & proportione auri ad argentum, quæ fere duodecupla eſt, eum valorem deprehenſum. Accedit lex ALFONSI vndecimi in conuentu LEGIONENSI era MCCCLXXXVII. in qua affirmatum inuenio centum marauedinos bonæ monetæ nempe aureos, valere ſexcentos eius ætatis. Quo loco licet colligere duo ad memoriam præcipua, alterum à tempore ALFONSI Regis ſapientis, qui & decimus eo nomine fuit, vſque ad ALFONSVM vndecimum prioris pronepotem marci & marauedini valorem nihilo fuiſſe mutatum: quando vtroque REGE Marauedinus aureus ſex ex vſualibus æquauit. Alterum quando Marauedinus, qui in vſu tunc erat, valuit quantum è noſtris ſeptemdecim, aut paulo etiam amplius, vti ſuperius eſt dictum, fieri neceſſario falli,

qui Marauedinum aureum ſex& triginta aut ſexaginta è noſtris valere dixerunt: ac potius valere quantum argentei tres, centum amplius Marauedinos. Noua quidem ſententia, ſed firmis ſtabilita præſidiis. Ita ſuſpicabar Marauedinos aureos eius ætatis nō alios eſſe quam Gotthorum tremiſſes, quibus ij primi Caſtellæ Reges vterentur, neque nouos ipſi ſignarent. Nam & valor cōſentit trium argenteorum paulo amplius ab experientibus inuentus, & quoniam ex Gotthorum monetæ paſſim effodiuntur, Regum Caſtellæ ſigno & nomine percuſſi Marauedini aurei nulli prorſus inueniantur. Periiſſe omnes, vt ne veſtigium extet, quis credat? Hactenus de Marauedinis aureis. Veteres Marauedinos pleriqne ſtatuunt è noſtris vnum & ſemiſſem valere ſingulos. De quo legum noſtrarum qui maiori cognitione præſtant, certius pronunciabunt, & fortaſſis in mulctarum modo conſenſus Iureconſultorum obtinuit, vt pro Marauedino veteri, quoties in noſtris legibus occurrit, ſubſtituatur vnus è noſtris cum ſemiſſe: quemadmodum Marauedinus aureus in ijs legibus inuentus triginta ſex aut ſexaginta ex vſualibus taxatur vulgo. Quod ſi exacte loquamur Marauedini veteris non vnus valor fuit ſed varius prorſus & multiplex. Quoties enim de monetæ bonitate aliquid detrahebatur, quod ſæpe factum eſt, ne priores Marauedinos abrogare eſſet neceſſe, vt cum nouis currerent, abs Regibus concedebatur, dicebanturque veteres. Sic ex Marauedinis vſualibus vtriuſque generis facile erit eos inter ſe & cum noſtris comparare. Nempe Alfonſi vndecimi Marauedinus ſi

cum

cum Marauedino ab eius filio Henrico ſecundo percuſſo compararetur, vetus dici poteſt valebitque ex ijs vnum & ſemiſſem, ſi cum noſtris valebit ſeptemdecim nihilominus. Itaque Marauedini veteres aliquando fuerunt vſuales. Ergo ex vſualium valore à nobis explicato ſtatui debet quãtum veteres valeant ex ijs qui noui dicũtur, quantumque cum noſtris Marauedinis collati. Minuta hæc & ſpinoſa ſunt, & nos ad finem feſtinamus, addito in legibus fere noſtris Marauedinos nouos vocari qui noſtra ætate currunt, & Ferdinandi Regis catholici tempore currebant. Quo tempore leges priorum Regum in pauca volumina ſunt collata. Marauedini veteres aliorum Regum Marauedini vocantur. Sic ex valore Marauedini qui ſub ſingulis Regibus fuit in vſu, de veteribus Marauedinis ſtatuatur. Marauedinus Alfonſi vndecimi valuit è noſtris decem & ſeptẽ, Henrici ſecundi Marauedinus è noſtris vndecim, Ioannis primi Marauedinus decẽ è noſtris, Henrici tertij Marauedinus quinque è noſtris, Ioannis ſecundi Marauedinus è noſtris duos & ſemiſſem. Tempora ergo conſideranda diligenter, & iuxta ea ſtatuendum quantum vetus Marauedinus in qualibet lege, quantum nouus valeat, tum inter ipſos tum cum noſtris facta comparatione. Neque prætermitti debet Marauedinum veterẽ aliquando bonum dici certe lege prima ſuperius allata titulo nono libri octaui ordinamenti ſexcẽti Marauedini, quibus mulctandum præcipit Ioannes primus conuitium in parentes, qui legem in eum librum contulerunt, addiderunt de ſuo eos eſſe bonæ monetæ ſex millia ex vſualibus exæquantes.

tes. Nempe non loquitur de aureis lex, qui multo maioris erat, ſed de veteribus, qui eo Rege in vſu erant valentes ſinguli quantum decem è noſtris. Memento à Ferdinandi catholici tempore Marauedini valorem mutatum non eſſe. Ad hæc lege prima ordinamenti titulo quinto libro octauo, quæ lex à IOANNE ſecundo lata eſt Caraccæ anno MCCCCVIIII. ſancitur, vt anathemate deuinctus diebus triginta centum Marauedinos bonos pendat, qui faciunt ſexcentos è veteribus. Quod ſi ad ſex menſes perſtiterit, peruicaciæ ad mille Marauedinos bonos mulcta creſcat, qui ſex millia veteres æquant. Eo loco Marauedini boni aurei ſunt, veteres ij qui Regibus Alfonſo ſapiente & Alfonſo vndecimo currebant, nam illo tantum tempore Marauedini aurei ſex è currentibus ſinguli efficiebant, vti ſuperius dictum eſt. Quod ſi mulcta grauis videatur, quippe ad tria millia argenteos è noſtris pertingens cum ſinguli aurei Marauedini quanti tres noſtri argentei eſſent, grauior profecto hodie infligitur; quando vt ſuſpectus de hæreſi punitur, qui totum annum eo ſe anathematis nodo non expedierit. Poſtremo ſuperioribus adijcio in hiſtoria Ioannis ſecundi Regis anno vigeſimo nono capite CXXXXIIII. referri in conuentu Burgenſi mandatum vt Marauedini ſemiſſes, quas Blancas dicimus à candore, cuderentur, qua bonitate & pondere pater Henricus tertius fecerat. Deprehenſum tamen eam monetam factam deteriorem, eoque regni procuratores euiciſſe re tota ad examen vocata, cognito vitio & fraude, vt Marauedinus prior

nempe

nempe Henrici Regis pro vno & ſemiſſe è nouis expenderetur. Sic anno quadrageſimo-ſecundo eius Regis capite trigeſimo ſexto refertur. Quo ex loco ſumpſiſſe videntur pronunciandi occaſionem, qui in vniuerſum ſanxerunt, Marauedinum veterem valere è noſtris vnum & ſemiſſem. cum dicere potius debuiſſent Marauedinum Henrici tertij iuſta percuſſum valuiſſe vnum & ſemiſſem ex ijs, quos Ioannes ſecundus percuſſit. Imo ſi valorem marci ſeu beſſis vtroque Rege conſideremus, non ſatis eſt fraus deterſa, ac prior Marauedinus duos integros è poſterioribus valebat. Quod ſi cum noſtris Marauedinis comparatio fiat, Marauedinus Ioannis ſecundi è noſtris duos & dimidium æquabat, Henrici tertij Marauedinus è noſtris omnino quatuor aut quinque. Vti ex ijs quæ tota hac diſputatione ſunt poſita, manifeſtum efficitur & planum.

Vetus annonæ taxatio.

CAP. XXIV.

EXea pecuniæ varietate, ſed & minori copia argenti factum eſt, vt ſuperiorib. temporib. pretia rerum multò minora, quam noſtro fuiſſe videantur. quod in hiſtorijs noſtratibus maximè obſeruauimus rerum geſtarum in Hiſpania, ante ducentos circiter annos fanecam hordei, hoc eſt, modios ſex duobus tantùm marauedinis

uedinis emi conſueuiſſe. Ac verò in ſumma caritate annonæ ad marauedinos triginta creuiſſe: cui pretio aliarum rerum pretia reſpondebant proportione quadam. Verum vt melius hoc intelligatur, operæpretium facturum putaui, ſi Ioannis primi Caſtellæ Regis legem adſcriberem latam Era.1406. hoc eſt, anno Chriſti. 1368. qua rerum multarum pretia taxantur: quamque ex amici ſchedis deſumptam ex Hiſpanica Latinam fecimus in hæc verba. Nos Ioannes Rex, cùm nobiſcum eſſent Tauri (Sarabis veteribus in Vaccæis fuit) Filius noſter, fratres, patruique, tum multi antiſtites, proceres, nobileſque regni noſtri, pro iure & debito acceptæ poteſtatis, iuſtitiæque cultu, ſine qua indigni eſſemus imperio, publicæ vtilitatis ſtudio hanc conſtitutionem fecimus in hũc modum. Præcipimus, vt tritici faneca quindecim marauedinis vendatur, ſecalis quatuor, hordei decem, auenæ octo, aut minoris, vt inter partes conuenerit. Vini veteris ſextarios quatuor, marauedinis tribus vendere cõceditur, noui duobus & ſemiſſe. ſi maiori copia per vrnas aut amphoras vendatur, ex vniuerſa ſumma, parte quarta decima detracta. Veſtis Gallicæ ſeu panni vlna vendatur marauedinis ſexaginta, Belgici aut Anglici quinquaginta. Neque fas ſit mercatori veſtem artificio extendere, alioqui publicetur, & illius amiſſione mulctetur, Purpuræ Gandauenſis vlna centum marauedinis, Hiprenſis. 110. ea tamen lege, vt puluere purpura infecta ſit, craſſaq;. Neque quiſquam Bruſſellis, Mompellerio, Londino, Valentiaque veſtem laneam ſeu pannum inuehat, niſi nobilem fœminam ducturus, aut ex

Regis

Regis voluntate. A menſe Nouembri vſque ad Martium diurnæ operæ merces viro quidem tres marauedini veteres ſunto, fœminæ autem nouem denarij vſuales, ſi ab ortu ſolis ad occaſum fuerint operati. A Martio vſque ad Nouembrem viro dentur quatuor marauedini veteres cum ſemiſſe, fœminæ duo marauedini dimidio demenſo addito ad eius voluntatem. Aratoris merces diurna ſint decem marauedini veteres & dimidiatum demenſum. Vindemiarum tempore homini & iumento maiori ſeptem marauedini dentur: quod ſi victum acceperit, tres non amplius accipiat, modò ante ſolis ortum ſemel, deinde poſt occaſum ſolis onus domum portauerit. Famulo merces annua ſint centum marauedini veteres, famulæ ſi iunior ſit, quinquaginta, ſeni quadraginta additis, quæ dari minutiæ conſueuerunt. Spicas in meſſe vxores aratorum & meſſorum nè colligant, non iuuenis idoneus diurno labori: ſenes tantùm, pueri, & pauperes id faciant. Calcei maiores è caprina pelle ſex marauedinis vendantur, minores tribus. quod ſi arietinæ pelles fuerint, eius pretij, dimidium dare & accipere fas ſit. Quod ſi ſoleæ geminæ fuerint, addatur quod conuenerit inter partes. Pro ephippijs equi ex caprinis pellibus centum marauedini dentur, pro mulæ ſella viginti marauedini; adiecto vno marauedino pro fræno. Par pellium caprinarum centum marauedinis vendatur modo probatæ præſtanteſque ſint: alioqui triginta marauedini pretium ſit. quod ſi vitio deprauatæ fuerint, eas vendere nemini liceat. Qui gladios poliunt, terguntque, pro enſe poliendo tres marauedinos, pro cultro mactatorio

marauedinum vnum accipiant, pro haſtæ ferro duos marauedinos, pro lorica ſex marauedinos aut eo minus, ſi inter partes conuenerit. Veſte vulgari fulcienda pellibus, tres marauedini dentur. Pro veſte pellicea nobilium viginti marauedini dentur, pro communi non amplius duodecim. Aurifices Burgenſes Toletani, Legionenſes, Segobienſeſque argenti Talentum opere ſimplici faciant pro quindecim marauedinis: ſi addita maior elegantia fuerit, viginti marauedinos accipiant. Qui ingenua conditione nō ſit, argenti facti vltra tria Talenta non habeat (Talenti voce hac lege Marcum ſignificari puto.) Scuta duplicia viginti marauedinis vendatur: ſi addita pictura inſignis fuerit, viginti quinq; marauedini pretium ſit, ſi aurata, triginta. Clypeus è corio ex Argiona quidē ſeu Aurigia, viginti quinq; marauedinis vendatur. qui aliunde ſunt, quindecim. neq; eo vtantur, aut domi habeant, niſi qui ingenua cōditione fuerint. Veterinarij iumentis calceandis ferro, pro quaque ſolea tribus marauedinis contenti ſint, ſi è Cantabria ſoleæ fuerint: alioqui duo marauedini pretium ſit. Molæ frumentariæ pro faneca tritici duo marauedini dentur. Si præfectus molæ alicui fœminæ ex ijs, quæ ad molendum venerint, iniuriam fecerit, morte plectatur. Dardanarij item leporem tribus tantùm marauedinis, cuniculum duobus vendant, gallinam quatuor, anſerem ſex, porcellum octo, palumbem tribus, perdicem quinque marauedinis. Neque ea cōparare. fas ſit fabro aut artifici, præterquam in paſchate aut nuptiarum ſolennitate. Mille tegulæ ſexaginta marauedinis, mille lateres quin-

quagin-

quagintaquinq; dentur. Gipſi in puluerem cōtuſi faneca, hoc eſt, modij ſex, marauedinis ſex, calcis ſaneca quinq; marauedinis taxatur. vtrumq; mēſura Burgēſi vendatur. Bouis ad Anam nutriti ducenti marauedini pretiū eſto, aliorū centum octoginta. Capitaleq; ſit bouē, vaccā iuuencum extra fines regni educere. In macello arietinarum carnium libra duobus marauedinis vendatur: quod ſi aliquis flatu carnes grauiores fecerit, pœna ſit iis publicatis ſpoliari. Taxationes quæcumque in hac conſtitutione continentur, in commerciis ſeruari emendo vendendoq; mandamus. Quæcunque hic omiſſa ſunt, volumus à ſenatu & magiſtratu per vrbes & oppida deſignari vſque ad menſem Ianuarium proximum. Hæc ergo conſtitutio eſt, quam nos Rex Ioannes facimus, cum nobiſcum omnes proceres & nobiles regni noſtri eſſent. Communis autem conſenſus omnium noſtrum argumentum, ſubſcriptiones erunt, quibus hæc lex approbatur. Vides ex hac lege, quātopere rerum pretia mutata ſint ab antiquo. Cuius mutationis duplex cauſa extitit. pecuniæ olim probitas, maiorq; valor, vti proximo capite dictum eſt. Præterea argenti auriq; multò minor copia quam noſtra ætate.

Pondera & menſuræ in templis ſeruabantur.

CAP. XXV.

DE menſuris & ponderibus ea hactenus dicta ſunt, quæ nobis quidem ſcitu digna fore videbantur. Abſoluta diſputatio eſt, multis quamuis

implicita difficultatibus:ac illud tantùm ſupereſt, ſingula genera ponderum & menſurarum inter ipſa & cum noſtris vulgaribus comparare. Illud hoc loco ſi adiecero finem faciam diſputandi: fuiſſe antiquis temporibus obſeruatum, vt menſuræ & pondera publicè ſeruarentur, ne poſſent à quoquam popularium vitiari. Videbant enim, ſi ſecus fieret, commercij fidem inter homines conſtare non poſſe, magnamque rerum perturbationem fore, ſi in ſingulis domibus aut oppidis varia eſſent. quod futurum prouidebant, niſi magna diligentia, magnaque cautione publicè adhibita. Itaque in ſacratiſſimis templis ea ſeruare mos fuit. quod Fan. explicat illis verbis, Amphora fit cubus, quam ne violare liceret, Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites. Romæ etiam congius æreus viſitur in Bibliotheca & domeſtica ſupellectile Alexandri Cardinalis Farneſij cum inſcriptione, quæ indicat in Capitolio ſacratum fuiſſe Veſpaſiani imperio, & pōdo decem fuiſſe. Nimirum ſextarij ſinguli aquam aut vinum pondere viginti vnciarum capiebant, vti ſuperius dictum eſt: ſextarii ſex, hoc eſt congius, libras decem Romanas efficiebant. Porrò eius congij inſcriptionem Pætus lib. 3. de ponder. & menſ. affert; formam modumque ad calcem operis vrcei adinſtar, ima atque ſuprema parte anguſtiori, media latiori. Ad hæc Iuſtiniani Imp. lex extat, quæ lex vltima eſt authent. de collation. collat. 9. vbi menſuras & pondera in ſacratiſſima cuiuſque ciuitatis eccleſia cuſtodiri mandat. Nimirum nihil ſecurius antiqui iudicabant, quam cui ſpecies religionis prætendebatur: cùm eſſet hominibus perſuaſum, violanda

landa religione iram numinum vel maxime concitari. Ex hoc inſtituto inuenio qui explicet, ſiclum ſanctuarij ſiue pondus ſanctuarij in libris ſacris ſæpe dici, non quòd maius eſſet publico (vt Iudęi vulgò, ſed & peritiores perſuadent) ſed quoniam pondera eius gentis iuſtiſſima & menſuræ, ſicut in alijs gẽtibus in templo ſeruare ſuſceptum fuit. & fortaſſis vtrumque verum fuit, initio pondera legitima in templo ſeruata, ne adulterari poſſent: & nihilominus procedente tempore dimidio minora apud populum eſſe facta. De qua re liberum iudicium cuique relinquatur. Illud addam Valentinianum Auguſtũ lege cauiſſe id tantùm, vt per ſingulas Romani imperij ciuitates põdera & menſuræ publicè collocarentur, quo fides publica conſtaret. Quæ lex eſt Codicis libr. 10. de Suſceptoribus & Arcariis, in hæc verba. Modios æneos vel lapideos cum ſextariis atque ponderibus, per manſiones ſingulaſque ciuitates iuſſimus collocari, vt vnuſquiſque tributarius ſub oculis conſtitutis rerum omnium modijs, ſciat quid debeat ſuſceptorib. dare; ita vt ſi quis ſuſceptorum, conditorum modiorum, ſextariorumque, vel etiam ponderum normam putauerit excedendam, pœnam ſe ſciat competentem eſſe ſubiturũ. Quæ autem hæc eſſet pœna à Valentiniano conſtituta explicat Suidas dictione Μανάιμ: vbi quòd duodecim modios frumenti amplius numiſmate, vt erat taxatum, mercator quidam vendidiſſet, manus illi præciſa eſt, atque rei geſtæ argumento manus in horreo publico depictas fuiſſe, vbi æneus modius præcepto eius Imperatoris ſeruabatur (nimirum Conſtantinopoli) quo loco deinde

columna extabat victoriæ monimentum de Scythis duce Manaim, antiquis temporibus partæ. Vides quanta diligentia olim adhiberetur ponderibus & menſuris conſeruandis: quod inſtitutum noſtro tempore negligi videmus magna ex parte: vt mirum non ſit etiam in hoc genere tantam perturbationem eſſe, vt non in vicinis vrbibus & oppidis menſuræ aliæ ſint & pondera, ſed etiam intra eandem vrbem ſæpe varient, multis modis commutata.

TABVLÆ DVÆ ET VIGINTI, QVIBVS ANTIQVA PONDERA ET MENSVRÆ INTER ipſa & cum Toleranis comparantur.

TABVLAS, *quas toto opere ſumus polliciti, extremo adiungere viſum eſt: vnaque opera fidem noſtram liberare, aliorumque ſtudia iuuare. Si quis tamen tanti putabit, numerorum minutiis & moleſtia denoratis, ad hæc animum & cogitationem applicare tantiſper: quod non ſine fructu contingat, niſi noſtra nos opinio fallit. Nobis ſanè maioris, quàm facilè credi poſſit, hæc poſtrema ponderum & menſurarum comparatio conſtitit. Ita eſt ingenium; cum difficultatibus luctari iuuat. An quæ alijs potius eſſent procliuia, nobis propter tarditatem videntur ardua. Ea verior, & modeſtior interpretatio. Fortaſſis etiam, vt ſunt hominum ingenia varia, fruſtra & inaniter tempus & operam*

i 4 inre

in re ludrica poſitam aliquis accuſabit. A quo impetrare certè æquum eſt, ne ex ſuo modulo aliorum omnium ingenia & ſtudia metiatur. Det potius alienæ imbecillitati, & imperitiæ veniam facilis, vt ſuis occupationibus haud maioris fortaſſe momenti, neque magis ſeriis, aliquando impetret. Atque concedat vt rudioribus ingeniis, neq; numerandi peritis, hac qualicumque opera conſulatur.

Seſtertij.	Marauedini.	*Aurei noſtrates.*	Argentei.	
1	10			
2	20			
3	30			*Marau*
4	40		1	6.
5	50		1	16
6	60		1	26
7	70		2	2
8	80		2	12
9	90		2	22
10	100		2	32
20	200		5	30
30	300		8	28
40	400	1	11	26
50	500	$1\frac{1}{4}$	14	24
60	600	$1\frac{1}{2}$	17	22
70	700	$1\frac{3}{4}$	20	20
80	800	2	23	18
90	900	$2\frac{1}{4}$	26	16
100	1000	$2\frac{1}{2}$	29	14
200	2000	5	58	28
300	3000	$7\frac{1}{2}$	88	8
400	4000	10	117	22
500	5000	$12\frac{1}{2}$	147	2
600	6000	15	176	16
700	7000	$17\frac{1}{2}$	205	30
800	8000	20	235	10
900	9000	$22\frac{1}{2}$	264	24
1000	10000.	25	294	4

Seſtertia.	*Aurei.*	*Maraued.*	*Argentei.*	*Marau.*
1	25	10000	294	6
2	50	20000	588	12
3	75	30000	882	18
4	100	40000	1176	24
5	125	50000	1470	30
6	150	60000	1765	2
7	175	70000	2059	8
8	200	80000	2353	14
9	225	90000	2647	20
10	250	100000	2941	26
20	500	200000	5883	18
30	790	300000	8825	10
40	1000	400000	11767	2
50	1250	500000	14708	28
70	1750			
90	2250			
100	2500			
200	5000			
300	7500			
400	10000			
500	12500			
600	15000			
800	20000			
900	22500			
1000	25000			

Vltra mille ſeſtertia non proceditur per nomina: neque rectè dixeris, Duo millia, aut tria millia ſeſtertia, ſed per aduerbia proceditur, vti proxima tabula indicabit. Plinius tam~~n~~ *ſeſtertia ſena millia dixit, de carduis agens. lib. 19. cap. 8.*

Seſter-

	Seſtertia.	*Aurei.*	*Argen.*	*Ma.*
Decies ſextertiũ	1000	25000	294117	22
Vndecies.	1100	27500	323529	14
Duodecies.	11200	30000	352941	6
Tredecies.	1300	32500	382352	32
Decies & quater	1400	35000	411764	24
Quindecies.	1500	37500		
Sedecies.	1600	40000		
Decies & ſepties	1700	42500		
Vicies.	2000	50000		
Trecies.	3000	75000		
Quadragies.	4000	100000		
Quinquagies.	5000	125000		
Sexagies.	6000	150000		
Septuagies.	7000	175000		
Octuagies.	8000	200000		
Nonagies.	9000	225000		
Centies.	10000	250000		
Trecenties.	30000	750000		
Quatercenties.	40000	1000000		
Quinquieſcẽties	50000	1250000		
Septieſcenties.	70000	1750000		
Octieſcenties.	80000	2000000		
Millies.	100000	2500000		
Biſmillies.	200000	5000000		
Termillies.	300000	7500000		

Ex his licet duplicare aduerbia. Rectè dicas, centies vicies & ſemel, vt ſignifices ſeſtertia 12100. ac pari ratione, centies vicies & bis. Licet & cũ aduerbiis componere nomina, ſi dicas, decies & vnum, hoc eſt mille & vnum ſeſtertia, decies & duo.

Talenta

Talenta Moſis tempore.	*Drachma Romana.*	*Aurei.*	*Argentei.*
1	12000	12750	12562½
2	24000	25500	25125
3	36000	38250	37687½
4	48000	51000	50250
5	60000	63750	62812½
6	72000	76500	75475
7	84000	89250	98037½
8	96000	102000	100600
9	108000	114750	123162½
10	120000	127500	135725
20	240000	255000	271450
30	360000	382500	407175
40	480000	510000	542900
50	600000	637500	678625
70	840000	892500	950075
80	960000	1020000	1085800
90	1080000	1147500	1321525
100	1200000	1275000	1457250
120	1440000	1530000	1728700
100000	1200000000	1275000000	1256250000
1000000	12000000000	12750000000	12562500000

In aureis & argenteis nummis non valorem hoc loco ſed pondus conſideramus. Ex drachmis vncias & libras conficere facile eſt. Simul conſidera lib. 3. Reg. cap. 10. & 1. Paral. 22. quantum ſummæ ijs locis poſitæ creſcãt, ſi ea talenta paria Moſaicis fuerunt.

Minæ

Mina Hebraica.	*Sicli.*	*Drachmæ communis.*	*Aurei.*	*Argentei.*
1	60	240	255	$251\frac{1}{4}$
2	120	480	510	$502\frac{2}{4}$
3	180	720	765	$753\frac{3}{4}$
4	240	960	1020	1005
5	300	1200	1275	$1256\frac{1}{4}$
6	360	1440	1530	$1507\frac{2}{4}$
7	420	1680	1785	$1758\frac{3}{4}$
8	480	1920	2040	2010
9	540	2160	2295	$2261\frac{1}{4}$
10	600	2400	2550	$2512\frac{2}{4}$
20	1200	4800	5100	5025
30	1800	7200	7650	$7537\frac{2}{4}$
40	2400	9600	10200	10050
50	3000	12000	12750	$12562\frac{2}{4}$
60	3600	14400	15300	15075
70	4200	16800	17850	$17587\frac{2}{4}$
80	4800	19200	20400	20100
90	5400	21600	22950	$22612\frac{2}{4}$
100	6000	24000	25500	25125
200	12000	48000	51000	50250
1000	60000	240000	255000	251250

Minam ſexaginta ſiclos continere arbitramur. Quæ ratio videbatur magis Ezechielis verbis conſentanea. c. 45. Qui Minam putabit ſiclos viginti quinque continere, is ex tabula minæ Atticæ, quomodo cum noſtris ponderibus & monetis comparetur, dignoſcat.

Talenta Attica.	*Drachma.*	*Aurei.*	*Argentei.*
1	6000	6375	6281 $\frac{1}{4}$
2	12000	12750	12562 $\frac{2}{4}$
3	18000	19125	18843 $\frac{3}{4}$
4	24000	25500	25125 -
5	30000	31875	
6	36000	38250	
7	42000	44625	
8	48000	51000	
9	54000	57375	
10	60000	63750	
20	120000	127500	
30	180000	191250	
40	240000	255000	
50	300000	318750	
60	360000	382500	
70	420000	446250	
80	480000	510000	
90	540000	573750	
100	600000	637500	
200	1200000	1275000	
1000	6000000	6375000	
2000	12000000	12750000	

Talenta aliarum gentium noluimus cum noſtris ponderibus aut monetis conferre. Ex talento Attico eam rationem inſtituet, ſi quis voluerit experiri.

Mina

Mina Attica maiores.	*Mina Attica minores.*	*Libra Romana.*		Drachma
1	$1\frac{1}{3}$	1 *Drach.*	4	100
2	$2\frac{2}{3}$	2	8	200
3	4	3	12	300
4	$5\frac{1}{3}$	4	16	400
5	$6\frac{2}{3}$	5	20	500
6	8	6	24	600
7	$9\frac{1}{3}$	7	28	700
8	$10\frac{2}{3}$	8	32	800
9	12	9	36	900
10	$13\frac{1}{3}$	10	40	1000
20	$26\frac{2}{3}$	20	80	2000
30	40	31	24	3000
40	$53\frac{1}{3}$	41	64	4000
50	$66\frac{2}{3}$	52	8	5000
60	80	62	48	6000
70	$93\frac{1}{3}$	72	88	7000
80	$106\frac{2}{3}$	83	32	8000
90	120	93	72	9000
100	$133\frac{1}{3}$	104	16	10000
300	400	312	48	30000
1000	$1333\frac{1}{3}$	1041	16	100000

Non facilè mina Attica cum noſtris ponderib. & monetis comparatur. Sed tamen mina Attica maior continet libræ noſtræ 25. partes ex 32. aureos noſtros 106. cũ quadrante. Quos numeros duplicare facile eſt. Fontes indicaſſe ſit ſatis.

Libra

Libra noſtra.	*Vnciæ.*	*Libra Medica.*		*Libra Rom.*
1	16	1 *Vnciæ*	$5\frac{1}{15}$	$1\frac{1}{3}$
2	32	2	$10\frac{2}{15}$	$2\frac{2}{3}$
3	48	4	$3\frac{3}{15}$	4
4	64	5	$8\frac{4}{15}$	$5\frac{1}{3}$
5	80	7	$1\frac{5}{15}$	$6\frac{2}{3}$
6	96	8	$6\frac{6}{15}$	8
7	112	9	$11\frac{7}{15}$	$9\frac{1}{3}$
8	128	11	$4\frac{8}{15}$	$10\frac{2}{3}$
9	144	12	$9\frac{9}{15}$	12
10	160	14	$2\frac{10}{15}$	$13\frac{1}{3}$
20	320	28	$5\frac{5}{15}$	$26\frac{2}{3}$
30	480	42	8	40
40	640	56	$10\frac{10}{15}$	$53\frac{1}{3}$
50	800	71	$1\frac{5}{15}$	$66\frac{2}{3}$
60	960	85	4	80
70	1120	99	$6\frac{10}{15}$	$93\frac{1}{3}$
80	1280	113	$9\frac{5}{15}$	$106\frac{2}{3}$
90	1440	127	11	120
100	1600	142	$2\frac{10}{15}$	$133\frac{1}{3}$
200	3200	284	$5\frac{5}{15}$	$266\frac{2}{3}$
1000	16000	1422	$2\frac{10}{15}$	$1333\frac{1}{3}$

Libra medica haud facilè cum noſtra comparatur. Sed pars quintadecima vnciæ medicæ facit fere ſemidrachmam communem. Item triens libræ Romanæ quatuor vncias continet. Perinde ergo eſt ponere libram $1\frac{1}{3}$ *ac ſi dicas. Libram vnam & vncias inſuper quatuor, ſic* $2\frac{2}{3}$ *duæ nimirum libræ Romanæ ſunt, & vnciæ octo.*

Libræ

Libræ medicæ.	*Drachmæ medicæ.*	*Libra Romana.*		*Drachmæ Rom. & communes.*
1	108	*Vnciæ*	$11\frac{1}{4}$	90
2	216	1	$10\frac{2}{4}$	180
3	324	2	$9\frac{3}{4}$	270
4	432	3	9	360
5	540	4	$8\frac{1}{4}$	450
6	648	5	$7\frac{2}{4}$	540
7	756	6	$6\frac{3}{4}$	630
8	864	7	6	720
9	972	8	$5\frac{1}{4}$	810
10	1080	9	$4\frac{2}{4}$	900
20	2160	18	9	1800
30	3240	28	$1\frac{2}{4}$	2700
40	4320	37	6	3600
50	5400	46	$10\frac{2}{4}$	4500
60	6480	56	3	5400
70	7560	65	$7\frac{2}{4}$	6300
80	8640	75		7200
90	9720	84	$4\frac{2}{4}$	8100
100	10800	93	9	9000
200	21600			18000

x drachmis vncias vtriuſque generis medicas & Romanas facies, ſi medicas per nouem partiaris, Romanas per octo. Vnciæ duodecim vtriuſque generis ſui modi libram efficiunt. Noſtram libram ſedecim vnciæ Romanæ complent: medicæ vnciæ $17\frac{1}{15}$ *eadem libra noſtra continentur.*

Denarij Romani.	*Drachmæ.*	*Argentei quoad pondus & valorē.*	*Aurei quoad pondus.*
1	$1\frac{1}{7}$	$1\frac{11}{56}$	$1\frac{3}{14}$
2	$2\frac{2}{7}$	$2\frac{22}{56}$	$2\frac{6}{14}$
3	$3\frac{3}{7}$	$3\frac{33}{56}$	$3\frac{9}{14}$
4	$4\frac{4}{7}$	$4\frac{44}{56}$	$4\frac{12}{14}$
5	$5\frac{5}{7}$	$5\frac{55}{56}$	$6\frac{1}{14}$
6	$6\frac{6}{7}$	$7\frac{10}{56}$	$7\frac{4}{14}$
7	8	$8\frac{21}{56}$	$8\frac{7}{14}$
8	$9\frac{1}{7}$	$9\frac{32}{56}$	$9\frac{10}{14}$
9	$10\frac{2}{7}$	$10\frac{43}{56}$	$10\frac{13}{14}$
10	$11\frac{3}{7}$	$11\frac{54}{56}$	$12\frac{2}{14}$
20	$22\frac{6}{7}$	$23\frac{52}{56}$	$24\frac{4}{14}$
30	$34\frac{2}{7}$	$35\frac{50}{56}$	$36\frac{6}{14}$
40	$45\frac{5}{7}$	$47\frac{48}{56}$	$48\frac{8}{14}$
50	$57\frac{1}{7}$	$59\frac{46}{56}$	$60\frac{10}{14}$
60	$68\frac{4}{7}$	$71\frac{44}{56}$	$72\frac{12}{14}$
70	80	$83\frac{42}{56}$	85
80	$91\frac{3}{7}$	$95\frac{40}{56}$	$97\frac{2}{14}$
90	$102\frac{6}{7}$	$107\frac{38}{56}$	$109\frac{4}{14}$
100	$114\frac{2}{7}$	$119\frac{36}{56}$	$121\frac{6}{14}$

Memento, denariorum pondus varijs temporibus immutatum fuiſſe. Veriſſima tamen & iuſtiſſima ratione, vti ex Plinio adduximus, ex vncia argenti cudi ſolitos, & ſignari ſeptem omnino, ex libra Romana octoginta quatuor.

Arroba

Arroba pondus.	Caſtellani.	Denarij Romani.	Argentei.	Aurei.
1	2500	2800	3350	3400
2	5000	5600	6700	6800
3	7500	8400	10050	10200
4	10000	11200	13400	13600
5	12500	14000	16750	17000
6	15000	16800	20100	20400
7	17500	196000	23450	23800
8	20000	22400	26800	27200
9	22500	25200	30150	30600
10	25000	28000	33500	34000
20	50000	56000	67000	68000
30	75000	84000	100500	102000
40	100000	112000	134000	136000
50	125000	140000	167500	170000
60	150000	168000	201000	204000
70	175000	196000	234500	238000
80	200000	224000	268000	272000
90	225000	252000	301500	306000
100	250000	280000	335000	340000
200	500000	560000	670000	680000

Libra Toletana pendet vncias ſedecim, drachmas centum vigintiocto, argenteos nummos 134. aureos 136. denarios Romanos 112. Caſtellanos centum. Porrò arroba noſtrà, quarta centenarij noſtri, ſiue quintalis, pars, continet libras noſtras 25. Quot aurei aut argentei curru aut iumento portentur, ex hac tabula dignoſcitur.

Modij Romani.	*Celemines.*	*Sextarij Romani.*	*Sextarij Toletani.*
1	2	16	20
2	4	32	40
3	6	48	60
4	8	64	80
5	10	80	100
6	12	96	120
7	14	112	140
8	16	128	160
9	18	144	180
10	20	160	200
20	48	320	400
30	60	480	600
40	80	640	800
50	100	800	1000
60	120	960	1200
70	140	1120	1400
80	160	1280	1600
90	180	1440	1800
100	200	1600	2000

Quatuor ſextarij Toletani *congium* Toletanum *ſeu azumbrem faciunt: octo azumbres amphoram ſeu arrobam menſuram. Sextarij* Romani *ſex congio* Romano *continentur: octo congij complent amphoram* Romanam*; quæ continet ſextarios* Romanos *48.*

Sexta-

Sextarius Roman.	*Sextarius Toletan.*	*Sextarius Atticus.*	*Sextarius Hebraic.*
1	$1\frac{1}{4}$	$1\frac{1}{3}$	$1\frac{1}{2}$
2	$2\frac{2}{4}$	$2\frac{2}{3}$	3
3	$4\frac{3}{4}$	4	$4\frac{1}{2}$
4	5	$5\frac{1}{3}$	6
5	$6\frac{1}{4}$	$6\frac{2}{3}$	$7\frac{1}{2}$
6	$7\frac{2}{4}$	8	9
7	$8\frac{3}{4}$	$9\frac{1}{3}$	$10\frac{1}{2}$
8	10	$10\frac{2}{3}$	12
9	$11\frac{1}{4}$	12	$13\frac{1}{2}$
10	$12\frac{2}{4}$	$13\frac{1}{3}$	15
20	25	$26\frac{2}{3}$	30
30	$37\frac{2}{4}$	40	45
40	50	$53\frac{1}{3}$	60
50	$62\frac{2}{4}$	$66\frac{2}{3}$	75
60	75	80	90
70	$87\frac{2}{4}$	$93\frac{1}{3}$	105
80	100	$106\frac{2}{3}$	120
90	$112\frac{2}{4}$	120	135
100	125	$133\frac{1}{3}$	150

rmutato ordine è ſextariis Toletanis Romanos facies, ſi pro vno Toletano poſueris quatuor quintas Romani; ex Atticis, ſi pro vno ſextario Attico poſueris tres quartas Romani: pro Hebraico pones duas tertias eiuſdem. Quo duplicato numero ſextarios cuiuſcumque generis inter ipſos comparabis. Quæ cùm ſint explorata, tabulam tamen proximam adijcimus.

Sextarij Toletani.	*Romani.*	*Attici.*	*Hebraici.*
1	$\frac{4}{5}$	$1\frac{1}{15}$	$1\frac{1}{5}$
2	$1\frac{3}{5}$	$2\frac{2}{15}$	$2\frac{2}{5}$
3	$2\frac{2}{5}$	$3\frac{3}{15}$	$3\frac{3}{5}$
4	$3\frac{1}{5}$	$4\frac{4}{15}$	$4\frac{4}{5}$
5	4	$5\frac{5}{15}$	6
6	$4\frac{4}{5}$	$6\frac{6}{15}$	$7\frac{1}{5}$
7	$5\frac{3}{5}$	$7\frac{7}{15}$	$8\frac{2}{5}$
8	$6\frac{2}{5}$	$8\frac{8}{15}$	$9\frac{3}{5}$
9	$7\frac{1}{5}$	$9\frac{9}{15}$	$10\frac{4}{5}$
10	8	$10\frac{10}{15}$	12
20	16	$21\frac{5}{15}$	24
30	24	32	36
40	32	$42\frac{10}{15}$	48
50	40	$53\frac{5}{15}$	60
60	48	64	72
70	56	$74\frac{10}{15}$	84
80	64	$85\frac{5}{15}$	96
90	72	96	108
100	80	$106\frac{10}{15}$	120

Memento ſextarium Toletanum in vino aut aqua pendere vncias ſedecim: Romanum vncias viginti. Atticum vncias quindecim, Hebraicum vncias 13$\frac{1}{3}$ ſi vera ſunt, quæ ſuperiùs ſunt poſita.

Cori-

Cori Hebraici	*Modi Romani.*	*Medimni ſeu faneca.*	*Amphora Romana*
1	30	5	10
2	60	10	20
3	90	15	30
4	120	20	40
5	150	25	50
6	180	30	60
7	210	35	70
8	240	40	80
9	270	45	90
10	300	50	100
20	600	100	200
30	900	150	300
40	1200	200	400
50	1500	250	500
60	1800	300	600
70	2100	350	700
80	2400	400	800
90	2700	540	900
100	3000	500	1000

Ex medimnis ſeu fanecis fient modij & celemines, ſi cuilibet faneca dentur modij ſex, celemines duodecim. Ex amphoris Romanis fient vrnæ ſeu arrobæ Toletanæ. Continet amphora Romana quindecim congios Toletanos ſeu azumbres. Sic decem amphoræ ſeu corus continet arrobas octodecim, azumbres ſex: vti proxima tabula indicabit.

Bathus.	*Metreta.*	*Artaba Ægyptia.*	*Azumbre.*
1	$\frac{2}{3}$	$\frac{9}{10}$	15
2	$1\frac{1}{3}$	$1\frac{8}{10}$	30
3	2	$2\frac{7}{10}$	45
4	$2\frac{2}{3}$	$3\frac{6}{10}$	60
5	$3\frac{1}{3}$	$4\frac{5}{10}$	75
6	4	$5\frac{4}{10}$	90
7	$4\frac{2}{3}$	$6\frac{3}{10}$	105
8	$5\frac{1}{3}$	$7\frac{2}{10}$	120
9	6	$8\frac{1}{10}$	135
10	$6\frac{2}{3}$	9	150
20	$13\frac{1}{3}$	18	300
30	20	27	450
40	$26\frac{2}{3}$	36	600
50	$33\frac{1}{3}$	45	750
60	40	54	900
70	$46\frac{2}{3}$	63	1050
80	$53\frac{1}{3}$	72	1200
90	60	81	1350
100	$66\frac{2}{3}$	90	1500

Bathus & Ephi eiuſdem menſuræ ſunt, capientes ſinguli tres modios, hoc eſt, celemines ſex. Tantundem capit Amphora Romana: quæ continet vrnam ſeu arrobam Toletanam & ſeptem azumbres. Azumbres octo in arroba menſura continentur ſatum trientem ephi capit, nempè modium vnum, ſiue celemines duos.

Metre-

Metretæ.	*Artaba Ægyptia.*	*Amphora Romana.*	*Azumbes.*	*Arrobæ.*
1	$1\frac{7}{20}$	$1\frac{1}{2}$	$22\frac{1}{2}$	$2\frac{13}{16}$
2	$2\frac{14}{20}$	3	45	
3	$4\frac{1}{20}$	$4\frac{1}{2}$	$67\frac{1}{2}$	
4	$5\frac{8}{20}$	6	90	
5	$6\frac{15}{20}$	$7\frac{1}{2}$	$112\frac{1}{2}$	
6	$8\frac{2}{20}$	9	135	
7	$9\frac{9}{20}$	$10\frac{1}{2}$	$157\frac{1}{2}$	
8	$10\frac{16}{20}$	12	180	$22\frac{1}{2}$
9	$12\frac{3}{20}$	$13\frac{1}{2}$	$202\frac{1}{2}$	
10	$13\frac{10}{20}$	15	225	
20	27	30	450	
30	$40\frac{10}{20}$	45	675	
40	54	60	900	$112\frac{1}{2}$
50	$67\frac{10}{20}$	75	1125	
60	85	90	1350	
70	$94\frac{10}{20}$	105	1575	
80	108	120	1800	225
90	$121\frac{10}{20}$	135	2025	
100	135	150	2250	$281\frac{2}{8}$

Metretam maiorem facimus amphora Romana. Artaba, cùm ſit menſura barbara, ægrè cum alijs menſuris poteſt comparari. Bathum & amphoram Romanam pares prorſus facimus.

Artaba.	*Metretæ.*	*Bathi.*	*Azumbres.*
1	$\frac{12}{27}$	$1\frac{1}{9}$	$16\frac{2}{3}$
2	$1\frac{11}{27}$	$2\frac{2}{9}$	$33\frac{1}{3}$
3	$2\frac{3}{27}$	$3\frac{3}{9}$	50
4	$2\frac{22}{27}$	$4\frac{4}{9}$	$66\frac{2}{3}$
5	$3\frac{14}{27}$	$5\frac{5}{9}$	$83\frac{1}{3}$
6	$4\frac{6}{27}$	$6\frac{6}{9}$	100
7	$4\frac{25}{27}$	$7\frac{7}{9}$	$116\frac{2}{3}$
8	$5\frac{17}{27}$	$8\frac{8}{9}$	$133\frac{1}{3}$
9	$6\frac{9}{27}$	10	150
10	$7\frac{1}{27}$	$11\frac{1}{9}$	$166\frac{2}{3}$
20	$14\frac{2}{27}$	$22\frac{2}{9}$	$333\frac{1}{3}$
30	$21\frac{3}{27}$	$33\frac{3}{9}$	500
40	$28\frac{4}{27}$	$44\frac{4}{9}$	$666\frac{2}{3}$
50	$35\frac{5}{27}$	$55\frac{5}{9}$	$833\frac{1}{3}$
60	$42\frac{6}{27}$	$66\frac{6}{9}$	1000
70	$49\frac{7}{27}$	$77\frac{7}{9}$	$1166\frac{2}{3}$
80	$56\frac{8}{27}$	$88\frac{8}{9}$	$1333\frac{1}{3}$
90	$63\frac{9}{27}$	100	1500
100	$70\frac{10}{27}$	$111\frac{1}{9}$	$1666\frac{2}{3}$

Quædam menſuræ & pondera ab Hiſpanis minora dimidio ſunt facta quàm Romana. Nam amphora Toletana cõtinet azumbres octo, Romana quindecim. Modius Romanus continet quantum duo modij Toletani, quos celemines dicimus. Tantundem in drachma contigit, ſemiſſem eius adaramem vulgò dicimus.

Pes

Pes Græcus.	*Romanus.*	*Toletanus*	*Hebraicus.*
1	$1\frac{1}{24}$	$1\frac{2}{17}$	$\frac{25}{32}$
2	$2\frac{2}{24}$	$2\frac{4}{17}$	$1\frac{18}{32}$
3	$3\frac{3}{24}$	$3\frac{6}{17}$	$2\frac{11}{32}$
4	$4\frac{4}{24}$	$4\frac{8}{17}$	$3\frac{4}{32}$
5	$5\frac{5}{24}$	$5\frac{10}{17}$	$3\frac{29}{32}$
6	$6\frac{6}{24}$	$6\frac{12}{17}$	$4\frac{22}{32}$
7	$7\frac{7}{24}$	$7\frac{14}{17}$	$5\frac{15}{32}$
8	$8\frac{8}{24}$	$8\frac{16}{17}$	$6\frac{8}{32}$
9	$9\frac{9}{24}$	$10\frac{1}{17}$	$7\frac{1}{32}$
10	$10\frac{10}{24}$	$11\frac{3}{17}$	$7\frac{26}{32}$
20	$20\frac{20}{24}$	$22\frac{6}{17}$	$15\frac{20}{32}$
30	$31\frac{6}{24}$	$33\frac{9}{17}$	$23\frac{14}{32}$
40	$41\frac{16}{24}$	$44\frac{12}{17}$	$31\frac{8}{32}$
50	$52\frac{2}{24}$	$55\frac{15}{17}$	$39\frac{2}{32}$
60	$62\frac{12}{24}$	$67\frac{1}{17}$	$46\frac{28}{32}$
70	$72\frac{22}{24}$	$78\frac{4}{17}$	$54\frac{22}{32}$
80	$83\frac{8}{24}$	$89\frac{7}{17}$	$62\frac{16}{32}$
90	$93\frac{18}{24}$	$100\frac{10}{17}$	$70\frac{10}{32}$
100	$104\frac{4}{24}$	$111\frac{13}{17}$	$78\frac{4}{32}$

Græcus pes continet Toletanum, & fermè octauam eius: quæ ratio exacta prorſus non eſt. Sed certè Græcus Romanum ſuperat parte. 24. Romani. Romanus Toletano maior eſt duodecima Toletani. Reducto vtroq; exceſſu ad Toletanũ pedem, ſubductaq; per numeros ratione, inuenias, pedem Græcum continere

Pes

Pes Romanus.	Toletanus.	Hebraicus.	Græcus.
1	$1\frac{1}{12}$	$\frac{3}{4}$	$\frac{24}{25}$
2	$2\frac{2}{12}$	$1\frac{2}{4}$	$1\frac{23}{25}$
3	$3\frac{3}{12}$	$2\frac{1}{4}$	$2\frac{22}{25}$
4	$4\frac{4}{12}$	3	$3\frac{21}{25}$
5	$5\frac{5}{12}$	$3\frac{3}{4}$	$4\frac{20}{25}$
6	$6\frac{6}{12}$	$4\frac{2}{4}$	$5\frac{19}{25}$
7	$7\frac{7}{12}$	$5\frac{1}{4}$	$6\frac{18}{25}$
8	$8\frac{8}{12}$	6	$7\frac{17}{25}$
9	$9\frac{9}{12}$	$6\frac{3}{4}$	$8\frac{16}{25}$
10	$10\frac{10}{12}$	$7\frac{2}{4}$	$9\frac{15}{25}$
20	$21\frac{8}{12}$	15	$19\frac{5}{25}$
30	$32\frac{6}{12}$	$22\frac{2}{4}$	$28\frac{20}{25}$
40	$43\frac{4}{12}$	30	$38\frac{10}{35}$
50	$54\frac{2}{12}$	$37\frac{2}{4}$	48
60	65	45	$57\frac{15}{25}$
70	$75\frac{10}{12}$	$52\frac{2}{4}$	$67\frac{5}{25}$
80	$86\frac{8}{12}$	60	$76\frac{20}{25}$
90	$97\frac{6}{12}$	$67\frac{2}{4}$	$86\frac{10}{25}$
100	$108\frac{4}{12}$	75	96
200	$216\frac{8}{12}$	150	192

Toletanum, & partes præterea Toletani.37. è partibus 288. in quas eum pedem diuidere neceſſe eſt. Nos tamen eas minutias vitauimus, & ad maiores numeros reuocauimus, tantundem fermè valentes.

Stadia

Stadia.	*Paſſus* Græci.	Pedes Græci.	*Paſſus* Rom.	*Pedes* Rom.
1	100	600	125	625
2	200	1200	250	1250
3	300	1800	375	1875
4	400	2400	500	2500
5	500	3000	625	3125
6	600	3600	750	3750
7	700	4200	875	4375
8	800	4800	1000	5000
9	900	5400	1125	5625
10	1000	6000	1250	6250
20	2000	12000	2500	12500
30	3000	18000	3750	18750
40	4000	24000	5000	25000
50	5000	30000	6250	31250
60	6000	36000	7500	37500
70	7000	42000	8750	43750
80	8000	48000	10000	50000
90	9000	54000	11250	56250
100	10000	60000	12500	62500

Memento, pedem & paſſum Græcum Romano maiorem eſſe: paria vtriuſque gentis ſtadia atqu milliaria.

Leuca

Leuca.	*Mill.*	*Stad.*	*Pedes.*	*Stadia.*	*Reſtes.*	*Pedes Tolet.*
1	3	5	25	$29\frac{1}{25}$	800	19800
2	7	2	50	$58\frac{2}{25}$	1600	39600
3	10	7	75	$87\frac{3}{25}$	2400	59400
4	14	1	100	$116\frac{4}{25}$	3200	79200
5	17	6	125	$145\frac{5}{25}$	4000	99000
6	21	3	150	$174\frac{6}{25}$	4800	118800
7	25		175	$203\frac{7}{25}$	5600	138600
8	28	5	200	$232\frac{8}{25}$	6400	158400
9	32	2	225	$261\frac{9}{25}$	7200	178200
10	35	7	250	$290\frac{10}{25}$	8000	198000
20	71	6	500	$580\frac{20}{25}$	16000	396000
30	107	6	125	$871\frac{5}{25}$	24000	594000
40	143	5	375	$1161\frac{15}{25}$	32000	792000
[illegible]	179	5		1452	40000	990000
60	215	4	250	$1742\frac{10}{25}$	48000	1188000
70	251	3	500	$2032\frac{20}{25}$	56000	1386000
80	287	3	125	$2323\frac{5}{25}$	64000	1584000
90	323	2	375	$2613\frac{15}{25}$	72000	1782000
100	359	2		2904	80000	1980000

Pars 25. ſtadii efficit pedes Romanos. 25: nam ſtadium continet pedes Romanos. 625. Ità vbi poſuimus ſtadia $29\frac{1}{25}$ *potuimus dicere ſtadia 29. & pedes 25. Milliare ſumimus iuxta menſuram pedis Romani. Alioqui leüca pedes Toletanos continet 19800. atque ferme quatuor eius generis pedum milliaria, quorum ſingula contineant pedes Toletanos 5000. paſſus mille. Reſtis palmos maiores continet triginta tres.*

PLVRES Conficere tabulas non eſt neceſſe. Qui volet, alias adiungat. Inuentis addere non erit difficile. Sed & his conficiendis tabulis, vti alio loco eſt dictum, pondera noſtra antiquis exæquamus his inducti rationibus. Primum quoniam ea via facillima erat, pondera omnia inter ipſa quamuis diuerſi generis, & nationum aliarum & menſuras comparandi. Deinde quoniam antiqua minora noſtris fuiſſe certo argumento confirmari non poteſt: ac contra potius aut maiora noſtris eſſe tum ratione tum experimento certiori fixum habeo, aut patria prorſus, certe Toletanis vnciam, & drachmam Romanam, vnde reliqua pendent. Adhæc, vt fateamur antiqua fuiſſe minora, nulla fida ratione cõſtitui poterit, quantũ ſuperentur à noſtris. Falli haud dubium poſſumus vt homines: neque in tantis tenebris obſeruationis lubricæ hallucinari mirum eſt. Ac ſatis habeam ſi inter diſcrepantes aliorum ſententias, propius cæteris ad veritatem nos acceſſiſſe credetur. Quod ſi nobis arrogamus, magna diligentia excuſabit, quam ſingulis rebus examinandis adhibuimus. Sic omnes qui ſcribunt prædicant, certius aliquid afferre, aut ſcribendi arte priores ſuperare. Video: ſed quia ſuſcepta prius opinione non dimouebitur, ei nihilominus ex noſtro labore hiſque tabulis fructus conſtabit: ſi eam partem ex numero menſurarum, ponderum, monetarum à nobis deſcripto detraxerit, quota ipſe à noſtris vetera pondera ſuperari putabit. Exẽpli gratia, Tabula quarta Talentum Hebraicum valere diximus pendereque quantum aurei noſtrates 12750. Qui pondera Hebraica minora noſtris credet parte octaua aut ſexta, is dicat

is dicat detracta eius ſummæ octaua, Talentum id pendere aureos noſtros 1156. & dodrantem. Item tabula octaua libras quatuor Romanas continere deſignamus, vncias communes 48. Qui pondera Romana vetera noſtris minora facit parte quintadecima, is dicat continere vncias noſtras quadraginta quatuor, & quatuor vnciæ quintas. Idem iudicium eſto de menſuris fere aridorum, & liquorum: quoniam & ipſæ ad pondera reuocantur, atque ex illis examinari debent. Similiq; ratione procedat, qui pondera Romana vetera noſtris minora faciet parte vigeſima aut vigeſima ſecunda. Plura adijcere non eſt opus: Lectorem de his monuiſſe extremo opere fore commodum exiſtimabam. Quo loco finis diſputandi eſto, exorato eo, qui hæc examinare aggredietur, ne noſtra prius damnet, quam argumentorum momenta ſingula conſideret. In ſupputationib. cogitet, numeris perſequendis ratione, aut deſcribendis ſtylo facile contingere lapſum. Cuius nos ſi monuerit, magnam à nobis habebit gratiam. Neque Criticos quoſdam imitari debet aliena damnantes paſſim ſine iudicio, neque afferentes tamen meliora, quibus cenſuram ſuam confirment, publica & priuata aliorum ſtudia iuuari poſſint.

A.

Abſalonis cæſaries pag. 34.

Actus menſura pag. 29.

AEris centum aut mille quid. 47.

Amphora Attica. 75. Romana. 85.

Amphora Rō. capit quindecim azumbres. 151.

Amphoreus. 78.

Aranciata. 110.

Argentei quos Iudas accepit. 38.

Argenti quantum æreæ monetæ miſcetur. 115.

Argenti viui ſextarii pōdus. 25.

Arroba capit azumbres octo. 89.

Arraba triplex. 77.

Aſſis ſignificatio, & eius partes. 9.

Aurei & argentei Hebraici. 37.

Aurei excellentes. 117.

Aurei quot ex auri marco. 118.

Aurei Romani pondus. 51.

Aurificum pondera. 55

Azumbre arrobæ pars octaua. 89

B.

Bathus & Ephi eiuſdem menſuræ. 57. 152.

Bicongius Cicer. filius. 87.

Bes octo unciæ. 11.

Beſſales litteræ. 104.

C.

Cabus menſura. 62.

Cadus menſura. 76.

Cahiz noſter. 69.

Calamus quem vidit Ezechiel. 96.

Cameli onus. 58.

Cana. 110.

Caph menſura Hebr. 75.

Caſtellani & Duplæ valor par. 117.

Celemin modii dimidium. 69.

Centenarium pondus. 54.

Centuria centum iugera. 106.

Ceramium. 76.
Chœnix. 63.
Chus congio par. 79.
Ciſtophori nummi. 46.
Cochlear menſura. 83.
Cōcha ſemicyathus.ibid.
Congius. 86.
Corus Hebraica mēſura. 57.
Cotyle ſiue triblium. 83.
Cubicus numerus à radice vocatur. 18.
Cubitus Hebraicus. 95.
*Geometricꝰ.*104.*&* 105.
Culeus. 85.
Cuminorum mēſuræ irregulares. 70.
Cyathus uncia ſextarij. 10.83.
Cypſele menſura. 63.

D.

Dadix menſura. 64.
Darici ſtateres. 46.
Dauid quantum auri & argenti reliquit. 31.
Demenſum. 68.
Denarius & eius partes. 69.
Ex uncia argenti quot denarii. 21.
Diaulus ſtadia duo. 100.
Didrachmū pro ſiclo. 37.
Digitus Hebraicus. 92.
rotuntus & quadratus. 92.
*Dodrans.*11.*palmus maior ſic dictus.* 104.
Dolichos. 101.
Drachma. 45.

E.

Ecteus menſura. 64.
Ephi Batho par. 59.

F.

*Faneca medimno par.*69.
Faneca terræ. 110.
Fannij lectio caſtigata. 78.
Farneſii Cardin. bibliotheca. 132.
Fauſtinæ Auguſtæ aureus. 51.
Frugalitas Hiſpanorum. 130.

G.

Gallicæ menſuræ liquidorum. 90.

Gladii Ahod longitudo. 95.
Gomor menſura. 61.
Græcis numerādi forma. 18.
Græcorum variæ menſuræ. 83.
Granum medicum communi aurificum maius. 55.56.

H.

Hebraicæ opulentiæ æſtimatio difficilis. 33.
Hemicotylium. 83.
Hemiectum. 64.
Hemina idem quod cotyle. 88.
Hieron. locus explicatus. 78.
Hin capit octo ſextarios. 73.
Hippicon ſtadia quatuor. 100.
Hiſpani menſuras quaſdā & pōdera dimidio minora fecerunt. 154.
Hordei fanecà quanti olim vendebatur. 118.

I.

Illefonſus Complutum Toleto ſexaginta millibus diſtare ait. 110.
Ioannis primi Caſtellæ Regis lex. 128.
Italicæ menſuræ liquorum. 89.
Italici agri bonitas. 111.
Iugada. ibid.
Iugerum quantum. 106.

K.

Kikar Hebraice Talentum. 30.54.
Kypſele ſex medimnos capit. 64.

L.

Lampridii locus caſtigatus. 14.
Letech cori dimidium. 59.
Libella aſſis valore. 12.
Libra & Mina differūt. 19.
Ex libra auri quot aurei olim à Romanis ſignabantur. 51.
Libra Ioannis. 13. & 19.

pro pondere ſumitur, non pro nummo. 52.
Libram & vnciam Græci accepere à Romanis. 49.
Lichas menſura. 99.
Ligula. 88.
Litteræ beſſales & vnciales. 104.
Log ſextarius Hebr. 74.

M.

Marauedini valor varius. 113. valebat ſexaginta meagias. 116.
Marcq libræ dimidiũ. 55.
Medica libra non facile cum noſtra comparatur. 168.
Medicorum pondera minora ſunt communibus. 20.
Mel aqua & oleo grauius. 22.
Menſuræ & pondera ſeruabantur in templis. 132.
Menſuræ medicorũ vulgares. 90. & 91.
Menſuræ multæ Romanæ. 88.
Metreta. 76.
Milliaria lapides dicta. 105.
Millarium. 100. 105.
Millio an ſit vox Latina. 18.
Minuta quæ vidua obtulit apud Marcũ. 13.
Mina Hebraica. 35. Attica. 44.
Modius. 67.
Moius Hiſpanus ſeu modius. 89.
Monetæ multæ in Caſtella antiquatæ. 116.
Monetæ quæ ex ære, quæ ex argento Romæ ſignabantur. 12.
Monetæ variæ Hebraicæ. 39.
Myſtrum cyathi quadrans. 84.

N.

Naporum ſeminis quãtum in iugero ſeratur. 110. 111. & 186.

Nebriſ.

Nebriſ. repetitiones. 19. 112.
Neronis numiſma aureum. 51.
Noe arcæ cubiti. 105.
Numerandi forma vetus. 13.
Nummus abſolute poſitus quid. 12.
O.
Obolus Hebraicus. 39.
Græcus. 46.
Og Regis Baſan lectus. 95.
Olei menſuræ vulgares. 90.
Oleum nona parte leuius aqua. 82.
Orgyia paſſus. 100.
Orthodoron menſura. 99.
Oxibaphus ſeſquicyat. 83.
P.
Palaſte Græcis palmus minor. 98.
Palmus duplex Iudæis. 93.
Palmus & palma qui differunt. 98.
Paraſanga. 100.
Parſah. 97.
Paſſus Græcus & Romanus differunt. 105.
Pecunia à pecude dicta. 9.
Pedes Romani tres. 26.
Pes Græcus maior Romano, ſtadia paria. 105. 157.
Pes Hebraicus. 94.
Pes ſeſtertius. 12.
Pes triplex. 104.
Plethrum. 100.
Plinii epiſtola caſtigata. 15.
Plinii lectio caſtigata. 53. & 68. & 99.
Pondera Romana noſtris paria. 21.
Pretia rerum minora multo quam hoc tempore. 118.
Q.
Qagherag. menſura Hebraica. 74.
Qeſitah ouis & moneta. 40

Quadrantal amphora Romana. 85.
Quadrantes centum pro ſportula. 11.
Quartarius. 84.
Quatercenties idē quod millio. 139.
Quatrin Italis vnde dictus. 11.
Quintal Hiſpanis vnde dictum. 55.

R.

Reges Caſtellæ monetæ bonitatem ſæpe minuerunt. 116.
Rerum pretia nunc maiora quam fuerunt olim. 118.
Reſtis menſura quanta. 110. & 158.
Romani aurei quo pôderarent. 51. 52.
Romanis numerãdi forma. 18.

S.

Salis Hebr. menſura. 73.
Saltus menſura. 107.
Satum quantum capiebat. 60.
Schœnus cum leuca conuenit. 101.
Scripturæ. D. loca explicata. 10. 18. 31. 35. 36. 37. 38. 52. 72. 94. 96.
Seneca quantas habuit opes. 16.
Seſtertius, & ſeſtertium quid. 12. 138.
Sextantarii aſſes. 9.
Sextarius Hebraicus. 74.
Atticus. 81. *Romanus.* 22. 87.
Sicilicus. 11.
Siclus, & ſiclus ſanctuarii. 36. 132.
Solidus duodecim denarios Marauedinus decem valuit. 50.
Spithame Græcus palmus maior. 98.
Stadium. 100. 105.

T.

Talentum Hebraicum. 30. *Græcum.* 41.

Tau-

Taurus vrbs veteribus Sarabis. 128.
Toleto Complutum ſexaginta millia. 110.
Topach Hebr. palmus minor. 93.
Torquatus Mediol. tricongius dictus. 87.
Tremiſſes. 113.
Triblium ſeu cotyle. 83.
Triteus menſura. 65.
Tritici ſaneca quanti olim vendebatur. 128.

V.

Vellonis moneta ærea. 113.
Veſpaſiani numiſma aureum. 51.
Vlna quanta erat. 105.
Vnciæ, & libræ ponderales, & menſurales. 19.
Vncia medica continet nouem drachmas. 56. 142.
Vncia Romana par noſtræ. 51.
Vncia triplex medicorũ. 91.
Voluſii Metiani locus caſtigatus. 12.
Vrna. 89.

X.

Xeme Hiſpanis vnde dictum. 109.
Xeſtes Græce ſextarius. 81.

Z.

Zaghad, Zemed, & Zith Hebr. menſura. 97.
Zereth palmus maior Hebr. 93. & 94.
Zuz moneta Hebr. 40.

FINIS.

BIBLIOTECA N.LE
ROMA
VITTORIO EMANUELE

LEGATORIA DI LIBRI
R. CICCIORICCIO
Borgo Vittorio, 26
ROMA